



3 1761 04569119 3



Bequest of  
Rev. H. C. Scadding, D.D.  
to the Library  
of the  
University of Toronto  
1901



REQUEST OF  
REV. CANON SCADDEN, D. D.  
TORONTO, 1901.

*J. Garrow*  
*W. Ch. 25. Feb. 1903.*

THE  
LIBRARY OF THE  
MUSEUM OF NATURAL HISTORY  
LONDON



Polybius

ΙΣΤΟΡΙΩΝ  
ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.  
POLYBII LYCORTAE F.)  
HISTORIARVM

QVAE SVPERSVNT  
INTERPRETE  
ISAACO CASAVBONO  
EX RECENSIONE  
IACOBI GRONOVII

CVM NOTIS  
CASAVBONORVM, VRSINI, VALESII, PALMERII  
ET IACOBI GRONOVII  
ACCESSIT  
AENEAE TACTICI  
COMM. DE OBSIDIONE TOLERANDA

CVM INTERPR. ET NOTIS  
ISAACI CASAVBONI

5286  
26/11

---

PRAEFATIONEM  
ET  
GLOSSARIVM POLYBIANVM  
ADIECIT  
IO. AVGVSTVS ERNESTI

---

LIPSIAE, 1764  
APVD IO. PAVL. KRAVSIVM,  
BIBLIOPOL. VINDOBON.

127019 M

MISTOBIAM



1000  
1000  
1000

MISTOBIAM





V I R O  
ILLVSTRISSIMO  
ATQVE EXCELLENTISSIMO  
D O M I N O  
HERMANNO CAROLO  
S. R. I. COMITI  
DE KAYSERLING

SACR. CAES. MAIEST. RVSS.

IN

SANCTIORI CONSILIO

SENATORI

ET

AD SERENISS. REMP. POL.

EXTRA ORDINEM LEGATO

ORDD.

S. ANDREAE ET AQVILAE ALBAE

EQVITI AVRATO



HEROI IN TOGA MAXIMO

IN REBUS GERENDIS

STRENUO, PRVDENTI, FELICI

MAECENATI

IN

IUVANDIS ET ORNANDIS LITERIS

ALACRI, LIBERALI

PROBITATE, DOCTRINA,

HUMANITATE

OMNIUM ANIMOS AD SE

CONVERTENTI

POLYBIUM

HISTORICVM IN PRIMIS POLITICVM

CIVILI PRVDENTIA

SCIENTIA REI MILITARIS

REBUS GESTIS

NULLI SECUNDVM

VIRIS BELLO AC PACE SVMMIS

PROBATISSIMVM COMMENDA-

TISSIMVM

NVNC IN GERMANIA DENVO

EDITVM



DEVOTA MENTE, SUBMISSA

MANU

SUMMI MUSAGETAE TUTELAE

TRADIT

EIVSDEMQUE BIBLIOTHECAE

NON OSTENTATIONI VANAЕ

SED

BONARVM MENTIVM VSIBVS

INSTRVCTAE, CONSECRATAE

DOCTISSIMIS, SELECTISSIMIS

EX OMNI GENERE

VOLVMINIBVS

REFERTISSIMAE

PRO  
CERTA PIETATIS PERPETVAE  
TESSERA  
INSERI OPTAT  
OMNE GENVS FELICITATIS  
PRECATVS  
ILLVSTRISSIMI NOMINIS  
KAYSERLINGIANI

PERPETVVS ADMIRATOR  
ET CVLTOR  
IOANNES PAVLVS KRAVSS.





# LECTORI

DOCTO ET AEQVO

S. D.

IO. AVGVSTVS ERNESTI

**S**i me dicam multa et diligente lectione Polybianae historiae reliquias triuisse, nihil utique dicere videar aequis et intelligentibus hominibus, quod a fide abhorreat, aut me ambitus et vanitatis inutilis suspectum reddat. Etenim quis, Polybianis non legendis et accurate cognoscendis, audeat se historiae Romanae, omninoque antiquitatis eruditae scientem profiteri, in cuius accurata scientia magnam partem esse professionis eius, quam tot per annos sustinui, quis ignorat? Polybianae autem orationis forma cum sit nova illa quidem, et multum diuersa ab antiquiori historicorum Graecorum, ita tamen tracta in multis ad imitationem, non modo ab iis, qui post eum historiam attigerunt, sed etiam qui in alio genere scribendi elaborarunt, ut postea demonstrabimus, ut non magis in his carere possimus Polybianae dictionis notitia, quam Homericæ in cognoscendis poe-

tis ceteris, aut Platonicae in *Philone* legendo: quo modo, qui graecarum literarum exquisitius cognitarum opinionem vel appetat, vel satis sustinere cupiat, rudis esse vel possit vel velit a Polybiana lectione? Neque vero haecenus tantum verba Polybii tractavi, ut intelligerem, sed eo modo, quem assidua et diuturna consuetudo in scriptoribus graecis latinisque Critica diligentia tractandis perpetuum et insitum fecit, hoc est, ut omnia ad certam vel rerum ipsarum, vel dicendi normam exigerem, et si quid vitii inesset, non modo animaduertentem, sed etiam, si possem, corrigere tentarem. Enimuero numquam nobis venit in mentem, in *Polybio* ita experiri ingenium atque emendandi interpretandique facultatem, ut nouae recensitionis exemplum literis prodere, et Casauboniani exempli vel Gronouiani nomen obscurare conaremur. Nam et rerum nostrarum rationes id non tulere: nec eae nobis fuerunt copiae librorum, ut operae pretium facere possemus, denique vlibus plerorumque sufficere putauimus ea, quae nunc sunt, exempla Polybiana. Nam qui ad *Polybium* legendum accedunt, plerique rerum magis quam verborum sunt curiosi, et in his ipsis non minutias quasque consuetantur, in quo scio requiri verborum accuratiorem lectionem, sed maiora illa, ad summam rerum pertinentia, et ad prudentiam profutura. Qui autem etiam verba sibi curanda putant, studiosi literarum graecarum, hi ipsi sere formas verborum et phrasium Polybianarum vident haecenus, ut intelligant, et ad intelligentiam aliorum scriptorum conferre possint; in quo summam illam lectionis veritatem non admodum  
 requi-



requirunt. Etenim sine libris scriptis, praesertim nouis, hoc est, qui non modo ante inspecti et ad emendandum collati non sint, sed etiam noui exempli sint, non ex eodem apographo ducti, quid effici potest, quod sit noua recensione dignum? In auctoribus autem graecis et latinis recensendis ingenio modo niti et doctrina, et scio quam sit lubricum, et non est mei moris, qui seuerè et modeste in tractandis et corrigendis libris veterum versari didici.

Ceterum cum ad nos esset delatum, agi hoc, ut in hac vrbe Gronouiani exempli *Polybius* renouaretur luculentioribus formulis, meamque in ea re operam expeti haecenus, ut et regendo instituto illo consulerem commoditati vtentium, et adderem aliquam praefationis meae commendationem; primum lactatus sum studiosorum causa, quibus ita fieret copia Polybianarum reliquiarum, ut simul lectionis commoditati consuleretur formulis literarum luculentioribus, cum in Gronouianis exemplis tractandis prope vis fieret oculis; deinde quicquid esset illius curae, libenter suscepi, quae mihi iucundam retractandi *Polybii* necessitatem imponeret, et facultatem daret lectionis Polybianae studiosis commendandae. In eo quid a me actum sit, et quo modo, breuiter exponendum videtur. Quae ut rectius intelligi possint, de textu ante Polybiano, a quibus initiis, per quos gradus, et quomodo eam, quae nunc est, formam acceperit, qualis denique ipse sit, dicemus, praesertim cum talis narratio hodie pro legitima praefationis parte expectetur.

Primum *Polybius* reditum sibi in lucem parauit per *Nic. Perottum*, qui libros eos, quos integros ad nos peruenire siuit vis temporum, latinis fecit, *Nicolao V. P. R.* hortante. Ea tum vna prope via scriptoribus graecis ad lucem patebat, quod formulae literarum graecae aut nullae in plerisque locis essent, aut rarae, nec sufficerent libris graecis exprimendis. Itaque permulti tum Graeci primum, vt ita dicam, togati in publicum sunt producti. Et existimabant viri intelligentes, etiam latine factos studiis literarum et sapientiae profuturos, non modo rebus ipsis cognoscendis, sed etiam gustu elegantiae imbuendis ingeniis, et rerum tractandarum artificio, quod etiam in isto cultu appareret, et vero etiam verbis ipsis. Etenim hoc cauebatur, ne ad vertendi rationem se daret, nisi qui elegantiam orationis latinae accommodare graecis posset, inprimisque tales deligebat *Nicolaus*, quos autoritate sua praemiisque ad interpretandum conuerteret: in quorum numero tum fuisse *Perottum* satis constat, hominem in vtroque genere scribendi elegantissimum. Et prope dicam plus tum profuisse cum ceteros Graecos latine loquentes, tum *Polybium*, quam si suo sermone vterentur; quod literarum graecarum nondum late propagata esset scientia, nec ea ipsa, in quibus esset, sufficeret scriptori vniuerso recte intelligendo, ne *Perotto* quidem ita graece callente, vt omnia bene vertere posset, vel omnino vertere auderet. *Polybium* quidem latinum plus profuisse hominibus, quam nunc solet graecus, in promptu est; cum frequentia editionum latinarum satis arguat, quam cupide, quam a multis lectus sit, hodie



die autem adeo fit in manibus paucorum, vt, nisi gallice loquens a nonnullis audiretur, propemodum prorsus negligeretur. Sed graece edendorum Polybianorum initium factum est a *Vinc. Opsopoeo*, felici literis graecis iuuantis viro, et recti in omni genere literarum iudicii. Is, accepto per *Iac. Ottonem Aezelium*, ICTum Noribergicum, Codice graeco librorum quinque, quos solos integros superstites esse voluit fortuna, non conqueuit ante, quam hoc munere impertiret literarum studiosos. Itaque textum graecum ex illo Codice utcunque concinnatum *Hagenoae*, a. 1530. Secerianis prelis subiecit, adiuncta *Sipontini* interpretatione latina. In ea re versatum esse cum fide et religione, nihil opus est dubitare. Ceterum fecisse idem, quod ceteros, qui ex vno libro ederent scriptorem veterem, in promptu est, h. e. quae vel manifeste vitiosa essent, vel eorum viderentur, pro facultate correxisse, et quae correctiones certae viderentur, in textum intulisse, ceteris, in quibus dubitatio superesset, in margine positis: nam aliter intelligere lectiones marginis qui possumus, cum vno Codice vsum constet?

Secuta est annis vndeuginti post editio Basileensis apud *Heruagium* officinae, cui praefuit *Arlenius*, et ipse proferendis in lucem graecis libris, vt *Iosepho* aliisque, praeclare de literis meritis. Is in libris illis quinque vsus est Codicis ab *Heruagio* parati auxilio, quem cum Augustano contulerat *Xyftus Betuleius*, in *W. Musculi* gratiam, qui versionem *Perotti* ad eos Codices correxisse et pleniorē se fecisse profitetur, quae est etiam *Arlenii* de Hagenoensis emendatione professio. Itaque discrepat huius exempli

empli lectio pluribus locis ab Hagenoensi, nec tamen semper in partem meliorem; estque etiam permultis locis culpa operarum vitiosa. Atque etiam reliquae sunt quaedam lacunae, ut statim p. 1. quas in MS. fuisse notat in margine *Musculus*, expletæ illae demum a *Casaubono*. In margine extant variae lectiones, quas e Codd. ductas credibile facit hoc, quod in principio plures et MS. Venetus habet. Erat autem iam tum initium factum Excerptorum Polybianorum proferendorum. Nam eodem anno, h. e. 1537. *Lazarus Baufius* in opere de re navali ediderat locum de proelio navali, quod apud Chium commissum est, e Libro XVI. decerptum; et *Ianus Lascaris* Basileae partem libri sexti, quae nunc est a cap. 17. ad 40. usque. *Artenio* autem contigit, ut aliquid amplius eius generis producere posset, h. e. Excerpta Librorum duodecim, ab sexto ad septimum decimum, e Codice scripto, quem suppeditarat *Mendoza*, Hispanus, ad quem Codex erat e *Corcyra* allatus. Atque ultra hunc numerum progredi in Excerptis Librorum edendis nondum licuit. Nec, ut opinor, plus sperari potest. Nam quod *I. A. Fabricius* in *Bibl. Graeca*, et *Schellhornius* *V. Cel.* in *Amoenitat. liter. T. V. p. 111. f.* tradunt, in *Bibliotheca Austriaca Vindobonae* servari Codicem, in quo etiam Librorum XVIII. et XIX. Excerpta sint, quae optent edi in lucem; in eo esse errorem, ortum ab viris doctis, qui Codicem illum negligentius inspexerint, docuit nos nuper *Collarius*, *Bibliothecarius Vindob. V. C.* negans in iis Excerptis esse aliud, quam quod iam editum sit. *v. Act. Erud. a. 1760. p. 284.* Itaque similes sunt ii libri *Mendoziano*,  
in



in quo *Arlenius*, in fine editionis Basileensis, tradit Excerptum esse, quod libri XVIII. inscriptum, sed ex superioribus libris editis ductum sit. Nam quod *Ehingerus* in Cod. Augustano libri XVIII. Excerpta esse posuit in Catalogo Bibl. Aug. in eo, *Boeclerus* notat, deceptum fuisse virum doctum numerorum vitio.

Aliud genus Excerptorum post haec a. 1582. e Codice, accepto ab *Ant. Augustino*, protulit *Fulvius Ursinus* in Volumine eo, quod *Legationum Excerpta* inscripsit, etsi non omnia sunt illius argumenti, certe Polybiana, quorum etiam ordo interdum perturbatus est, nec servat rerum seriem: quod genus confusionis etiam in cetera excerpta irrepsit, ut VIII, I. quae ῥῆσις haud dubie subiicienda est narrationi de Aethiopia, per Bolidem prodito, c. 12. In iis edendis quomodo versatus sit, cum vnum librum, eumque, ut ipse tradit, valde corruptum, haberet, facile intelligere potest, qui ingenium viri et consuetudinem ex aliis eius operibus criticis cognovit. In multis quidem recte et praeclare correxisse in promptu est, eaque fere in notis sunt indicata; in quibus illud inprimis bene fecit, quod perpetuo Polybiana cum Liuvianis comparavit. Ceterum, an et reliquorum Polybianorum Codicem scriptum habuerit, postea videbimus. Haec Excerpta corpori Polybianorum adiuncta sunt a *Casaubono*, interdum etiam auctiora e Cod. *Schotti* facta, ut Excerptum LX. et alia. Superiori denique seculo aliud genus Excerptorum in lucem protractum est e Codice, qui *Nicolai Fabricii Peirescii* fuit, per *Henricum Valefium*, singulari literarum graecarum scientia et exquisito in his rebus iudicio praeditum. Is

Codex

Codex continebat Constantiniani operis Excerptorum ex historicis graecis titulum eum, qui Virtutum et Vitiorum exempla continebat, in quibus primum locum tenebant Polybiana. Haec *Valesius* ita edidit, vt omissis iis, quae iam essent in editis, cetera, vel cum *Suida* comparando, vel ingenio corrigeret, coniecturas autem, in quibus aliquid dubitationis esse posset, sub textu poneret, variis lectionibus e *Suida* notatis, etiam vitiosis codicis lectionibus, vt, quid ex quo factum esset, constaret. Haec Excerpta cum notis exquisitae doctrinae collectioni Polybianorum primum in Gronouiana editione accessere.

Sed quoniam veteres Historici, imprimisque Grammatici, saepe *Polybii* testimoniis sunt vsi: neque enim alius magis historicus graecus lectus est iis, qui post eum historiam tractarent, omninoque literas graecas, et propter praestantiam et auctoritatem operis, et propter verborum nouitatem et vsurpandorum varietatem: propterea institutum est ab iis, qui *Polybium*, aut partem aliquam Polybianorum ederent, vt fragmenta reliqua, sparsa per veteres libros et dissipata, colligerent. Eius rei initio facto per *Vrsinum*, continuauere coepta *Casaubonus*, *Valesius* et *Gronouius*. Et in iis quidem, quae *Polybio* nominatim tribuuntur, nulla fere, et perpaucis in locis, dubitatio est. Sed *Suidas* Polybiana, vt alia, interdum profert sine auctoris nomine, idque exemplis minime dubiis constat. Nam et *Kusterus* talia notauit, et ad auctorem *Polybium* in notis retulit, et sunt reliqua nonnulla ex eo genere, ab eo non animaduersa. Hoc cum esset animaduersum a viris, in lectione Polybiana tritis, coeperunt



perunt indagare, quae *Polybii* essent, nec tamen ei nominatim adscripta. Ex eo genere sunt plura in *Vrsiniana* Collectione, quibus nonnulla addidere *Valesius* et *Gronovius*, qui etiam collegit ea, quae in editis essent, indicatis cuiusque locis; quaedam etiam notauit *Kusterus*, ut in *Βάσαγμα* etc. suntque fortasse et nunc quaedam non notata aliis, cuius generis et nobis videmur quaedam animaduertisse. In ea ratione interdum vel falsos esse viros doctos coniectura, non abnuerim, vel incertam coniecturam secutos. *Vrsinum* quidem in nonnullis manifeste deceptum esse, demonstrat *Valesius* in praefatione, p. 5. Sed serie vniuersa editorum paullatim *Polybianorum* demonstrata, ad editiones redeamus.

Post *Arlenium* igitur ad *Polybium* expoliendum illustrandumque accessit *Casaubonus*, vir instructus copiis omnibus ingenii et doctrinae, quibus ad eam rem feliciter perficiendam opus esset, adiutus etiam pluribus libris scriptis, quos enumerat ipse. (v. T. III. p. 324.) Ex iis autem quid in ipsius textum fluxerit per totum opus, sane liquido non constat; quod nihil vir magnus adnotationum dedit, in quibus ratio mutationum inductarum redderetur. Basin textus esse exemplum Basileense, satis constat, quocum collationes librorum scriptorum omnes fecerat, ut nos docet eius filius. Atque vtinam ille nobis cum nouo textu dedisset Scholia, in quibus de lectionibus et verbis singulis, locis item difficilibus, breuiter exponeret: ita possemus et discernere librorum lectiones a coniecturis, quid ipsius, quid etiam operarum esset: nam profecto etiam errores operarum irrepserunt, qui pro lectionibus *Casaubonianis* propagati sunt in *Hanouiense*

et Amstelodamense exemplar: sed dum ea seruat amplo commentario, quem separatim edere cogitabat, nihil reputans, quam incertus sit operum magnorum et difficilium exitus, propter vitae breuitatem et incertum finem, cum commentario illo copioso, vtilissimo illo quidem futuro, sed non nimis necessario, etiam necessaria interciderunt. Ceterum libros habuisse in quibusdam correctiores iis, ex quibus antea Polybiana edita essent, non vno loco intelligitur; nescio an etiam expletis lacunis, quae sunt in prima Hagen. et Basileensis pagina, quarum supplementa e Codice sumta esse, fortasse arguat Codex Venetus, in *Graeca D. Marci Bibl.* p. 175. in quo lacunae illae eodem modo expletae reperiri videntur, quod in collatione principiorum nullum lacunae indicium reperitur. Illud miramur, quare in pluribus ab Hagenoensi, etiam Basileensi lectione discesserit, vbi ea haud dubie melior erat: in quibus tamen interdum aberratio operarum esse videtur. Eius generis quaedam a nobis in indice notata sunt, plusscula etiam a Cl. *Reiskio*.

Ab eo tempore nemo extitit, qui de textu Polybiano bene mereri, eumque accuratius recensitum et expolitum illustrare literis tentaret. Nam Gronouiana opera in edendo *Polybio*, vt non contemnenda est, tamen eo non pertinuit, vt textus ad scriptos et editos libros recenseretur et corrigeretur, quod debet esse primum. Itaque manifesta vitia operarum typographicarum pro veris lectionibus seruata sunt. Et ille non hoc agebat, sed modo, quae edita essent, cum alieno de consilio repeterentur, aduocatus in consilium, addidit Excerpta Peiresciana, vt diximus, et alia, quae prodesse legenti-



gentibus possent, *Casauboni* vtriusque nonnulla, et vero etiam suas notulas, in quibus modo textum ipsum, modo versionem castigat, verba interdum et res illustrat. Et tamen hac in editione ad hoc usque tempus adquiescendum fuit, cum nemo extiterit ab illo tempore, qui iustam operam nauare iustineret *Polybianis*, hoc est talem, qualem ante *Diodoro*, nuper *Herodoto*, *Cel. Wesselingius*: qui si nunc his tertium adiungere vellet *Polybium*, haberet res literarum publica, quod laetaretur impense. Etenim hic est, nostro iudicio, qui veram crisin exercere didicit, h. e. qui omnes verae lectionis indagandae vias tenet, delectum autem lectionum e verissima emendandi lege facit, in notis denique scribendis modum legitimum tenet, nec obruens lectores, atque adeo ipsum scriptorem, copiis suis, nec male parcus in proferenda loco doctrina, vel verbis vel rebus profutura. Et est sane vehementer optandum, vt certe aliquis vir talis sibi expolendum illustrandumque *Polybium* sumat. Nam et ipse dignissimus est, in quo talis labor sumatur, et est hic larga materia ingenii experiendi et doctrinae expromendae; cum multa sint in textu, qui nunc vulgatur, nondum correcti, aut non bene admodum constituta, plura etiam de coniectura non satis certa, quae vel editionibus primis diligenter comparandis, vel Codicibus scriptis, praesertim qui nondum inspecti sint, versione *Perotti*, vel Lexicis antiquis et scriptoribus, qui e *Polybio* profecere, vt *Diodoro* inprimis *Liuioque*, analogia denique dictionis *Polybianae*, omninoque linguae vniuersae, bene corrigi possint. Quamquam enim Codices non multos superesse scriptos scimus, qui nondum col-

lati sint, iique omnes ex vno eodemque exemplo ducti videntur, quo genere comparando non nimis multum proficitur: tamen et qui iam in textu edendo et corrigendo vsurpati sunt, habebunt, quae neglecta temere, prodesse possint, vt Augustani collatio Boecleriana docet, et ceteri, si qui sunt, vt fortasse Venetus, aliquid saltem melioris lectionis dabunt. Multum etiam proderit editio prima, etiam Basil. a quarum lectionibus saepe temere per coniecturam discessum est in Casauboniana, vt multis locis docet glossarium nostrum, et pluribus demonstrauit Cl. *Reiskius*.

Haec autem editio, quae hac in vrbe instituta est ab librario, nescio cuius, ceterum hoc consilio, vt studiosis fieret copia exemplorum, facta est illa ad Gronouianum exemplar ita, vt in textu nihil mutaretur, praeter ea, quae manifeste essent ab erroribus operarum, etiam in Casauboniana, vt in confusione οικείας et οικίας, v. c. 4, 19. 58. 67. et aliis, quae comparandis editionibus paterent, veluti 3, 36. ὑποδεικτέος ἀν εἶν τρόπος, quod habet ed. pr. pro ὑποδεικτέον, 3, 94. μετὰ δὲ τῶτο pro τῶτον, 4, 73. πεπυσμένοι pro πεπεισμ. et alia; in quibus tamen ipsis interdum operae non paruere: veluti 3, 37. vbi voluimus pro παρείκωσα fieri παρήκωσα etc. Ex alio genere quaedam mutata sunt manifeste vitiosa, nec tamen et haec sine libris, veluti ἔνεκα pro εἵνεκα, 3, 48. extr. συνείργεν pro συνήργεν, 2, 10. ἔμεινεν pro ἔμεινον, 1, 34. ex ed. pr. πυρῶχων pro πυρσῶχων, 16, 2. ex ed. pr. ἀκαιρίας καὶ πολυποσίας, 5, 15. ex ed. pr. addito καὶ, προκαλεσ. pro προσκ. 5, 70. τρόπον pro τόπον, 8, 20. χειρισμὸν pro χωρισμὸν, 10, 32. etc. Vidimus etiam



iam textus interpunctionem impeditiorem factam ex eo, quod accommodata esset nimis versioni latinae, ubi structura membrorum ab graeca recederet, idque corrigi curauimus. Commodius etiam putauimus fore studiosis, si notae virorum doctorum non omnes in vltimum volumen coniicerentur, sed volumini suae cuique adicerentur. Itaque volumini primo, quod habet libros Polybii integros, addidimus eo pertinentes notas omnes, eodemque modo in altero fecimus. Praefationibus addidimus Valesianam ad Excerpta Peiresciana, lectu dignissimam, et omissam a Gronouio, nescio quare. Praefationem autem *Opfopoei* omisimus propterea, quod in ea nihil esset, praeter indicium Codicis scripti, quod scire interfit lectorum. Denique adiecimus Emendationes *Fulvii Ursini* ad ed. Bas. factas, ad calcem Voluminis Excerptorum, quas profecto non bene omisere *Casaubonus* et *I. Gronouius*. Eae quales sint, videant, qui inspexerint, et de talibus iudicare possint. Titulus quidem simpliciter emendationes promittit: sed in lectionibus suis interdum commemorat *Ursinus librum scriptum, item librum veterem*, quem puto intelligi Codicem Excerptorum, vnum ab ipso commemoratum in praefatione; interdum addit *ex ingenio*: plerasque sine indicio tali ponit. Quid ergo? An voluit, verbis *ex ingenio* addendis, dubitationem quandam suam, diffidentis coniecturae, indicare, ad eum modum, qui est indicatus in principio et in loco lacunoso in edd. primis, de quo supra diximus? Nam in loco primo, in quo plane consentit coniectura eius cum *Casaubonianis*, nisi quod *κατέλιπον* habet pro *κατεσκεύασαν*, *ῶν* pro *τέτων*, et *ἐξέσαι* pro *ἔσαι*, addit

simpliciter locus suppletus ex ingenio: in altero autem, in quo a Cataubonianis sic discrepat, ut pro καὶ κατὰ τόπος ponat, ἐμοίως δὲ καὶ κατὰ τὸν καιρὸν καὶ κατὰ τόπος, ad cribit: locus suppletus non ita felici coniectura. Res autem sic se habet. In Basileensi sunt vitia inprimis typographica innumera-  
 rabilia, quibus tamen similia in Codd. scriptis reperiuntur, in quibus permutatione vocalium aut diphthongorum, aut similiarum literarum, aut adiectione vel detractioe unius literae sæpe peccatur. Haec ergo simpliciter correxit, ut T. I. p. 8. ed. nostrae, ἐλλέπορον pro ἐλλέσπορον, p. 9. περαιωθ. — περεωθ. p. 12. συνομορέσις — συνορέσις, p. 13. εὐδοκιμῆντα — εὐ — τα, p. 14. παρηρηκῶς — π — ρικῶς, p. 15. παιήσονται — π — σαται, p. 17. προσηρικότητας — πρ — ρικότητας etc. Ex ingenio porro quae dicit corrigi, ea sunt saepe his simillima, ut paullo post T. I. p. 19. κεφαλαιωδῶς pro κεφαλαϊῶδες, p. 20. ἔ πλείς, pro ἔ πλείς etc. in quibus tamen et sunt, quae plane sic in ed. *Orfporoi* reperiuntur, ut pag. proxime superiori, (p. 7.) παραπλήσιοι pro παραπλήσιον. Enimvero haec pleraque sic exhibet editio *Casauboni*, ea quoque, quae ex ingenio ducta dicuntur, etsi interdum cum levi diversitate, ut p. 23. τρεψάμενοι δὲ τέτες, pro τρ. αὐτές, quaedam autem negligit non bene, veluti p. 24. 10. ubi haud dubie recipere debebat καὶ τὴν μὲν ἐντὸς αὐτῶν, cum sequatur τὴν δὲ ἐκτὸς α. Contra, paullo post recte non sequitur *Vrsinum* in eo, quod ex ingenio corrigebat συναγομένων pro συνεχομένων, at bene in altero, quod omittit τῶνδε ante τῶ λιμῶ. Ceterum cum in *Vrsini* editione sint paginae ed. Bas. iis huius nostrae paginas substituere animus erat, quod



Basileensis in perpaucorum manibus esset, et ita statim, quid a *Casaubono* receptum, et quoad esset, quid non esset, in oculos incurreret: sed praeterquam, quod ex hac commoditate oriri videbamus hoc incommodum, quod Basileensis lectio non appareret, nimis molesti ac diuturni laboris futurum erat.

*I. A. Fabricius* volebat (in Bibl. Graeca) cum, qui nouam editionem Polybii curaret, Boeclerianas C. August. lectiones, Argentor. 1680. editas, addere. Id nos negleximus praeceptum, propterea quod hoc Codice, vt supra notauimus, iam ita vsi sunt Basileenses editores, vt quae bona essent, reciperent in textum, alia in margine exhiberent; permulta autem sunt manifesta vitia scripturae, quae multa cum editione prima communia habet. Itaque hoc relictum sit ei, qui accurate posthaec textum ad libros scriptos et editos recensere et notis illustrare instituet, vt, quae superiunt in his, (et sunt sane quaedam) digna adnotatione et vtilia ad emendandum, iis vel in ipso textu constituendo vtatur, vel in notis commemoret.

Versionem *Casauboni*, etsi non ignorabamus, pluribus locis vel a sensu graecorum verborum aberrare, vel a proprietate verborum, vage sensum exprimendo, denique structuram orationis graecae implicationemque sententiarum saepe, vbi necessitas, hoc est linguae latinae indoles, non desiderabat, deserere; quibus rebus subinde vehementer deceptus est Francicus interpretes in Folardino Polybio: tamen interpolare non sustinuimus alienum, praesertim tanti viri, opus. Et volumus eos, qui graeca ipsa cognoscere cupiunt, a versione abstinere

re oculos; hos autem, qui e versione cognoscere *Polybium* coguntur, ex *Casauboniana*, ut nunc est, satis cognoscere posse arbitramur, quae ad historiam discendam et prudentiam profint, nec in eo illas ab exquisitiori ratione aberrationes iis oblituras.

Ne tamen plane nihil a nobis accederet huic editioni, adiunximus *Glossarium* s. *Lexicon Polybianum*, non quod haberet, quicquid esset verborum in Polybianis, quale *Reizii* V. C. *Lucianum* habemus: nec in quo essent latae de verbis et accuratae disputationes; cuiusmodi *Casaubonum* molitum esse filii indicio constat: foret enim iusti voluminis opus, quod operibus *Polybii* ipsis adiungi non posset: sed quod ad nostros usus institutum haberemus, crederemusque sufficere et ad *Polybium* tractandum, et ad lectionem aliorum graecorum scriptorum, qui post *Polybium* fuere. Id consilium nostrum ut intelligatur, videtur nobis aliquid de Polybiana dictione dicendum.

Ea ergo longe discrepat ab Atticorum elegantia, et in verborum singulorum usu delectuque, et in structura. Multa noue dicta, et forma verborum, et sensu, et structura; poetica mista prosaicis, Attica vulgaribus, et philosophica historicis ac popularibus, quaedam etiam latinissimum redolentia. In his multa fluxisse e consuetudine popularium, inter quos olim vixisset, item Graecorum vniuersorum, et Graecismo, qui ab Macedonici imperii per Alexandrum constituti temporibus inualuisset, sublata Atheniensium libertate et potentia, non dubitem: sed sunt etiam, quae sua sponte adsumpta sunt a philosophis, Aristotelicis imprimis et Stoicis.

cis. Iis aditum in historiam dedit consilium: historiae pragmaticae tractandae, et super rebus historicis quodam modo philosophandi, denique omnium rerum quoddam quasi corpus, quod a certis principiis ductum esset, construendi: quamquam etiam temere potuere scholae verba irrepere in orationem eius, qui orationem ad formam certam et argumento propriam conformare nec didicisset, nec discere curasset, magis rerum cognoscendarum tradendarumque, ut olim gerendarum, quam verborum ad Grammaticorum et Rhetorum praecepta usurpandorum curiosus. Haec igitur cognita habere oportet et ad *Polybium* intelligendum, et ad eos, qui post scripsere. Nam cum *Polybius* ab omnibus iis, qui historiam tractare cuperent, in primis legeretur, ex eo adsciuerunt illas formas dicendi, quibuscunque non statutum esset; pristinam illam Atticam formam exprimere, quod *Arianum*, *Herodianum*, studuisse in promptu est. Itaque multa inde ad *Iosephum*, ad *Dionysium Halic.* in primisque *Diodorum Siculum*, etiam *Cassium Dionem* fluxere, in quibus legendis plurimum adeo prodest, Polybianam Graecitatem accurate tenere; quod nos etiam in Lexico nostro, his subinde comparandis, indicauimus; et vidimus multis locis *Wesselingium* V. Cel. in praeclaris ad *Diodorum* notis, Polybiana comparare; et eius locis proferendis *Diodori* dictionem illustrare. Atque etiam vidimus, *Philonem*, etsi e *Platone* maxime pendet, etiam, ubi grauius disputat, *Demosthene*, tamen multa, praesertim in narrando, etiam a *Polybio* sumsisse, nec minus Scriptores Ecclesiae Graecos antiquiores, in primis *Clementem Alexandrinum*. Haec igitur, et his similia, operam dedimus, ut notare-



mus; nec tamen omitteremus alia, non nimis vulgata. Sed ea omnia fere posuimus cum interpretatione, admittis etiam observationibus nostris super verborum sensu et viù, sed paucis et breuibus, nec pro copia, quae erat in promptu. In his, si quae omissa sunt, quae referri debuissent in Indicem videantur, quae non multa esse speramus, facile erit studiosis addere. Ceterum eadem opera etiam textui corrigendo interdum operam nauauimus. Sed in hoc genere nobis fines hos praescripsimus, vt tantum in verbis singulis et phrasibus nos contineremus, in quibus medicinam praeter libros, analogia linguae, vius loquendi, praesertim Polybianus, praebere posset: quae autem ex alio genere essent, hoc tempore praetermitteremus. Et commode accidit, vt eo ipso tempore, quo hic Index noster iam paratus erat ad prelum subeundum, prodirent *Reiskii* nostri, Viri graece doctissimi, adnotationes ad Polybianorum librorum reliquias, in quibus non modo singula verba emendare tentat, sed etiam vniuersum textum crisi sua complectitur. Id opus, auctores sumus lectoribus Polybianorum, vt comparent in legendo; adeo multa vel ex editione prima, vel ex ingenio corrigit, multa etiam explicat et illustrat diligenter. Eius autem emendationibus cum nostris comparandis vidimus, eum nobiscum in quibusdam quidem plane consentire, in aliis tamen diuersa secutum, quaedam etiam, a nobis emendata, non tetigisse: quod, qui comparare volent, facile animaduertent. Consensum illum nostrum pluribus locis notauimus, easque emendationes omnes, quas et ipse protulit, ipsius haberi, quia prior edidit, libenter patimur. Quod si nobis aliquando detur ob-

serua-

seruationum libros edere, praetermissis Reiskianis omnibus, sola ea proferemus, in quibus aliter iudicamus, aut quae ille non attigit. Hunc igitur indicem nostrum qui vno tenore perspexerit, et Polybianam Graecitatem sibi notam reddiderit, speramus, non inutilem ad alios scriptores graecos legendos, operam sumtutum; nec ceteris minus iucundum fore, vnum in locum congesta legere Polybiana graeca, quam nobis fuit, congerendi labore exhausto.

Nihil diximus, quam id vtile possit esse studiosis in tractandis libris sacris, cum sit notum, et toto libro demonstratum a *Raphelio*. Itaque et in ipso indice non saepe de ea re admonuimus. Illud Criticae sacrae studiosi animaduertent, inconstantiam Polybianam in verborum formis docere, quam non perite aut modeste faciant, qui eius tollendae causa corrigere tentent verba, etiam sacrorum librorum; ex quo genere est id, quod de verbis *παρακαταδήκν* et *παραδήκν* admonuimus in *παραδ*. Sed haec et similia sua sponte videbunt lectores.

Indicem rerum, qui est in editione Gronouiana, repetimus simpliciter. Non ignorabamus, eum esse mancum, ac negligenter et imperite, vt non ab editoribus, sed a mercenario quodam, factum. Non enim potest indicem rerum bene componere, nisi qui auctorem ipsum accuratissime tractauit, et iudicare potest, quid referri in indicem debeat nec ne, et quomodo. Enimuero hunc laborem noui indicis conficiendi suscipere non potui, nec vulgatum explere sustinui. Omnino vsu meo doctus scio, quam raro indicis rerum inspiciendi necessitas et vsus occurrat, quam raro et quam a paucis ibi aliquid quaeratur. Huius ergo tam rari vsus causa tantum tam-  
que

que moleſtum laborem ſubire, inconſultum eſſe arbitratuſ ſum.

Reſtat, vt de Polybianiſ ſcriptiſ iſiſ aliquid dicam, quod incitare ſtudioſoſ ad legendum poſſit. In quo mihi non propoſitum eſt hoc, vt de laudibus *Polybii* vniuerſiſ dicam, et hſtoriae Polybianae: ſatiſ id factum ab *Cafaubono*, in pulcherrima ad *Henricum* Regem epiſtola, quam ab ſtudioſiſ volumuſ diligenter legi: ſed vt, quod ab illo leuiter tactum, vel omiſſum ſit, moneamur. Id autem erit duplex, alterum de rebus, alterum de oratione.

In rebus igitur, ſiue in rerum tractandarum modo, *Polybium* conſtat eſſe hoc ſecutum, vt ad vſum vitae et reip. bello ac pace aptam efficeret rerum enarrationem; cuiuſ rationiſ primuſ exemplum prodiderat *Thucydideſ*. Sed intereſt inter vtrumque non modo id, quod in laudibus hſtoriae Polybianae non praetermiſit *Cafaubonuſ*, quod longe illuſtrior et maior eſt materia Polybianae quam *Thucydideae*, ſed etiam hoc, quod latiuſ omnia et enucleatiuſ tractat *Polybiuſ*, per eoſ, quos vocat *πλεοναſμὲſ*, item *τὸ ἐπιμετρῆν*, interponendiſ lociſ communibuſ, et referendiſ omnibuſ ad principia quaedam, e quibuſ veritaſ rerum iudicari debeat et ratio in vtramque partem. Quae ratio eſſi minus elegantiae habet *Thucydideae* breuitate, *Xenophontea* item, *Liuiana* etc. in qua breui ſententiae alicuiuſ velut admonitione ſuggeritur lectori, quod apud *Polybium* longiori prope diſputatione inculcatur, digniorque videtur ſcholatiſtico homine, quam Politico et rempublicam bello vel pace gerente: tamen ad intelligendum et cognoſcendum eſt aptior, praefertim nonduſ tritiſ in rebus talibuſ, denique aditum munit ad intelligendam



gendam illam breuitatem elegantem et politicam, non adolescentibus destinata, sed viris. Atque hoc nomine arbitror non modo ferendam esse illam enucleationem rerum et inculcationem, cum locis communibus, etiam vulgo notis, qualis est is, qui de causis bellorum veris et iactatis late explicatur, 3, 6. praesertim in sene, et docere iuuenes nobiles adueto, in qua aetate atque vitae ratione procliuè est ingenium humanum ad locos communes et ad loquacitatem; sed etiam amplectendam iuuenibus et nondum exercitatis, vt, cum ea praeparatione vsi ad ceterorum lectionem accesserint, facilius possint cuiusque de rebus gestis in vtramque partem, de causis rerum, ac fide, iudicii vim et causas perspicere, atque ita verum historiae pragmaticae fructum percipere. Profecto longe aliter et illos principes iisque similes historicos, et ceteros quoscunque legent, qui Polybiana disciplina subacti et conformati sunt, quam qui ab ea rudes ad eos legendos se dederint. Sed est hic plerorumque error, vt nihil putent esse facilius, quam intelligere narrationes rerum gestarum, quid in iis verum falsumue sit, ex ipsa rerum natura iudicare, quid recte secusque actum sit, videre, denique etiam, quae gesta sunt, recte narrare, cum nec, quae sit actionis cuiusque ac rei natura, quae partes sint et causae, quae temporum locorumque vis, didicerint, sine quorum cognitione omnia illa fieri nullo modo possunt. Sed eorum omnium praecepta habet *Polybius*, quibus diligenter percipiendis, et cum exemplis, cum aliis, tum ab ipso propositis et exactis ad illa praecepta, comparandis, acuitur ingenium ad intelligendi illam et iudicandi scribendique solertiam et *ακριβειαν*, quam tantopere deside-

ramus in plerisque, qui aut iudicandi arbitrium, aut scribendi facultatem sibi arrogant, et temeritatis impudentiam subeunt.

Oratio autem *Polybii* etsi non est comparanda cum Xenophontea aliorumue Atticorum elegantia et venustate, vt supra diximus, habet tamen et ipsa commendationes quasdam ad studium cognoscendi; primum in eo, de quo ante expositum est, quod bene cognita prodest ad intelligendos, qui post scripsere, in multis, deinde, quod tamen habet multa exquisite et venuste dicta in verbis et in sententiis, nec modo communia cum superioribus, ex quibus et ipse profecit, sed etiam propria, praesertim in orationibus, e quibus videmus multa esse a *Lino* latine facta, vt in oratione Scipionis e morbo recreati ad seditiosos milites. Itaque Polybiana lectio etiam prodesse potest ad scribendi facultatem et copiam verborum atque sententiarum.

Quod si antea multos a lectione *Polybii* abstinuit exemplorum raritas: datur iam facultas comparandi, recusis ita Polybianis reliquiis, vt etiam elegantia chartae et literarum allicere studiosos ad emendum ac legendum possit, denique etiam aliquo intelligendorum Polybianorum verborum adiumento a nobis, vt speramus, certe volumus, adiuncto. Hac igitur facultate vt studiosi vtantur, etiam atque etiam hortamur.



Π Ο Λ Υ Β Ι Ο Υ  
ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ  
Ι Σ Τ Ο Ρ Ι Ω Ν  
Β Ι Β Λ Ο Ι Ε.

---

P O L Y B I I  
MEGALOPOLITANI  
HISTORIARVM  
LIBRI QVINQVE.



THE GREAT

THE

LETTER


TO

THE

THE

MISTORIARUM

THE



ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ  
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΡΩΤΗ.

POLYBII MEGALOPOLITANI  
HISTORIARVM LIBER PRIMVS.

**Ε**ἰ μὲν τοῖς πρὸ ἡμῶν  
ἀναγράψασι τὰς  
πράξεις, παραλέ-  
λειψθαι συνέβαινε  
τὸν ὑπὲρ αὐτῆς τῆς ἰστορίας ἐπαι-  
νον· ἴσως ἂν ἀναγκασθὼν ἦν τὸ  
προτρέπεσθαι πάντας πρὸς τὴν  
αἴρεσιν καὶ παραδοχὴν τῶν τοιού-  
των ὑπομνημάτων· διὰ τὸ μηδε-  
μίαν ἐτοιμοτέραν εἶναι τοῖς ἀν-  
θρώποις διόρθωσιν, τῆς τῶν  
προγεγενημένων πράξεων ἐπιστή-  
μης. Ἐπεὶ δὲ ἔτινές, ἢ ἐπὶ  
ποσόν, ἢ ἅπαντες, ὡς ἔπος  
εἶπεν, ἀρχῇ καὶ τέλει κέχρη-  
ται τέτρω· Φάσκοντες ἀληθινω-  
τάτην μὲν εἶναι παιδείαν καὶ  
γυμνασίαν πρὸς τὰς πολιτικὰς  
πράξεις, τὴν ἐκ τῆς ἰστορίας μά-  
θητιν· εὐαργεσάτην δὲ καὶ μό-  
νῃ διδάσκαλον τῆ δύνασθαι τὰς  
τῆς τύχης μεταβολὰς γενναίως  
ὑποφέρειν, τὴν τῶν ἀλλοτριῶν  
περιπέτειῶν ὑπέμνησιν· ἐγγλον,

**S**i esset ab iis qui ante  
nos res gestas  
memoriae man-  
dantur, historiae  
ipsius praetermissa laudatio:  
necessarium fortasse iam foret,  
omnes hortari, ut hoc com-  
mentatorum genus potissimum  
eligant, suscipiantque:  
quum nulla sit mortalibus ad  
proficiendum via expeditior,  
rerum ante actarum scientia.  
Verum quoniam non aliqui,  
neque aliquatenus, sed prope  
dixerim omnes, hoc principio  
et fine sunt usi: quum dice-  
rent, verissimam quidem insti-  
tutionem esse, ac praeparatio-  
nem ad capeendam Rempu-  
blicam doctrinam illam, quae  
ex historia paratur: magistram  
vero unicum, eamque prae-  
sentissimam, ut possit aliquis  
fortuna mutationes generose  
sufferre, alienorum casuum re-  
cordationem: palam est, noti

ὡς ἄδειν μὲν ἂν δέξασθαι καθήκειν, περὶ τῶν καλῶς καὶ πολλοῖς εἰρημένων ταυτολογεῖν, ἤμισα δ' ἡμῖν. αὐτὸ γὰρ τὸ παράδοξον τῶν πράξεων, ὑπὲρ ἂν προηρήμεθα γράφειν, ἰκνυόντες προκλήεσθαι καὶ παρορμηθεῖν πάντα καὶ νέον καὶ πρεσβύτερον, πρὸς τὴν ἔνταυξιν τῆς πραγματείας. Τίς γὰρ ἕτως ὑπάρχει Φαῦλος ἢ ῥάθυμος ἀνθρώπων, ὃς κί ἂν βηλοῖτο γυνῶσαι, πῶς, καὶ τίς γένοιτο πολιτείας ἐπικρατηθέντα χεῖρον ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμενὴν ἔχ' ὅλοις πεντήκοντα καὶ τρισὶν ἔτεσιν, ὑπὸ μίαν ἀρχὴν ἔπεσε τὴν Ῥωμαίων; ὃ πρότερον ἔχ' εὐρίστανται γεγονός. Τίς δὲ πάλιν ἕτως ἐκπαθῆς πρὸς τι τῶν ἄλλων θεαμάτων ἢ μαθημάτων, ὃς προύργικότερον ἂν τι ποιήσεται τῆς ἐμπειρίας;

2. Ὡς δ' ἔστι παράδοξον καὶ μέγα τὸ περὶ τὴν ἡμετέραν ὑπόθεσιν θεῶρημα, γένοιτ' ἂν ἕτω μάλιστα ἐμφανές, εἰ τὰς ἐλλογισματίας τῶν προγεγενημένων δυναστειῶν, περὶ ἃς οἱ συγγραφοῖς τὰς πλείους διατέθεινται λόγος, παραβάλλοιεν καὶ συγκρίνοιεν πρὸς τὴν Ῥωμαίων ὑπεροχὴν. Εἰσι δ' αἱ τῆς παραβολῆς ἄξια καὶ συγκρίσεως αὐται. Πέρσαι κατὰ τινὰς καιρὰς μεγάλην ἀρχὴν κατεκτήσαντο καὶ δυναστεύοντες ἄλλ' ὅσῳ ἐτόλμησαν ὑπερβῆναι τὰς τῆς Ἀσίας ἕρας, ἢ μόνον ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ περὶ σφῶν ἐκινδύνευσαν. Λακεδαιμόνιοι πολλὰ ἀμφισβη-

iam conuenire cuiquam, ut recte aliis, et quidem multis, dicta reponat: omnium vero minime nobis. Ipsa enim rerum de quibus dicturi sumus inopinata nouitas, vel per se facile quemuis alliciet, incitabitque, siue iuuenem, siue senem, ad historiae huiusce lectionem. Nam quis erit adeo nihili homo aut ignauus, quin scire cupiat, quomodo et quo rerum administrandarum genere, vniuersus prope Orbis terrarum annis LIII, ac ne his quidem totis, sub vnius Po. Ro. imperium fuerit redactus? quod quidem nunquam antea factum inuenitur. Rursus vero quis vllam aliud vel spectaculi, vel disciplinae genus adeo perdit adamauerit, ut harum rerum cognitione quicquam ei sit antiquius?

2. Quod autem inopinatae nouitatis plenum et magnificentum sit nostrae scriptoris argumentum, ita facillime manifestum erit: si nobilissimae quaeque priorum temporum dynastiae, de quibus ut purinum extant historiae, cum Romano imperio componantur ac comparentur. Sunt vero dignae componi compararique hae. Fuit aliquando Persarum magnum imperium ac dominatio: sed quoties Asiae fines transgredi sunt ausi, non solum de imperio, verum et de propria salute sunt periclitati. Lacedaemonii quum de principatu Graeciae perdiu

τήσαν-



τήσαντες χρόνας ὑπὲρ τῆς τῶν Ἰλλυρίων ἡγεμονείας, ἐπειδὴ ποτ' ἐκράτησαν, μόλις ἔτη δώδεκα κατέσχον αὐτὴν ἀδύριτον. Μακεδόνες τῆς μὲν Εὐρώπης ἤρξαν ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Ἀδρίαν τόπων, ἕως ἐπὶ τὸν Ἰστρον ποταμόν· ὃ βραχὺ παντελῶς ἀντικεινὴ μέρος τῆς προειρημένης χώρας. μετὰ δὲ ταῦτα προσέλαβον τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχὴν, καταλύσαντες τὴν τῶν Περσῶν δυναστείαν. ἀλλ' ὅμως ἔτοι πλείων δοξάντες καὶ τόπων καὶ πραγμάτων γενέσθαι κύριοι, τὸ πολὺ μέρος ἀκμὴν ἀπέλιπον τῆς οἰκισμένης ἀλλότριον. Σικελίας μὲν γὰρ καὶ Σαρδῆς, καὶ Λιβύης, εἰς ἐπεβάλλοντο καθάπαξ ἀμφισβητεῖν· τῆς δὲ Εὐρώπης τὰ μαχιμώτατα γένη τῶν προσπερίων ἐθνῶν, ἰχθυῶς εἶπειν, εἰς ἐγνώσκον. Ῥωμαῖοί γε μὴν, ἔτινα μέρη, σχεδὸν δὲ πᾶσαν πεποιημένοι τὴν οἰκισμένην ὑπήκουον αὐτοῖς, ζηλωτὸν μὲν τοῖς ἴνυ ἔσιν, ἀνυπέσβλητον δὲ τοῖς ἐπιγινομένοις ὑπεροχὴν κατεσκεύασαν δυναστείας. Τέτων μὲν τοι τὰ πολλὰ διὰ τῆςδε τῆς ξυγγραφῆς ἔσαι σαφέστερον κατανοεῖν· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆ, πόσα καὶ πηλίκαι συμβάλλεσθαι πέφυκε τοῖς Φιλομαθεῖσιν ὁ τῆς πραγματικῆς ἱστορίας τρόπος.

3. Ἀρξεί δὲ τῆς πραγματείας ἡμῶν, τῶν μὲν χρόνων Ὀλυμπιάς ἀνατοσῆτε καὶ τετρακκοσῆ τῶν δὲ πράξεων, παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν ὁ προσαγορευθεὶς Συμμαχικὸς πόλεμος, ὃν πρῶτον ἐξή-

contendissent, atque illum tandem obtinuissent: vix annos duodecim sine certamine eum tenuerunt. Macedonum in Europa regnum ab Adriatico mari vicinis regionibus Istrum usque patuit: quae pars dictae Europae iure merito exigua videatur: adiecere deinde iidem Asiae imperium, euerfo Persarum dominatu. verumtamen etiam hi, quorum potentia, et quam latissime porrigi, et opes quam plurimas habere est credita, maximam orbis partem nihil quicquam ad se pertinere sunt passi. De Sicilia, Sardinia, ac Libya, ne contendere quidem in animum unquam Macedones induxerunt: Europae vero pugnacissimas nationes ad occasum fitas, vix ac ne vix quidem notas habuerunt. At Romani, non partibus solummodo aliquot, sed uniuerso fere terrarum orbe in ius ditionemque suam coacto, imperium suum in tantum euerunt fastigium; ut praedicare quidem illius felicitatem praesens aetas merito queat: superare vero illud, nulla unquam secula sint valitura. Atque haec omnia ex iis quae deinceps dicentur sient manifestiora. Simul etiam constabit, quot quantasque utilitates historia possit afferre, quae rerum gestarum veram et exactam narrationem profitetur.

3. Initium porro scriptionis nobis erit, si tempora spectes, Olympias centesima quadragesima: si res gestas belum apud Graecos quidem Sociale, quod

νεγχε μετ' Ἀχαιῶν πρὸς Αἰτω-  
 λὰς Φίλιππος Διμητρίου υἱοῦ,  
 πατὴρ δὲ Περσέως· παρὰ δὲ τοῖς  
 τὴν Ἀσίαν κατοικῶσιν, ὃ περι  
 Κοίλης Συρίας, ὃν Ἀντίοχος  
 καὶ Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ  
 ἐπολέμησαν πρὸς Ἀλλήλους· ἐν  
 δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ  
 Λιβύην τόποις, ὃ συστὰς Ῥω-  
 μαίοις καὶ Καρχηδονίοις, ὃν οἱ  
 πλείστοι προσαγορεύουσιν Ἀντιβα-  
 κόν· ταῦτα δὲ ἐστὶ συνεχῆ τοῖς  
 τελευταίοις τῆς παρὰ τῆ Σι-  
 κυωνίᾳ συντάξεως. ἐν μὲν ἔν  
 τοῖς πρὸ τῶν χρόνοις, ἀσυνε-  
 σποραδὰς εἶναι συνέβαινε τὰς τῆς  
 οἰκουμενῆς πράξεις. (διὰ τὸ καὶ  
 κατὰ τὰς ἐπιβολὰς, ἐστὶ δὲ συν-  
 τελείας αὐτῶν, καὶ κατὰ τό-  
 πους διαφέρειν ἕλαστα τῶν πεπρα-  
 γμένων·) ἀπὸ δὲ τῶν τῶν  
 καιρῶν οἰοῦναι σωματοειδῆ συμ-  
 βάνει γίνεσθαι τὴν ἱστορίαν,  
 συμπλέκεσθαι τε τὰς Ἰταλικὰς  
 καὶ Λιβυκὰς πράξεις, ταῖς τε  
 κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ ταῖς Ἑλλη-  
 νικὰς, καὶ πρὸς ἐν γίνεσθαι τέλος  
 τὴν ἀναφορὰν ἀπάντων. διὸ καὶ τὴν  
 ἀρχὴν τῆς αὐτῶν πραγματείας,  
 ἀπὸ τῶν πεποιήμεθα τῶν και-  
 ρῶν. τῶ γὰρ προσεφραμένῳ πολέμῳ  
 κρατήσαντες Ῥωμαῖοι Καρχηδο-  
 νίων, καὶ νομίσαντες τὸ κυριώτα-  
 του καὶ μέγιστον μέρος αὐτῶν γίνε-  
 σθαι πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἐπιβολὴν,  
 ἔτῳ καὶ τότε πρῶτον ἐξάρσασαν  
 ἐπὶ τὰ λοιπὰ τὰς χεῖρας ἐπὶ εἶναι,  
 καὶ περικεῖσθαι μετὰ δυνάμειος, εἰς  
 τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὰς κατὰ τὴν  
 Ἀσίαν τόπους. Εἰ μὲν ἔν ἡμῶν ἦν  
 συνήθη καὶ γνώριμα τὰ πολιτεύ-

primum cum Achaeis aduer-  
 sis Aetolos Philippus suscepit  
 Demetrii filius. Persei pater:  
 apud Asianos vero, bellum  
 Coelefyriacum inter Antio-  
 chum et Ptolemaeum Philo-  
 patorem: in Italia autem et  
 Africa, quod Romani et Car-  
 thaginienses inter sese gesse-  
 runt, vulgo dictum Annibali-  
 cum. Sunt autem haec res  
 cohaerentia, quae Aratus Si-  
 cyonius opere extremo nar-  
 rat. Enimvero ante ista  
 tempora quae per orbem ter-  
 rarum gerebantur, ea qua-  
 si sparsa diuisaque erant:  
 quum et susceperentur fini-  
 renturque singula eorum di-  
 versas ob causas: et tem-  
 poribus quoque ac locis in-  
 vicem distarent. Post ista  
 vero tempora, ut in unum  
 quasi corpus coiret historia,  
 euenit: utque res Italicae ac  
 Libycae Asiaticis et Graecis  
 miscerentur, et omnes ad  
 unum finem referrentur. re-  
 circo et nos opus istud pro  
 illa descripsimus, inde ce-  
 mus exordi. Nam quum eo,  
 quod diximus, bello Roma-  
 ni Carthaginenses superas-  
 sent: rati potissimum ab se  
 maximamque partem, ad ca-  
 pessendam vniuersi orbis im-  
 perium, esse confectam: ita  
 demum, ac tum primum in  
 reliqua manus ausi sunt por-  
 rigere: et cum in Grae-  
 ciam tum in Asiaticas regio-  
 nes exercitus suos transmi-  
 ttere. Equidem si vulgo fa-  
 miliariter notae essent illae  
 Respublicae, quae de summa

ματα, τὰ περὶ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς ἀμφιβητήσαντα, ἴτως ἄδὲν ἂν ἡμᾶς ἔδει περὶ τῶν πρὸ τῆ γράφειν, ἀπὸ ποίας προδέσσω; ἢ δυνάμεως ὀρηθήντες, ἐνεχείρισαν τοῖς τοιούτοις καὶ τηλικούτοις ἔργοις. ἐπεὶ δ' ἔτε τῆ τῶν Ῥωμαίων, ἔτε τῆ τῶν Καρχηδονίων πολιτεύματος πρόχειρός ἐστι τοῖς πολλοῖς τῶν Ἑλλήνων ἢ προγεγενημένη δύναμις, ἢ δ' αἱ πράξεις αὐτῶν ἀναγκῆσι ὑπελκόμεν εἶναι, συντάξασθαυτῶν τὴν καὶ τὴν ἐξῆς βίβλον πρὸ τῆς ἰστορίας, ἵνα μηδεὶς ἐπιστὰς ἐπ' αὐτὴν τὴν τῶν πραγμάτων ἐξήγησιν τότε διακορῆ, καὶ ζήτη, ποίοις διαβηλοῖς, ἢ ποίοις δυνάμεσι καὶ χορηγίαις χρησάμενοι Ῥωμαῖοι, πρὸς ταύτας ὀρηθησαν τὰς ἐπιβολὰς, δι' ὧν καὶ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάττης τῆς κατ' ἡμᾶς ἐγένοντο πάσης ἐγκρατεῖς. ἀλλ' ἐν τέτῳ τῶν βιβλίων καὶ τῆς ἐν ταύταις προκατασκευῆς δῆλον ἦ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ὅτι καὶ λίαν εὐλόγοις ἀφορικῶς χρησάμενοι, πρὸς τὴν ἐπίνοιον ὀρηθησαν, καὶ πρὸς τὴν συντέλειαν ἐξείκοντο τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς καὶ δυναστείας.

4. Τὸ γὰρ τῆς ἡμετέρας πραγματείας ἴδιον, καὶ τὸ θαυμαστόν τῶν κατ' ἡμᾶς καιρῶν, τῆτό ἐστιν ὅτι καθ' ἅπερ ἢ τύχη κεδὸν ἅπαντα τὰ τῆς οἰκουμενῆς πράγματα πρὸς ἐν ἕκλινε μέρος, καὶ πάντα νεύειν ἠνάγκαστε πρὸς ἓνα, καὶ τὸν αὐτὸν σκοπόν· ἔτω καὶ διὰ τῆς ἰστορίας, ὑπὲρ μίαν σύνοψιν ἄγειν τοῖς ἐν-

rerum inter se contenderunt: nihil fortasse necesse nobis esset priora attingere: quo nempe proposito, aut quibus freti viribus tale tantumque opus inceptarint. nunc quoniam et Romanorum et Carthaginensium vires quas prius habuerunt, et bella quae ante gesserunt. Graecorum plerique ignorant: faciendum putauimus, ut hunc et sequentem librum reliquae historiae praemuriremus: ne quis forte, ubi ad rerum ipsarum narrationem venerit, haereat et quaerere incipiat, quibus tandem consiliis, quibus viribus opibusque instructi Romani ad eiusmodi incepta animum adiecerint: per quae et terram et mare nostrum vniuersum potestati suae subiecerunt: sed ex praeparatu duobus hisce libris contento intelligant lectores, sane quam probabiles admodum fuisse Romanis rationes, et idonea praesidia, ut et animo conciperent, et ad extremum consequerentur imperium hoc et orbis terrarum dominatum.

4. Quod enim operis nostri proprium est nostroque tempore mirandum accidit, hoc illud est: quod sicut Fortuna res prope vniuersas totius qua habitatur orbis, in vnam partem inclinavit, atque omnia ad vnum eundemque scopum vergere coegit: ita et nos scriptione hac sub vnum quasi conspectum lectoribus ponimus, quoniam modo ad operis huius vniuersi consummationem ipsa se Fortuna gesserit. Atque hoc in primis fuit, quod me excitauit im-



τυγχάνουσι τὸν χειρισμὸν τῆς  
 τύχης, ᾧ κέχρηται πρὸς τὴν  
 τῶν ὅλων πραγμάτων συντέ-  
 λειαν. καὶ γὰρ τὸ προκαλεσάμε-  
 νον ἡμᾶς καὶ παρορμηθεὶς πρὸς  
 τὴν ἐπιβολὴν τῆς ἰσθρίας, μάλι-  
 στα τῆτο γεγονός· συν δὲ τῶν,  
 καὶ τὸ, μηδένα τῶν καθ' ἡμᾶς  
 ἐπιβεβλήθαι τῇ τῶν καθόλου  
 πραγμάτων συντάξει· πολὺ γὰρ  
 ἂν ἦτον ἔγωγε πρὸς τῆτο τὸ  
 μέρος ἐφιλοτιμήθην. νῦν δ' ὄρων  
 τὰς μὲν κατὰ μέρος πολέμους,  
 καὶ τινὰς τῶν ἄλλα τῆτοις πρά-  
 ξειων καὶ πλείους πραγματευομέ-  
 νους, τὴν δὲ καθόλου καὶ συλλή-  
 βδην εἰκονομίαν τῶν γεγονότων,  
 πότε καὶ πόθεν ὠρηθήη, καὶ  
 πῶς ἔχει τὴν συντέλειαν, ταύ-  
 την εἰς ἐπιβαλλόμενον εἰδένα βρα-  
 σανίζειν, ὅσους καὶ ἡμᾶς εἰδέ-  
 νομα· παντελῶς ὑπέλαβον ἀναγ-  
 καῖον εἶναι τὸ μὴ παραλιπεῖν,  
 μηδ' ἕασαι παρελθεῖν ἀνεπιστά-  
 τως τὸ κάλλιστον ἄλλα καὶ ὠφελι-  
 μώτατον ἐπιτήδευμα τῆς τύχης.  
 πολλὰ γὰρ αὕτη καινοποιήσα  
 καὶ συνεχῶς ἐναγωνιζομένη τοῖς  
 τῶν ἀνθρώπων βίοις, εἰδέπω  
 τοιοῦνδ' ἀπλῶς ἔτ' ἐργάσατο ἔρ-  
 γον, ἔτ' ἠγωνίσατο ἀγώνισμα, οἶον  
 τὸ καθ' ἡμᾶς. ὅπερ ἐν μὲν τῶν  
 κατὰ μέρος γραφόντων τὰς ἰσο-  
 ρίας· ἔχ' οἶον τε συνδεῖν εἰ μὴ  
 καὶ τὰς ἐπιφανεστάτας πόλεις  
 τίς κατὰ μίαν ἐκάστην ἐπελθῶν,  
 ἢ καὶ νῆ Δία γεγραμμένος χω-  
 ρίς ἀλλήλων θεασάμενος, εὐ-  
 θεῶς ἐπολάβοι κατανενοηκέουαι  
 καὶ τὸ τῆς ὅλης οἰκκμένης χῆ-  
 μα, καὶ τὴν σύμπασαν αὐτῆς

pulitque, vt historiam suscipere-  
 rem scribendam. accedebat ec,  
 quod nemo memoria nostra hi-  
 storiam vniuersalem conscribere  
 erat aggressus: nam a quo-  
κατὰ τὸ πρέπον τῇ γραφῇ ποιέ-  
μενοι τὴν ἐπιστάσιαν. τῶν μὲν  
τοίγε Ἄρατῳ διακημένον, καὶ  
νῦν, καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἐπι-  
κεΦαλαίμενοι μνησθόμεθα,  
διὰ τὸ καὶ λίαν ἀληθινὰς καὶ σα-  
Φεῖς ἐκείνου περὶ τῶν ἰδίων συν-  
τεταχέναι πράξεων ὑπομνημα-  
τιστικῶς· τῶν δὲ τοῖς ἄλλοις ἀκρι-  
βεστέρα καὶ μετὰ διαστολῆς ποιη-  
σόμεθα τὴν ἐξήγησιν. ὑπολαυ-  
βῶν δὲ, ῥάψην ἐμοίτ' ἂν γενέ-  
σθαι τὴν διήγησιν, καὶ τοῖς ἐν-  
τυγχάνουσιν εὐπαρακολάθητον  
τὴν μάθησιν, εἰ ποιησόμεθα  
τὴν ἐπίστασιν ἀπὸ τέτων τῶν και-  
ρῶν, ἐν οἷς κατὰ πόλιν διαλυθέν-  
τος τῆ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνης ὑπὸ  
τῶν ἐν Μακεδονίᾳ βασιλέων,  
ἀρχὴ πάλιν ἐγένετο καὶ σύννευ-  
σις τῶν πόλεων πρὸς ἀλλήλας.

Lacedaemoniorum principa-  
tus, vel Macedones, (et qui-  
dem hi potissimum) luminibus  
eius obstruebant, et conatus  
impediebant.

40. Postea vero quam tan-  
dem aliquando pares consiliis  
suis ea Resp. duces fuit nacta:  
breui tempore quid in ipsa vi-  
rium ac roboris esset palam  
fecit; facinore edito longe pul-  
cherrimo: concordiam dico  
Peloponnesiorum. Enimuero  
dux quidem et auctor tam  
praeclari incepti Sicyonius A-  
ratus fuit: promouit autem il-  
lud ac tandem consummauit  
Megalopolitanus Philopoemen.  
confirmauit vero et vt etiam in  
posterum aliquamdiu saltem res  
duraret, Lycortas effecit, qui-  
que eius sectam secuti sunt alii.  
quid autem singuli praestite-  
rint, quoue modo aut tempore,  
in progressu scriptionis de-  
clarabimus, ac suis locis ob-  
feruabimus. Arati tamen facta,  
et nunc, et deinceps summa-  
tim dicemus: quia exstant ab  
ipso ediri singulari tum fide  
tum sermonis perspicuitate  
commentarii, quae ad alios  
pertinebunt, exquisitiore dili-  
gentia, iudicio etiam adhibito,  
persequemur. Existimo autem  
et faciliorem mihi narrationem  
futuram, et lectoribus ad in-  
telligenda recte omnia expe-  
ditiorẽ viam; si ab eo tem-  
pore scriptionem ordiamur,  
quo post diuisam oppidatim  
gentem Achaeorum a Mace-  
doniae regibus, coepere ci-  
uitatum voluntates ad mut-  
tuam societatem inclinare.

ἀφ' ἧς ἀξιοῦμενον κατὰ τὸ συν-  
εχὲς ἔθνος, εἰς ταύτην ἤλθε τὴν  
συντέλειαν, ἐν ἧ κατ' ἑκάστου ἦν,  
ὑπὲρ ἧς κατὰ μέρους ἀρτίως εἶπεν.

41. Ὀλυμπιάς μὲν ἦν εἰκοστὴ  
καὶ τετάρτη πρὸς ταῖς ἑκατὸν,  
ὅτε Πατρέϊς ἤρξαντο συμφροσίνῃ  
καὶ Δυμαῖοι· καίροί δέ, κατ' ἑκά-  
στον Πτολεμαῖος ὁ Λάγος καὶ Λυσίμα-  
χος, ἐτι δὲ Σέλευκος, καὶ Πτο-  
λεμαῖος ὁ Κερκυνὸς, μετ' ἡλ-  
ξαν τὸν βίον. πάντες γὰρ ἦτοι  
περὶ τὴν προσισημένην Ὀλυμπιά-  
δα τὸ ζῆν ἐξέλιπον. τῆς μὲν ἀ-  
νώτερον τάτων χρόνος, τοιαύτη  
τις ἦν ἢ περὶ τὸ προσισημένον  
ἔθνος διάθεσις. ἀπὸ γὰρ Τιτα-  
μῆ βασιλευθέντες, ὃς ἦν Ὀ-  
ρέστη μὲν υἱὸς, κατὰ δὲ τὴν τῶν  
Ἡρακλειδῶν κἀθούλου ἐλπεσῶν  
τῆς Σπάρτης, κατέχευε τὰς περὶ  
Ἀχαίων τόπας· ἀπὸ τῆς κα-  
τὰ τὸ συνεχὲς καὶ κατὰ τὸ γέ-  
νος· ἕως Ὀλύμπου βασιλευθέντες·  
μετὰ ταῦτα δυσχερῆσαντες τοῖς  
τῆ προσισημένῃ πικρίῃ, ἐπὶ τῶν  
μὴ νομίμως ἀλλὰ δεσποτικῶς αὐ-  
τῶν ἄρχων, μετέστησαν εἰς δη-  
μοκρατίαν τὴν πολιτείαν. λοι-  
πὸν ἦδη τῆς ἐξῆς χρόνος μέχρι  
τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου δυ-  
ναστείας, ἄλλοτε μὲν ἄλλως ἐχώ-  
ρει τὰ πράγματα αὐτοῖς κατὰ τὰς  
περιστάσεις· τό γε μὴν κοινὸν πο-  
λίτευμα, κατὰ περ εἰρήκαμεν,  
ἐν δημοκρατίᾳ συνεχῆν ἐπι-  
ρῶντο. τῆτο δ' ἦν ἐν δάδεκα  
πόλεων· ὃς ἐτι καὶ νῦν συμβαί-  
νει διαμένειν πλὴν Ὀλλύου, καὶ  
Ἐλίης τῆς πρὸ τῶν Λουκτρι-  
κῶν ὑπὲρ τῆς Θαλάττης κατακτι-

ex quo gens Achaeorum conti-  
nuis incrementis auēta, in eam  
molem tandem peruenit, quam  
hodie cernimus, et de qua mo-  
do particulatim dicebamus.

41. Olympias agebatur cen-  
tesima vigesima quarta, cum  
Patrenses et Dymaei concor-  
diae huius fundamenta iecerunt:  
quo tempore Ptolemaeus  
Lagi filius, Lyfimachus, item-  
que Seleucus, et Ptolemaeus  
cognomine Ceraunus, vitam  
cum morte commutarunt. om-  
nes enim isti circa eandem  
Olympiadem in viuis esse de-  
sierunt. Ad superiora vero  
tempora quod atinet, gentis  
Achaeorum status fuit huius-  
modi. Tisamenus Orestis fi-  
lius, post reditum Heraclida-  
rum Sparta eiectus, Achaiae  
loca obtinuit, primusque rex  
eius populi fuit: duravit insti-  
tutum ab eo regnum, continua  
stirpis eiusdem serie propaga-  
tum ad Gygem usque, cuius  
postea filios auersati, quoniam  
non pro legitimo rege, sed pro  
hero inter illos se gerebat, prio-  
rem Reip. suae formam, in po-  
pularem statum conuerterunt,  
neque desierunt infecutis dein-  
ceps temporibus, ad domina-  
tum usque Alexandri et Philip-  
pi, licet alias aliter, pro tem-  
porum necessitatibus, res illo-  
rum se haberent: at formam  
tamen Reip. in populari statu,  
sicut diximus pro viribus reti-  
nere. ea democratia e XII. vr-  
bibus constabat, quae nunc  
quoque supersunt, praeter Ole-  
num et Heicen, quata paulo  
ante cladem Leuētricam mare



θείσης. αἴτια δ' εἰσὶ, Πάτρα, Δύμη, Φάραι, Τριταία, Λεόντιον, Αἰγίρα, Πελλήνη, Αἰγίον, Βέρα, Κερκυρία, Ὀλιένος καὶ Ἐλίκη. κατὰ δὲ τὰς ὑτέρας μὲν τῶν κατ' Ἀλέξανδρον κειρῶν, προτέρας δὲ τῆς ἄρτι ῥηθείσης Ὀλυμπιάδος, εἰς τοιαύτην διαφοράν καὶ καχεξίαν ἐνέπεσον, καὶ μάστιγα διὰ τῶν ἐν Μακεδονίας βασιλέων, ἐν ἧ' συνέβη πύλας τὰς πόλεις χωριθεύσας ἀπ' αὐτῶν ἐναντίας τὸ συμφέρον ἄγειν ἀλλήλαις. ἐξ ἧ' συνέπετε, τὰς μὲν ἐμφορέας αὐτῶν γενέσθαι διὰ τὴν Δημητρίαν καὶ Κασσάνδρον, καὶ μετὰ ταῦτα δι' Ἀντιγόνα τῆς Γοματᾶ, τὰς δὲ καὶ τυραννεύσθαι· πλείους γὰρ ἢ μόνον ἕτος ἐμφορεῦσθαι δοκεῖ τοῖς Ἕλλησι. περὶ δὲ τὴν εἰκοστὴν καὶ τετάρτην Ὀλυμπιάδα πρὸς ταῖς ἐκατὸν, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, αὐθις ἤρξαντο μετανοήσαντες συμφρονεῖν. ταῦτα δ' ἦν κατὰ τὴν Πύρρον διάβασιν εἰς Ἰταλίαν. καὶ πρῶτοι μὲν συνέστησαν, Δυμαιοὶ, Πατρεῖς, Τριταεῖς, Φαραεῖς· διόπερ ἐδὲ σήλην ὑπάρχειν συμβαίνει τῶν πόλεων τῶν περὶ συμπολιτείας· μετὰ δὲ ταῦτα μάλιστα πῶς ἔπει πέμπτην τὴν Φεραῖαν ἐμβαλόντες Αἰγίαις, μετέχον τῆς συμπολιτείας· ἐξῆς δὲ τούτοις, Βέραιοι τὸν τύραννον ἀποκτείναντες· ἅμα δὲ τούτοις Καρυναῖς ἀποκατέστησαν. συνιδῶν γὰρ Ἰσέας ὁ τῆς Καρυναίας τότε τυραννεύων, ἐπεπέμψεν κινῶν μὲν ἐξ Αἰγίης τὴν Φεραῖαν, ἀπολωλότα δὲ τὸν ἐν τῇ Βέρα

hausit: sunt autem hae: Patrae, Dyma, Pharae, Tritaea, Leontium, Aegira, Pellene, Aegium, Bura, Ceranium, Olenus, Helice. Medio tempore inter Alexandri mortem et modo dictam Olympiadem, tanta inter eos incessit discordia atque vefania, idque regum Macedoniae opera potissimum: ut dissipata urbium concordia, contrariis consiliis sibi vna quaeque privatim consuleret. ex quo factum, ut aliis ipsorum urbibus Demetrius et Cassander, ac postea Gonatas Antigonus praesidia imposuerint: aliae etiam a tyrannis occuparentur. quorum numerus per Antigonum mirum in modum tempestate illa auxit inter Graecos. at circa Olympiadem cxxiv. quo tempore in Italiam Pyrrhus traiecit; ducti poenitentia, sicuti iam diximus, ad concordiam redire coeperunt. Primi omnium concordiam iniere Dymaei, Patrenses, Tritaeenses, Pharaeenses: quamobrem ne columna quidem vlla extat testis consensus harum urbium in eandem Reipubl. formam, in quam sunt adscripti quinto ferme post anno Aegienenses qui praesidium oppido eiecerant. secuti dein Buri, occiso tyranno: simul et Carynenses, pristino fratu recepto. Iseas namque, tempestate illa Caryneae tyrannus, qui praetidium Aegio cerneret eiectum, occisum vero Burae tyrannum Marci et

μόναρχον διὰ Μάργε καὶ τῶν Ἀχαιῶν, εαυτὸν δὲ πανταρχό-  
θεν ὄρων ὅσον ἂν ἦδη πολεμηθη-  
σόμενον ἀποθέμενος τὴν ἀρ-  
χὴν, καὶ λαθῶν τὰ πικρὰ παρὰ  
τῶν Ἀχαιῶν ὑπὲρ τῆς ἀστυ-  
λείας, προσέθηκε τὴν πόλιν πρὸς  
τὸ τῶν Ἀχαιῶν σύστημα.

42. Τίνος ἂν χάριν ἐπὶ τῆς  
χρόνης τήτης ἀνέροισιν; Ἰα  
πρῶτον μὲν γένεταί σουφαιδῆς,  
πῶς καὶ κατὰ πείρας καιρῶς, καὶ  
τῆς παῶτοι τῶν ἐξ ἀρχῆς Ἀχαι-  
ῶν αὐθις ἐποιήσαντο τὴν ἐπὶ 30-  
λίῃ τῆς νῦν τυσάτωσ· δεύτερον  
δ' Ἰα καὶ τὰ τῆς προαιρέσεως, μὴ  
μόνον διὰ τῆς ἡμετέρας ἀποτά-  
σεως, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτῶν τῶν πρά-  
γματων πίσεως τυγχάνη· διότι  
μὴ τις αἰὶ τῶν Ἀχαιῶν αἰρεσίς  
ὑπῆρχε, καθ' ἣν προτείνοντες  
μὲν τὴν παρ' αὐτοῖς ἰσθγορίαν καὶ  
παρβήσιαν, πολεμῶντες δὲ καὶ  
καταγωνιζόμενοι συνεχῶς, τῆς ἢ  
δι' αὐτῶν ἢ διὰ τῶν βασιλέων τὰς  
σφειτέρας πατρίδας καταδύκνι-  
νας, τάτω τῶ τρόπῳ καὶ ταύτῃ  
τῇ προθέσει, τῆτο τῆργον ἐπετέ-  
λεσαν, τὰ μὲν δι' αὐτῶν, τὰ δὲ καὶ  
διὰ τῶν συμμάχων. καὶ γὰρ τὰ  
δι' ἐκείνων συνεργήμα, α γεγονότα  
πρὸς τῆτο τὸ μέρος ἐν τοῖς ἐξῆς  
χρόνοις, ἐπὶ τὴν τῶν Ἀχαιῶν  
προαίρεσιν ἀνοισέον. πολλοὶ γὰρ  
κοινωνήσαντες πραγμάτων πλει-  
σων τε καὶ καλλίστων Ῥωμαίοις, εἰς  
ποτε τὸ παράπαν ἐπεδύμησαν  
ἐπὶ τῶν καγερωμάτων εἰδένος ἰδία  
λυσιτελεῖς· ἀλλ' ἀντὶ πάσης τῆς  
εαυτῶν Φιλοτιμίας, ἣν πρὸς ἰστο-  
τε τοῖς συμμάχοις, ἀντικατηλῶ ατ-

Achaeorum opera: se quo-  
que sentiret iamiam undique  
bello petendum: posito do-  
minatu, fideque ab Achaeis  
accepta, fraudi eam rem sibi  
non fore; ad conuentum  
Achaeorum urbem adiecit.

42. Quorum vero anti-  
quiorum illorum temporum  
res heic attingi? primum qui-  
dem ut palam fieret, quomodo,  
quando, qui primi ex il-  
lis veteribus Achaeis praesentis  
status fundamenta iecere.  
deinde ut quod dicebamus de  
instituti eius gentis, non ex  
assertione nostra, verum ex  
ipsis rebus fidem inueniret.  
vnam videlicet illis semper  
fuisse Reipublicae suae admi-  
nistrandae rationem: per quam  
ad aequalitatem ac liber-  
tatem, quae inter ipsos viget,  
homines inuitant: eos autem  
qui vel propriis opibus, vel  
regum auxilio freti suas ci-  
uitates sibi seruire cogunt,  
continue bello petunt detru-  
duntque: hac inquam ratione  
et proposito, opus tantum,  
partim per se, partim per so-  
cios ad exitum perduxerunt.  
nam et quae sociis adiuantibus  
in hoc genere sunt postea ef-  
fecta, ad Achaeorum institu-  
tum referri debent. quiquam  
in plurimis et quidem pulcher-  
rimis facinoribus Romanos im-  
peratores multos adiunverint:  
nunquam tamen per occasio-  
nem rei bene gestae vllum sibi  
proprium commodum cupiue-  
runt: sed semper pro nauata  
egregie sociis opera, mercedis

τοντο τὴν ἐκείνων ἐλευθερίαν, καὶ τὴν κοινὴν διόνοιαν Πελοποννησίων. σαφέτερον δ' ὑπὲρ τούτων ἔσσι διαλαμβάνειν ἐξ αὐτῶν τῶν περὶ τὰς πράξεις ἐνεργημάτων.

43. Ἐξοσι μὲν ἔν ἔτη τὰ πρῶτα καὶ πάντε συναπολιτεύσαντο μεθ' ἑαυτῶν αἰ προειρημένων πόλει, γραμματέα κοινὸν ἐπιπερίοδα προχειρίζομενα, καὶ δύο στρατηγός. μετὰ δὲ ταῦτα τέλιν ἔδοξεν αὐτοῖς ἕνα καθιστάνειν, καὶ τῶν πικεύειν ὑπὲρ τῶν ὄλων, καὶ πρῶτος ἔτυχε τῆς τιμῆς ταύτης Μάρκος ὁ Καρυνεύς. τετάρτῳ δ' ὑπερόν ἔτει τὸ προειρημένον στρατηγόντος, Ἄρατος ὁ Σικυώνιος, ἔτη μὲν ἔχων εἰκοσι, τυραννεύειν δὲ ἐλευθερώσας τὴν πατρίδα, διὰ τῆς ἀρετῆς τῆς ἑαυτῆ καὶ τόλμης, προτένειμε πρὸς τὴν τῶν Ἀχαιῶν πολιτείαν, ἀρχήθειν ἐυθύς ἐρασίη γενόμενος τῆς προαιρέσεως αὐτῶν. ὀγδόῳ δὲ πάλιν ἔτη στρατηγός αἰρεθεῖς τὸ δεύτερον, καὶ πραξικοπήσας τὸν Ἀκροκόρινθον Ἀντιγόνου κυριεύοντος, καὶ γενόμενος ἐγκρατής· μεγάλη μὲν ἀπέλυσε φόβον τὰς τὴν Πελοπόννησον κατοικῆντας, ἐλευθερώσας δὲ Κορινθίους, προσηγάγετο πρὸς τὴν τῶν Ἀχαιῶν πολιτείαν. ἐπὶ δὲ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς καὶ τὴν τῶν Μεγαρέων πόλιν διαπραξάμενος προσένειμε τοῖς Ἀχαιοῖς. ταῦτ' ἐγένετο τῶν προτέρων ἔτει τῆς Καρχηδονίων ἡτῆς, ἐν ᾗ καθ' ἅλα Σικελίας ἐκχωρητάντες πρῶτον, ὑπέμειναν τότε φόβος ἐνεγκῆν Ῥωμαίοις. μεγάλην δὲ

loco singulorum libertatem et concordiam omnium Peloponnesiorum concordiam reportabant. Verum de his ex actionibus ipsis rerum melius liquerebit.

43. Quinque igitur et viginti primos annos dictae urbes Rempubicam eandem coluerunt, scribam communem et praetores duos in orbem eligentes. Postea placuit unum designare, cui rerum summam permitterent. eoque honore primus est usus Marcus Carynensis. Quartum annum in praetura agebat Marcus, cum Aratus Sicyonius, viginti annos natus, ereptam iugo tyranni patriam virtute sua et fortitudine, Achaeorum Reip. attribuit. adeo iam inde a principio aetatis mores atque instituta illorum adamauerat. octauo deinde anno post iterum praetor creatus, nonnullos e praefidio quod in Acrocorintho Antigonus habebat, sollicitationibus pellicit ad loci prodicionem: quo mox occupato, ingenti quidem Peloponnesios metu liberauit Aratus; Corinthios vero post libertatem pristinam eis redditam ad Remp. Achaeorum adiunxit. In eadem praetura etiam Megarensium urbem Achaecis contribuit, astu in potestatem redactam. factum hoc anno prius quam Carthaginenses illa afficerentur clade, per quam vniuersa excedere Sicilia, et tributum Romanis pendere tum primum sunt coacti. Quum autem



προκοπήν ποιήσας τῆς ἐπιβολῆς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, λοιπὸν ἤδη διατέλει προσατῶν μὲν τῆ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνης, πάσας δὲ τὰς ἐπιβολὰς καὶ πράξεις πρὸς ἐν τέλος ἀναφέρων. τῆτο δ' ἦν, τὸ Μαιεδόνας μὲν ἐκβαλεῖν ἐκ Πελοποννήσου, τὰς δὲ μοναρχίας καταλύσασθαι, βεβιωτῶν δ' ἐπάσει τὴν κοινὴν καὶ πάτριον εὐθυδρίαν. μέχρι μὲν ἔν ἦν Ἀντιγόνοιο ὁ Γονατῆς, πρὸς τὴν ἐκείνου πολυτραχυμοσύνην, καὶ πρὸς τὴν τῶν Αἰτωλῶν πλεονεξίαν ἀντιπαρταττόμενος διατέλει, πραγματικῶς ἕκαστα χειρίζων καὶ περ εἰς τῆτο προβάτων ἀνδοτέρων ἀδικίας καὶ τόλμης, ὥστε ποιήσασθαι συνθήκας πρὸς ἀλλήλους, ὑπὲρ δικαιοσύνης τῆ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνης.

44. Ἀντιγόνοιο δὲ μεταπαλάξαντος, καὶ συνθεμένῳ τῶν Ἀχαιῶν καὶ συμμαχίαν πρὸς Αἰτωλῶν, καὶ μεταχόντων ἐυγενῶς σφίσι τῆ πρὸς Δημοτρίου πόλεμος, τὰ μὲν τῆς ἀλλοτριότητος καὶ δυσμενείας ἡσάθη κατὰ τὸ παρὸν, ὑπεγένετο δὲ κοινωνητικὴ καὶ Φιλικὴ τις αὐτοῖς διάθεσις. Δημοτρίοιο δὲ βασιλευσάντος δέκα μόνου ἔτη, καὶ μεταπαλάξαντος τὸν βίον περὶ τὴν πρώτην διάβασιν εἰς τὴν Ἰλλυρίδα Ῥωμαίων, ἐγένετο τις ἔυροια πρηνιῶν πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπιβολὴν τῶν Ἀχαιῶν. οἱ γὰρ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ μοναρχοὶ δυσεμπισήσαντες ἐπὶ τῷ μετρηλαχένοιο μὲν τὸν Δημοτρίου, ἐς ἦν αὐτοῖς οἰοεὶ χορηγὸς καὶ με-

multum breui tempore in suscepto consilio Aratus promouisset, ita deinceps gentis Achaeorum principatum obtinebat, ut quaecumque institueret aut ageret, ad vnum hunc finem referret: quo nimirum posset Macedonas Peloponneso eiicere, tyrannides auoliri, communem ac patriam libertatem singulis firmare. Hoc igitur animo dum Antigonus Gonatas viueret, qua illius variis conatibus, qua Aetolorum cupiditati crescendi ex aliena iniuria, assidue sese Aratus opposebat: singuli sollertia omnia feliciter administrans: sicut eo iniquitas et audacia utrorumque sit progressa, ut foedus inter se inirent, ad societatem Achaeorum dissoluendam.

44. Post Antigoni vero obitum, quum sociam etiam foedere Aetolis se Achaei iunxissent, atque etiam in bello contra Demetrium strenuam iis operam nauassent: extinctis in praesens simu tatibus atque odiis; paulatim in eorundem Aetolorum animos societatis amor et amicabile affectio irrepserunt. Decem tantum annos regnauit Demetrius: eodem propemodum tempore fato subiectus, quo prima Romanorum in Illyricum traiectione contigit. tum vero Achaecis ad id perficiendum quod initio proposuerant, magnae rerum opportunitates se obtulerunt. quotquot enim tyranni in Peloponneso fuere, spe omni destituti, partim ob Demetrii mortem, qui suis illos opibus ac

θροῦτος, επικεῖσθαι δὲ τὸν Ἄρατον, οἰόμενον δεῖν σφᾶς ἀποτίθεσθαι τὰς τυραννίδας, καὶ τοῖς μὲν κειθεῖσι μεγάλας ἐνδοξίας καὶ τιμὰς προτείνοντά, τοῖς δὲ μὴ προσέχασιν ἔτι μείζους ἐπανατεινόμενον φόβος καὶ κινδύνους διὰ τῶν Ἀχαιῶν ὤρμησαν ἐπὶ τὸ κειθεῖντες ἀποθέσθαι μὲν τὰς τυραννίδας, ἐλευθερώσασιν δὲ τὰς ἐαυτῶν πατρίδας, μεταχθῆναι δὲ τῆς τῶν Ἀχαιῶν πολιτείας. Λυσιάδας μὲν ἦν ὁ Μεγαλοπολίτης, ἔτι ζῶντος Δημητρίου, κατὰ τὴν αὐτῆ προαίρεσιν, πάνυ πραγματικῶς καὶ φρονίμως προῖδόμενος τὸ μέλλον, ἀπετίθετο τὴν τυραννίδα, καὶ μετεχθῆναι τῆς ἐθνικῆς συμπολιτείας. Ἀισόμαχος δ' ὁ τῶν Ἀργείων τύραννος, καὶ Ξένων ὁ τῶν Ἐρμιονέων, καὶ Κλεώνυμος ὁ τῶν Φλιασίων, τότε ἀποθέμενοι τὰς μοναρχίας, ἐκοινώνησαν ταύτας τῶν Ἀχαιῶν δημοκρατίας.

45. Ὀλοχερεσέρας δὲ γενομένης αὐξήσεως διὰ ταῦτα καὶ προκοπῆς περὶ τὸ ἔθνος Αἰτωλοὶ διὰ τὴν ἑμψυτον ἀδικίαν καὶ πλεονεξίαν φθόνησαντες, τὸ δὲ πλεῖον ἐλπίσαντες καταδιέεσθαι τὰς πόλεις, καθάπερ καὶ πρότερον τὰς μὲν Ἀκαρνανῶν διενέμειναν πρὸς Ἀλέξανδρον, τὰς δὲ τῶν Ἀχαιῶν ἐπεβάλλοντο πρὸς Ἀντίγονον τὸν Γονατᾶν. καὶ τότε παραπλησίως ἐλπίσιν ἐπαρθέντες ἀπετόλμησαν Ἀντιγόῳ τε τῷ κατ'

mercedem pensitando sustentabat: partim ob imminentem ipsorum ceruicibus Aratum, qui poni tyrannides volebat: et sponte sua deponentibus magna praemia atque honores pollicebatur: renuentibus, minas adhuc maiores intentabat, et grauiissima pericula denuntiabat. quae ab Achaeis illos manerent: consilium cepere tyrannide sponte exuta, patrias quisque suas liberandi, et Reip. Achaeorum participandi. Lyfiadas vero Megalopolitanus viuo adhuc Demetrio, propria voluntate ac consilio, sollerter plane ac prudenter praeuidens quod futurum erat, tyrannidi renunciauit, ac communis iuris vniuersae gentis particeps est factus. at tyrannus Argiuorum Aristomachus, Hermionensium Xenon, Phliasiuorum Cleonymus, abdicato vnus dominatu, quod diximus tempore, communione status popularis Achaeorum sunt donati.

45. Quum autem hoc rerum successu vehementer iam Achaeorum opes creuissent: Aetoli, stimulatī inuidia ob insitam illorum ingeniis improbitatem et ditescendi malis artibus cupiditatem: et, quod praecipuum erat, spe dissolventi coniunctas inuicem vrbes, sicut olim acciderat; quando Acarnanum oppida cum Alexandro diuiserant, et vt de Achaicis cum Antigono Gonata facere idem possent, consilia inierant. tunc quoque similem spem sibi offensam arripientes, scelerate ausi sunt et cum An-

ἐκείνης τῆς καιοῦς προεῶτι  
Μακεδόνων, ἐπιτροπεύοντι δὲ  
Φίλιπτα παῖδος ὄντος, καὶ  
Κλεομένη τῷ βασιλεῖ Λακεδαι-  
μονίων κοινωνεῖν καὶ συμπλέ-  
κειν αὐτοῖσι μάχαι τὰς χεῖ-  
ρας. οὐκ ἔστι γὰρ τὸν Ἀντίγο-  
νον κυριεύοντα μὲν τῶν κατὰ  
Μακεδονίαν ἀττάλως, ὁμολο-  
γούμενον δὲ καὶ πρόδικλον ἐχθρὸν  
ὄντα τῶν Ἀχαιῶν, διὰ τὴν κα-  
τὰ τὸν Ἀκροκόρινθον πρᾶξιν·  
ἐπέλαβον, εἰ τῆς Λακεδαιμονίης  
προσλαβόντες ἔτι κοινὰς σφί-  
σι τῆς ἐπιβολῆς, προεπιβίβ-  
σκειν εἰς τὴν πρὸς τὸ ἔθνος  
ἀττάλως βλάβης καταγωνί-  
σασθαι τὰς Ἀχαιῶν, ἐν καιρῷ  
συνεπιτιθέμενοι, καὶ παντα-  
χόθεν περιήσαντες αὐτοῖς τὸν  
πόλεμον. ὃ δὲ καὶ ταχέως ἂν  
ἐκ τῆς κατὰ λόγον ἐπετέλεσαν,  
εἰ μὴ τὸ κυριώτατον παρεῖδον  
τῆς προθέσεως· ὃ συνέλογισά-  
μενοι, διότι ταῖς ἐπιβολαῖς Ἀρα-  
του ἔξασιν ἀνταγωνιστῆν, ἄνδρα  
δυναμένον πάσης ἐυσοχεῖν περι-  
στάσεως. τοιγαρὶν ὀρησάμενοι  
ἐπὶ τὸ πολυτραγμεῖν, καὶ  
χειρῶν ἄρχειν ἀδίκων, ἵχ οἶον  
ἤνυσάν τι τῶν ἐπινοηθέντων·  
ἀλλὰ τήναυτίον, καὶ τὸν Ἀρα-  
του τότε προεῶτα, καὶ τὸ  
ἔθνος ἐσωματοποίησαν· πρα-  
γματικῶς ἀντιπεριτπάτατος  
ἐκείνη, καὶ λυμνηαμένη τὰς  
ἐπιβολὰς αὐτῶν. ὡς δὲ ἐχει-  
ρίσθη τὰ ἔλλα, δῆλον ἔσται  
διὰ τῶν λέγεσθαι μελλόντων.

tigono qui Macedoniae tunc  
praerat, relictus Philippo ad-  
huc puero tutor: et cum  
Cleomene Lacedaemoniorum  
rege, societatem facere, suas-  
que cum utroque illorum co-  
pias coniungere. qui enim vi-  
derent, tota Macedonia tuto  
Antigonum potiri: eundemque  
propter interceptum Acroco-  
rinthum certum ac professum  
Achaeorum esse hostem, sic  
apud se cogitabant: si Lace-  
daemonios insuper ad societa-  
tem eius, quod moliebantur,  
posset pellicere, in odium  
prius Achaeorum inductos:  
haut sane difficile sibi fore, ut  
opportuno tempore illos ag-  
gredientes, et bellum vndi-  
que conflantes, eos debellarent.  
Et omnino simile veri est. ha-  
biturum fuisse exitum Aetolo-  
rum istud inceptum, nisi id o-  
miffissent in eo suscipiendo,  
quod praecipue erat animad-  
vertendum: neque enim in  
mentem illis venit, rem sibi  
cum Arato futuram: viro, o-  
mnibus dissi utatibus conue-  
nienter mederi gnaro. itaque  
res novare orsi, belloque ue-  
fario Achaeos adorti, non so-  
lum nihil effecerunt eorum  
quae sperauerant: sed etiam  
contra, tam Aratum, qui tum  
erat praetor, quam gentem  
ipsam Achaeorum potentiores  
reddiderunt: sollerter Arato  
consilia omnia illorum in con-  
trarium vertente, atque cor-  
rumpente. quomodo autem  
quaeque sint gesta, ex iis quae  
deinceps narrabantur, perspi-  
cium fiet.



46. Θεωρῶν γὰρ τὰς Αἰτω-  
 λὰς ὁ προειρημένος ἀνὴρ, τὴν  
 πόλεμον τὸν πρὸς αὐτὰς αἰχθυνο-  
 μένης ἀναλαβεῖν ἐκ τῆ Φανερῆ,  
 διὰ τὸ καὶ λίαν εἶναι προσφά-  
 τως τὰς ἐκ τῶν Ἀχαιῶν ἐυερ-  
 γεσίας περὶ τὸν Δημοκρατικὸν  
 πόλεμον εἰς αὐτὰς· συμβουλευ-  
 μένης δὲ τοῖς Λακεδαιμονίοις,  
 καὶ Φθονύτας τοῖς Ἀχαιοῖς ἐπὶ  
 τοῦτον, ὥστε Κλεομένης πεπρα-  
 ξικοπηκότος αὐτὰς, καὶ παρη-  
 μένης Τέγεαν, Μαντινείαν, Ὀρ-  
 χομενὸν, τὰς Αἰτωλοῖς ἔ μόνον  
 συμμαχίδας ὑπαρχήσας, ἀλλὰ  
 καὶ συμπολιτευομένας τότε πό-  
 λεις, ἔχουσαν ἀγανακτῆντας ἐπὶ  
 τέτοις, ἀλλὰ καὶ βεβαιῶντας  
 αὐτῶ τὴν παράληψιν. καὶ τὰς  
 πρότερον κατὰ τῶν μηδὲν ἀδι-  
 κέντων, πᾶσαν ἰκανὴν ποιημέ-  
 νης πρόφασιν, εἰς τὸ πολεμεῖν  
 διὰ τὴν πλεονεξίαν· καὶ τότε  
 συνορῶν ἐκασίως παρασπονδα-  
 μένης, καὶ τὰς μεγίστας ἀπολ-  
 λύντας πόλεις ἐφέλουτι, ἐφ' ᾧ  
 μόνον ἰδεῖν ἀξιοχρεῶν γενόμενον  
 ἀνταγωνιστὴν Κλεομένην τοῖς Ἀ-  
 χαιοῖς· ἐγνωδῆν, εἰς ταῦτα βλέ-  
 πων ἕτος τε καὶ πάντες ὁμοίως  
 οἱ προεσῶτες τῆ τῶν Ἀχαιῶν πο-  
 λιτεύματος, πολέμῳ μὲν πρὸς  
 μηδένα κατάρχειν, ἐνίστασθαι δὲ  
 τοῖς τῶν Λακεδαιμονίων ἐπιβο-  
 λῆς. τὸ μὲν ἔν πρώτῳ ἐπὶ  
 τῶν ἦσαν τῶν διαλήψεων·  
 θεωρῶντες δὲ κατὰ τὴς ἐξῆς  
 χρόνος τὸν Κλεομένην θρασέως  
 ἐπισκοδομῆντα μὲν τὸ καλέμε-  
 νον Ἀθήναιον ἐν τῇ τῶν Μεγα-  
 λοπολιτῶν χώρα, πρόδηλον δὲ

46. Considerans siquidem  
 Aratus, Aetolos qui propter re-  
 centissimam memoriam bene-  
 ficii ab Achaeis bello Demetria-  
 co accepti; palam illos armis  
 laceffere, pudore quodam re-  
 tenti, non audebant: consilia  
 tamen cum Lacedaemoniis  
 communicare: tanta flagran-  
 tes in Achaeis inuidia: ut quum  
 Cleomenes per dolum et oc-  
 cultam proditionem esset ipfos  
 adortus, atque ea ratione Te-  
 geam, Mantineam, et Orcho-  
 menum intercepisset; vrbes,  
 non societate dumtaxat, sed et-  
 iam communionem eiusdem Rei-  
 publ. ipsis tum iunctas: ea in-  
 iuria nihil moti, vltro etiam  
 captarum vrbiū possessionem  
 illi firmarent: et quibus antea  
 prae cupiditate lucri vel leuif-  
 sima occasio sufficere solebat  
 ad bellum in eos mouendum,  
 qui nulla vnquam re laeserant:  
 hos nunc cernens scientes pru-  
 dentes pati vt sibi violetur fi-  
 des, et sponte sua maximas  
 vrbes amittere, dummodo eo  
 crescere Cleomenis opes senti-  
 rent, vt posset Achaeis sese op-  
 ponere: haec inquam omnia  
 considerantes Aratus et ceteri  
 Achaeorum proceres, nemi-  
 nem bello sibi prouocandum ra-  
 ti. Lacedaemoniorum autem co-  
 natibus aduersandum statuunt.  
 Ac principio quidem cogita-  
 tiones illorum huiusmodi fue-  
 re: postea vero quam in di-  
 tione Megalopolitanorum ex-  
 strui a Cleomene magna au-  
 dacia Athenaeum, quod vo-  
 cant, coeptum est: hostem  
 se et quidem acrem aduer-

καὶ πικρὸν ἀναδεικνύοντα σφίσι πολέμιον ἐκυτόν· τότε δὲ ἀνακθροῦσαντας τὰς Ἀχαιοὺς, ἀμύνου μετα τῆς βολῆς ἀναλαμβάνουσιν Φανερῶς τὴν πρὸς τὰς Λακεδαιμονίους ἀπέχθαιον. ὁ μὲν δὲ Κλεομένης, προπαγορευθεὶς πόλεμος, ταύτην ἔλαβε τὴν ἀρχὴν, καὶ κατὰ τὴν αἰσῆσιν.

47. Οἱ δ' Ἀχαιοὶ τὸ μὲν πρῶτον διὰ τῆς ἰσῆσιν δυνάμεως ἀρρασαν ἄντο· Ἰαλιεῖσι τοῖς Λακεδαιμονίοις· ἅμα μὲν ὑπολαμβάνουτες κάλλιστον εἶναι τὸ μὲν. ἑτέρων σφίσι ποιῆσθαι τὴν σατυρίαν, ἀλλ' αἰτῶς δὲ αὐτῶν σώσειν τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν, ἅμα δὲ βαλλόμενος καὶ τὴν πρὸς Πτολεμαῖον τῆσιν Φίλιον, διὰ τὰς προσηγενημένας εὐεργεσίας, καὶ μὴ φαίνεσθαι πρὸς ἑτέρας ἐπείγοντες χεῖρας. ἤδη δ' ἐπὶ ποτὸν τῆ τελευτῆς προβαίνοντος, καὶ τῆ μὲν Κλεομένης τὸ τε πατριῶν πολέτευμα καταλύσαντος, καὶ τὴν ἐννομον βασιλείαν εἰς τυραννίδα μεταστήσαντος, χωριμένῃ δὲ καὶ τῶν πολέμων πρακτικῶς καὶ παραδόλως· προορώμενος Ἄρατος, καὶ τὸ μέλλον δειδιῶς, τῆσιν τε τῶν Αἰτωλῶν ἐτίμοικα καὶ τόλαια, ἐπιρνε πρὸ πολλῆς λυσιπέσθαι τὴν ἐπιβολὴν αὐτῶν. κατανοῶν δὲ τὸν Ἀντίγονον καὶ πρᾶξιν ἔχοντα καὶ σύνεσιν, καὶ πίστεως ἀντιποιούμενον τὰς δὲ βασιλείας σφῶν εἰδώς. Φύσει μὲν ἄδυνα νομίζοντας ἔτε ἔχθρὸν ἔτε Φίλιον, ταῖς δὲ τῆ συμφύροντος ψήφοις ἀσὶ μετρῶντας· τὰς ἔχθρας καὶ Φιλίας· ἐπεβάλετο λαλεῖν πρὸς

sum illos professo; tum demum Achaeorum concilio convocato sit decretum, Lacedaemonios pro hostibus palam esse habendos. Tunc temporis, et ab hoc principio illud bellum coepit, quod Cleomenicum est appellatum.

47. Huius initio ausi sunt Achaei contra Lacedaemonios propriis freti copiis attollere oculos: partim quod honestissimum ducerent ad salutem suam thendam alieno auxilio non indigere: sed ipsos per se cum urbem tum regionem posse defendere: partim etiam, quod beneficiorum memores quae Ptolemaeus in Achaeos olim contulerat, amicitiam cum illo conservare studebant: neque existimari volebant vllum alium respicere. Procedente vero bello, quum Cleomenes constitutam in patria Lacedaemone Republicae formam antiquasset, ac regnum legitimum in tyrannidem mutasset, nec minus interea solletter ac fortiter bellum gereret: pro singulari sua prudentia de futuro sollicitus Aratus, Aetolorum vafratatem et audaciam reformidans, faciendum sibi duxit, vt eorum consilia multo ante conturbaret. Quamobrem qui animadverteret Macedoniae regem Antigonum rebus agendis intentum, ad iungendas societates pronum, fidei praecipuam curam habentem: certo alioquin sciret, reges natura quidem neminem vel hostem vel amicum ducere: verum ex suis semper

τὸν εἰρημένον βασιλέα, καὶ συμ-  
πλέκειν τὰς χεῖρας, ὑποδει-  
νύων αὐτῷ τὸ συμβησόμενον ἐκ  
τῶν προημίων. προδήλως μὲν  
ἔν αὐτὸ πράττειν ἀσύμφορον  
ἤγειτο διὰ πλείους αἰτίας. τὸν  
τε γὰρ Κλεομένην καὶ τὰς Αἰ-  
τωλῶς ἀνταγωνιστὰς παραλαμ-  
βάνειν ἔμελλε πρὸς τὴν ἐπιβο-  
λήν· τὰς τε πολλὰς τῶν Ἀχαιῶν  
δικτρέφειν καταφύγων ἐπὶ τὰς  
ἐχθρὰς, καὶ δοκῶν ὀλοχερῶς  
ἀπεγνωμέναι τὰς ἐν αὐτοῖς ἐλ-  
πίδας· ὑπερ ἤμισι Φοίνεσθαι  
πράττειν ἐβάλετο. διόπερ ἔχων  
ταύτην πρόθεσιν, ἀδήλως αὐ-  
τὰ διενεοῖτο χειρίζειν. ἐξ ἧ  
πολλὰ πρὸς τὴν ἑαυτῆ γνώμην  
ἠνγκάζετο καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν  
πρὸς τὰς ἐκτός, εἰ ἂν ἤμελλε  
τὴν ἐναυτίαν ἐμφασίᾳ ὑποδει-  
νύων, ταύτην ἐπικρύψασθαι τὴν  
οἰκονομίαν. ὦν χάριν ἔνι τῶν  
τῶν ἐδ' ἐν τοῖς ὑπομνήμασι  
κατέταξεν.

48. Εἰδὼς δὲ τὰς Μεγαλοπο-  
λίτας κακοπαθεύοντας μὲν τῷ  
πολέμῳ, διὰ τὸ παρακειμένους  
τῇ Λακεδαιμόνι προπολεμῆν τῶν  
ἄλλων, ἢ τυγχάνοντας δὲ  
τῆς κατὰ τὴν ἐπιβουλὴν ὑπὸ  
τῶν Ἀχαιῶν, διὰ τὸ κηκείνους  
δυσχρηστῶν ἐπιβομένων ὑπὸ  
τῆς περιστάσεως, σαφῶς δὲ γι-  
νώσκων, οἰκείως διακειμένους αὐ-  
τὰς πρὸς τὴν Μακεδόνων οἰ-  
κίαν, ἐκ τῶν κατὰ τὸν Ἀ-  
μύντα Φίλιππον εὐεργεσιῶν  
δειγμα ποιούμενος, διότι τα-  
χέως ἂν ὑπὸ τῆ Κλεομένης  
πιεζόμενοι καταφύγοιεν ἐπὶ τὸν

vtilitatibus amicitias et inimi-  
citas aestimare: impetum ce-  
pit cum eo Rege colloquendi,  
et socia arma cum illo iungen-  
di; admonendi denique illius,  
quis futurus esset omnium quae  
tum parabantur exitus. sed pa-  
lam quidem id facere multis de  
caussis non expedire iudicabat.  
nam et Cleomenem cum Aetoli-  
lis suo aduersaturos proposito  
non ignorabat: et vulgi A-  
chaeorum vehementer se ani-  
mos deiecturum, qui ad subsi-  
dium hostium confugeret, nul-  
lamque spem amplius in ipsis  
ponere videretur, quod omni-  
um maxime fugiebat. quare  
quod voluebat animo, sic tra-  
ctandum censuit, vt nemo  
animaduerneret. vnde accide-  
bat, vt et facere et dicere mul-  
ta in vulgus cogeretur, per quae  
contrariam mentem prae se fe-  
rens, molitionem hanc suam  
occultaret. quare ne in com-  
mentarios quidem suos horum  
nonnulla retulit.

48. Porro Aratum non fugie-  
bat, Megalopolitanos qui Lacedaemoni adiacerent, prae ceteris ad bellum expositos, inuitos et grauate illius incommoda perpeti: cum quidem ab Achaeis quantum res postulabat auxilii non subministraretur; nam et ipsi aduersis pressi, vix iam sibi ac ne vix quidem sufficiebant; notum etiam habebat propensum horum animum in regiam Macedonum domum, iam inde a temporibus Philippi Amyntae filii, qui de illis bene fuit meritis: his argumentis motus non dubitabat, quin si gra-



Ἀντίγονον, καὶ τὰς Μακεδόνας ἐλπίσαι· κινολογηθεὶς ἔν δὲ ἀπολλήτων πρὸς τῆς Ἑλληνιστολῆς Νικοφάνει καὶ Κερκιδῶ τοῖς Μεγαλοπολίταις, οἵτινες ἦσαν αὐτῶ πατριῶι ξένοι, καὶ πρὸς τὴν ἐπιβολὴν ἐυθεῖας βλάβης διὰ τῶν ὁρμῶν παρέστη τοῖς Μεγαλοπολίταις εἰς τὸ πρεσβεύειν πρὸς τὰς Ἀχαιοὺς, καὶ παρακαλεῖν πύπαιν τοῖς τὸν Ἀντίγονον ὑπὲρ βοήθειας· οἱ μὲν ἂν Μεγαλοπολίταις κατέστησαν αὐτῶς, τὰς περὶ τοῦ Νικοφάνου καὶ τοῦ Κερκιδῶ, πρεσβευτῶς πρὸς τὰς Ἀχαιοὺς, κακῶθεν ἐυθεῖας πρὸς τὸν Ἀντίγονον, ἂν αὐτοῖς συγκαταθήται τὸ ἔθνος· οἱ δ' Ἀχαιοὶ συναχόμενοι πρεσβεύειν τοῖς Μεγαλοπολίταις, σταλῆν' ἐ συμμίζαντες οἱ παρὶ τοῦ Νικοφάνου τῶ βασιλεῖ, διελέγοντο, περὶ μὲν τῆς ἐπιτῶν πατρίδος, αὐτὰ τὰναγκῶν, διὰ βιαχίων καὶ καβαλλικῶν, τὰ δὲ πολλὰ περὶ τῶν ὄλων, κατὰ τὰς ἐπιτολὰς τὰς Ἀράτε καὶ τὰς ὑποθέσεις.

49. Αὐτῶ δ' ἔτην, ὑποδεικνύουσα τὴν Αἰτωλῶν καὶ Κλεομένης κοινοπρασίαν, τί δύναται, καὶ ποῖ τείνει· καὶ δηλῶν ὅτι πρώτοις μὲν αὐτοῖς Ἀχαιοῖς ἐυλαβητέον, ἔξῃς δὲ καὶ μᾶλλον Ἀντίγονῳ. τῆτο μὲν γὰρ, ὡς Ἀχαιοὶ τὸν ἐξ αὐφοῖν πόλεμον ἐκ ἂν ὑπενέγκαιεν, ἐυθεῖασητον εἶναι πᾶσι· τῆτο δ' ὡς Αἰτωλοὶ καὶ Κλεομένης κρατήσαντες τῶν, ἐκ ἐυδοκήσων,

vius a Cleomene premerentur, Antigonom et Macedonicas opes respecturi essent. Erant duo Megalopolitani ciues Nicophanes et Cercidas, quibus cum Arato hospitium paternum intercedebat: ambo ad rem quam ille parabat, ingenio apti, cum his arcano colloquio habito, facie per eos efficit, vt Megalopolitani consilium ineant legatos mittendi ad Achaeorum conuentum; aeturos cum iis vt auxilium legatione missa ab Antigono petant, igitur decreto facto a Megalopolitanis iubentur illi ipsi Nicophanes et Cercidas ad Achaeos publico nomine proficisci: acque inde recta, si modo ita visum illis fuerit, ad Antigonom, concessere Achaei Megalopolitanis vt legatos mitterent. Nicophanes igitur vbi ad Regem venisset, sermonem cum eo habet: de patria sua breuiter et summatim, quae res postulabat: at de summa rerum plurimis illis sermo fuit, ex Arati mandatis atque monitis.

49. Ea autem erant: vt ob oculos regi ponerent, haec Aetolorum et Cleomenis societas quam vim haberet, et quo spectaret, ostenderent primum quidem Achaeis periculum imminere; proximum autem, et maius quidem, ipsi Antigono, nam quod Achaei bello ab amobus illis populis inferendo, pares non sint futuri: id vero facile posse intelligi: quod autem Aetoli et Cleomenes debellatis Achaeis cupidi-

εἰδὲ μὴ μείνωσιν ἐπὶ τῶν ὑποκει-  
 μένων, ἔτι τῆτο τῆ πρόθεν  
 ῥῆτον εἶναι τῶ νῦν ἔχοντι συ-  
 δεῖν. τὴν τε γὰρ Αἰτωλῶν  
 πλεονεξίαν ἔχ οὖν τοῖς Πελο-  
 πουνητίων ὄροις εὐδοκῆσαι ποτ'  
 ἂν περιληφθεῖσαν, ἀλλ' εἰδὲ  
 τοῖς τῆς Ἑλλάδος, τὴν τε Κλεο-  
 μένους Φιλοτιμίαν, καὶ τὴν ὄ-  
 λην ἐπιβολὴν, κατὰ μὲν τὸ  
 παρὸν, αὐτῆς ἐφείσθαι τῆς Πε-  
 λοποννησίων ἀρχῆς. τυχόντα  
 δὲ ταύτης τὸν προσιρημένον,  
 κατὰ πόδας ἀνδέξεσθαι τῆς τῶν  
 Ἑλλήνων ἡγεμονίας. ἧς ἔχ  
 οἶδόν τε καθιέσθαι, μὴ ἔ πρόθεν  
 καταλύσαντα τὴν Μακεδόνων  
 ἀρχήν. σκοπεῖν ἔν αὐτὸν ἡξίαν  
 προορώμενον τὸ μέλλον, πότε-  
 ρον συμφέροι τοῖς σφετέροις  
 πράγμασι μετ' Ἀχαιῶν καὶ  
 Βοιωτῶν ἐν Πελοποννήτῳ πρὸς  
 Κλεομένην πολεμεῖν ὑπὲρ τῆς  
 τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας, ἢ  
 προέμενον μέγιστον τὸ ἔθνος,  
 διακινδυνεύειν ἐν Θεσσαλίᾳ πρὸς  
 Αἰτωλῆς καὶ Βοιωτῆς, ἔτι δ'  
 Ἀχαιῆς καὶ Λακεδαιμονίας, ὑπὲρ  
 τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς. εἰάν  
 μὲν ἔν Αἰτωλοὶ τὴν ἐκ τῶν Ἀ-  
 χαιῶν εἰς αὐτὰς γεγενημένην  
 εὐνοίαν ἐν τοῖς κατὰ Δημήτριον  
 καιροῖς ἐντρεπόμενοι, τὴν ἡσυ-  
 χίαν ἀγειν ὑποκρίνωνται, καθά-  
 περ καὶ νῦν, πολεμήσειν αὐτὰς  
 ἔφασαν τὰς Ἀχαιῆς πρὸς τὸν  
 Κλεομένην. καὶ μὲν ἢ τύχη  
 συνεπιλαχούσωνται, μὴ δεῖσθαι  
 χρείας τῶν βοηθησόντων· ἂν δ'  
 ἀντιπίπῃ τὰ τῆς τύχης, Αἰτω-  
 λοὶ δὲ συνεπιτίθωνται, προσέ-

tati suae finem non sint factu-  
 ri, neque in eo statu mansu-  
 ri: id quoque recte existiman-  
 ti vel manifestius esse quam  
 illud prius. nam auaritiaē  
 quidem Aetolorum, nec Grae-  
 ciae vniuersae fines fore fat-  
 tis, nedum vt Peloponnesus  
 illam expleat. Cleomenem  
 vero, quae hominis est am-  
 bitio et vitae totius proposi-  
 tum; quantumuis in praesentia  
 folius Peloponnesi domina-  
 tum petat: postquam huius  
 voti compos fuerit factus, e  
 vestigio principatum Graeco-  
 rum sibi vindicare conaturum:  
 quem impetrare, nisi euerso  
 prius Macedonum imperio,  
 nemo queat. orare ergo le-  
 gati, in futurum cogitationes  
 suas extenderet; videretque  
 vtrum magis e re sua fuerit,  
 vel Achaeis, Boeotisque auxi-  
 liantem, de principatu Grae-  
 corum in Peloponneso aduer-  
 sus Cleomenem bello contende-  
 re: vel neglecta occasione  
 gentis maximae sibi concilian-  
 dae, in Thessalia cum Aetoli-  
 sis, Boeotis, necnon Achaeis  
 et Lacedaemoniis pro Macedo-  
 niae imperio pugnantem periclitari.  
 postremo dicere, si-  
 quidem Aetoli pudore cohibi-  
 ti ob beneficia ab Achaeis bello  
 Demetriaco in se collata,  
 velle se quiescere simulauerint,  
 quod adhuc fecere: solos A-  
 chaeos cum Cleomene bella-  
 turos: quorum conatibus si  
 fortuna fauerit, auxilio cuius-  
 quam opus non fore; sin illa  
 aduersam se praebuerit; et  
 cum hoste Aetoli se coniunxe-

χρῆν αὐτὸν παρεκάλειν τοῖς πράγμασι, ἵνα μὴ τρώηται τὰς κειρῆς, ἔτι δὲ ἰουδαίους τῶν Ἰουδαίων Πελοποννησίους ἐπαρχέσθαι. περὶ δὲ πίσεως καὶ χάριτος ἀποδόσεως, βαθυμῆν αὐτὸν ἄουτο δαῖν τῆς γὰρ χάριτος ἐπιπέθει κένου, οἷόν τι ἐρήσειν τὸν Ἄρατον ἐυδοκίμως ἀφοπλίσει ὑπαχθῆντο πίσει. οὐσίως δ' Ἐσπεραν καὶ τὸν κειρὸν τῆς βοηθείας αὐτὸν ὑποδείξειν.

50. Ὁ μὲν ἔν Ἀντίγονος ἀκύντας ταῦτα, καὶ δοξᾶς ἀληθινῆς καὶ πραγματικῆς ὑποδεικνύων τὸν Ἄρατον, προσεῖχε τοῖς ἔξῃς πραγματοποιέοις ἐπιμελῶς. ἔγραψε δὲ καὶ τοῖς Μεγαλοπολίταις ἐπαγγέλλόμενος βοηθήσειν, ἐὰν καὶ τοῖς Ἀχαιοῖς τῶτο βουλευμένοις ἦ. τῶν δὲ περὶ τὸν Νικοφάνην καὶ Κερκιδᾶν ἐπαγγελόντων εἰς οἶον, καὶ τὰς τε παρὰ τῆ βασιλείας ἐπιστολὰς ἀποδόντων, καὶ τὴν λοιπὴν ἔνοον αὐτῆ καὶ προθυμίαν διαταφέντων μετακρινθέντες οἱ Μεγαλοπολίται, προθύμως ἔχον ἰέναι πρὸς τὴν συνόδον τῶν Ἀχαιῶν, καὶ προκαλεῖν ἐπιστάσαντα τὸν Ἀντίγονον, καὶ τὰ πράγματα κατὰ σπουδὴν ἐγχειρῆσαι αὐτῶ. ὁ δ' Ἄρατος διακρίνας κατ' ἴδμεν τῶν περὶ τὸν Νικοφάνην τῆν τε τῆ βασιλείας ἀφῆσιν, ἢ ἔχει πρὸς τε τὰς Ἀχαιῶν καὶ πρὸς αὐτὸν, περιχαρὴς ἦν, τῶ μὴ διακρίνας πεποιθῆσαι τὴν ἐπινοίαν, μηδ' ἐυνοῦσθαι κατὰ τὴν τῶν Αἰτωλῶν ἐλπίδα τὸν Ἀντίγονον εἰς τέλος ἀπῆλκωτριμένον

rint. petere ab illo, animum aduerteret ad ea quae agerentur, neque occasiones rerum sibi elabi sineret: sed Peloponnesiis, prius quam perirent ferret opem. de fide porro et remuneratione beneficii, securum esse illum debero: regi namque pollicebantur legati Aratum ipsum, cum rei exequendae tempus venisset, fidei pignora utrisque grata esse inventurum: simul indicaturum eundem, quando opportunum esset venire auxilio.

50. Haec cum intellexisset Antigonos, verum ac prudens Arati consilium iudicans, magna deinceps cura quid rerum ageretur attendebat. ad Megalopolitanos etiam scripsit, auxilia promittens, dummodo id volentibus Achaeis fieret. Nicophanes et Ceridas domum reuersi, post traditas regis litteras, beneuolentiam et propensam eius voluntatem declarant. Megalopolitani sublatis ad hunc nuntium animis, nihil habuere antiquius, quam ut ad conuentum Achaeorum profecti eos hortarentur, ut Antigonum arcesserent, et quantocyus rerum curam illi demandarent. Aratus vero laetitia gestire, vbi priuatim a Nicophane et collega eius didicisset, quo animo esset rex tum erga vniuersos Achaeos, tum erga se: quod non frustra eiusmodi consilium excogitasset: neque penitus a se alienatus, sicuti sperauerant Aetoli, Antigonus esset repertus. maxime

αὐτῆ.



ἑαυτῶν. πάνυ δὲ πρὸς λόγον ἤγει-  
 το γίνεσθαι, καὶ τῆς Μεγαλοπο-  
 λίτης προθύμης εἶναι, διὰ τῶν  
 Ἀχαιῶν φέρειν ἐπὶ τὸν Ἀντίγο-  
 νου τὰ πράγματα. μάλιστα μὲν  
 γὰρ, ὡς ἐπάνω προείπον, ἔσπευ-  
 δε μὴ προσδεθῆναι τῆς βοή-  
 θείας· εἰ δ' ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ τῶ-  
 το δέοι καταφεύγειν, ἢ μόνον  
 ἐβίβλετο δι' αὐτῶν γενέσθαι τὴν  
 κλήσιν, ἔτι δὲ μάλλον ἐξ ἀπάν-  
 των τῶν Ἀχαιῶν. ἠγωνία γὰρ,  
 εἰ παραγενόμενος ὁ βασιλεὺς,  
 καὶ κρατήτης τῶ πολέμῳ τῷ  
 Κλεομένους καὶ τῶν Λακεδαιμο-  
 νίων, ἀλλ' ἕτερόν τι βαλεύετοιο  
 περὶ τῆς κοινῆς πολιτείας, μὴ  
 ποδ' ὁμολογημένως τῶν συμβαι-  
 νόντων αὐτὸς ἀναλάβῃ τὴν αἰ-  
 τίαν· δόξαντος δικαίως τῶτο  
 πράττειν, διὰ τὴν ἐξ αὐτῶ προ-  
 γεγενημένην ἀδικίαν περὶ τὸν  
 Ἀκροκόρινθον εἰς τὴν Μακεδό-  
 νων οἰκίαν. διόπερ ἅμα τῶ  
 παρελθόντας τῆς Μεγαλοπολί-  
 τας εἰς τὸ κοινὸν βουλευτήριον,  
 τά τε γράμματα τοῖς Ἀχαιοῖς  
 ἐπίδεικνύουσι, καὶ διασαφεῖν τὴν  
 ὅλην ἔννοιαν τῆ βασιλείας, πρὸς  
 δὲ τῶτοις ἀξίῳ ἐπισπάσασθαι  
 τὸν Ἀντίγονον τὴν ταχίστην,  
 εἶναι δὲ καὶ τὸ πλῆθος ἐπὶ τῆς  
 αὐτῆς ὁρμῆς· προσελθὼν Ἀρα-  
 τος, καὶ τὴν τε τῆ βασιλείας  
 προθυμίαν ἀποδεξάμενος, καὶ  
 τὴν τῶν πολλῶν διάληψιν ἐπαι-  
 νέσας, παρενάλει δὲ διὰ πλείο-  
 νων, μάλιστα μὲν πειρᾶσθαι δι'  
 αὐτῶν σώζειν καὶ τὰς πόλεις  
 καὶ τὴν χώραν· εἰδέν γὰρ εἶ-  
 ναι τῶτα κάλλιον, εἰδὲ συμφερώ-

autem facere ad rem illi vide-  
 batur, prompta haec voluntas  
 Megalopolitanorum, rerum  
 summam ex communi Achaeo-  
 rum sententia ad Antigonom  
 deferendi. Aratus enim, quod  
 ante diximus, optabat ille  
 quidem, summoque id agebat  
 studio, ne cuiusquam auxilio  
 opus foret: sin eo necessitatis  
 essent venturi; non a se vno,  
 verum ab vniuersis Achaeis  
 regem volebat vocari. ma-  
 gnopere enim verebatur, ne  
 postquam rex aduenisset ac  
 Cleomenem Lacedaemonios-  
 que debellasset, si fecius de-  
 inde aliquid consuleret aduer-  
 sus communem ipsorum Rem-  
 publicam: mali totius causa  
 vni sibi adscriberetur: atque  
 omnes ita iudicarent, iure id  
 Antigonom facere, propter in-  
 signem iniuriam, capto Acro-  
 corintho, regibus Macedonum  
 illatam. itaque cum Megalo-  
 politani ad commune consi-  
 lium accessissent, ostensa-  
 que epistola quam acceperant,  
 eximiam regis erga totum il-  
 lum coetum benevolentiam  
 declarassent; ad haec facien-  
 dum dicerent, vt quamprimum  
 Antigonus acciretur, id-  
 que populum etiam Megalo-  
 politanum percupere; prodit  
 Aratus in medium, et regis  
 prompta voluntate commen-  
 data: multitudinis etiam lau-  
 data sententia; multis hortari  
 eos coepit, vt in hanc praeci-  
 pue curam incumberent, quo  
 si fieri posset, tum vrbes, tum  
 agros per se defenderent: ni-  
 hil enim aut honestius ed fu-

τερον. εἰ δ' ἄρα πρὸς τῆτο τὸ μέρος ἀντιβαίη τὰ τῆς τύχης, πρότερον ἔδη δεῖν ἐξελεγχέντας πάσας τὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας, τότε καταφεύγειν ἐπὶ τὰς τῶν Φίλων βοηθείας.

51. Ἐπιστημαμένους δὲ τῆ πλήθους, ἔθετο μένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων, καὶ δι' αὐτῶν ἐπιτελεῖν τὸν ἐνεσῶτα πόλεμον. ἐπεὶ δὲ Πτολεμαῖος μὲν, ἀπογνῆς τὸ ἔθνος, Κλεομένηι χορηγεῖν ἐπεβάλετο, βεβλόμενος αὐτὸν ἐταλασίφειν ἐπὶ τὸν Ἀντίγονον, διὰ τὸ πλείους ἐλπίδας ἔχειν ἐν τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἢ περ ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς, τῆ δύναθαι διακατέχειν τὰς τῶν ἐν Μακεδονίᾳ βασιλείων ἐπιβολὰς· οἱ δ' Ἀχαιοὶ τὸ μὲν πρῶτον ἤλαττώθησαν περὶ τὸ Λύκειον, συμπληκνύτες κατὰ πορείαν τῶ Κλεομένηι, τὸ δὲ δεύτερον ἠττήθησαν ἐκ παρατάξεως, ἐν τοῖς Λαοδικείοις καλεμένοις τῆς Μεγαλοπολίτιδος, ὅτε καὶ Λευσιάδας ἔπεισε, τὸ δὲ τρίτον ἐλοχρῶν· ἔτρισαν ἐν τῇ Δυμαίᾳ περὶ τὸ καλεμένον Ἐκατόμβαιον περὶ τὴν διαικινδυνεύοντες τὸν ἦδη τῶν πραγμάτων ἐκ ἔτι διδόνταν ἀσπροθῆν, ἡν ἄνεκα τὰ πρῶτα καταφεύγειν ὀμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸν Ἀντίγονον. ἐν δὲ καιρῶν πρεσβυτέρου τὸν οἶον ἐξαποστείλας Ἄρστος πρὸς τὸν Ἀντίγονον ἐβεβηκίετο τὰ πρὸς τῆς βοηθείας, παύει δ' αὐτοῖς ἀπορίαν καὶ δυσχερίαν μεγίστην, τὸ μῆτε τοῖ βασιλέα δοκεῖν ἂν βοηθῆσαι

turum aut utilius. sin fortunam suis conatibus aduersam experiantur: tunc demum ad subsidia amicorum esse confugiendum, postquam omnia prius quae in ipsis essent, forent experti.

51. Approbata omnium consensu Arati sententia; placuit, nihil mouere: et vt praefens bellum per se Achaei soli gererent. Sed quum Ptolemaeus, desperans retinere se posse in amicitia sua gentem Achaeorum, Cleomeni necessaria suppeditare coepisset: (quia enim ad impedienda regum Macedoniae consilia maiorem in Lacedaemoniis quam in Achaeis spem ponebat; propterea aduersus Antigonum Cleomenem stimulans, sumptus etiam fugerebat:) quum etiam Achaei primo ad Lycaenum, conflictu cum Cleomene habito qui forte iter habentibus occurrerat, caesi essent: alteram deinde cladem in campis Laodicis Megalopoleos collatis signis cum hoste congressi, accepissent; quando etiam Leusiadas fuit occisus: tertio denique, in Dymaensi agro ad Hecatombaeum quod vocant, totis viribus inuito certamine, vniuersam pubem amisissent: tum enim uero dilationem rebus iam non ferentibus, praefens periculum Achaeos coegit, vt Antigoni auxilium communi omnes consensu implorarent. eo tempore Aratus filio ad Antigonum misso, quae prius de ferenda ope fuerant acta, firmavit. Sed magna hic difficultas atque impe-

χωρίς τῆ κοιμισαθαι τὸν Ἀκροκόρινθον, καὶ λαβεῖν ὄρηθῆριον πρὸς τὸν ἐνεσῶτα πόλεμον τῆν τῶν Κορινθίων πύλιν· μήτε τὰς Ἀχαιῶς ἐν τοῖσι Κορινθίαις ἀκούτας ἐν χειρίται Μακεδόσι· διὸ καὶ τὸ πρῶτον ὑτέρθεσιν ἔχε τὸ διαβέλιον, χάριν τῆς περὶ τῶν πίσεων ἐπισπέψεως.

52 Ὁ δὲ Κλεομένης καταπληξάμενος τοῖς προειρημέναις εὐτυχίματι, λοιπὸν ἀεὼς ἐπεπορευετο τὰς πόλεις, ἃς μὲν κείθων, αἷς δὲ τὸν φόβον ἀνατεινόμενος· προσλαβῶν δὲ τῶ τρόπῳ τέτῳ Καφύας, Π-ἄλιν, Φενεόν, Ἄργος, Φλίυντα, Κλεωνὰς, Ἐπίδαυρον, Ἐρμιόνα, Τροισζήνα, τελευταῖον Κόρινθον, αὐτὰς μὲν ποσειερατοπέδευτε τῆ τῶν Σικυωνίων πόλει· τὰς δ' Ἀχαιῶς ἀτέλευσε τῆ μεγίστη προβλήματος· τῶν γὰρ Κορινθίων τῶ μὲν Ἀράτῳ στρατηγῶντι καὶ τοῖς Ἀχαιῶς παραγγελάωντων ἐκ τῆς πόλεως ἀπαλλάτθεσθαι· πρὸς δὲ τὸν Κλεομένην διαπειπομένων καὶ καλόντων παρεδόθη τοῖς Ἀχαιοῖς ἀφορμὴ καὶ πρόσαις εὐλογος· ἧς ἐπιλαβόμενος Ἄρατος, καὶ προτείνας Ἀντιγόνῳ τὸν Ἀκροκόρινθον κατεχόντων Ἀχαιῶν, τότε τὸν τόπον τέτου δὲς, ἔλυσε μὲν τὸ γεγονός ἐγκλημα πρὸς τὴν οἰκίαν, ἱκανὴν δὲ πίσιν παρέχετο τῆς πρὸς τὰ μέλλοντα κοινωνίας, τὸ δὲ συνέχον, ὄρηθῆριον παρεσκεύασεν Ἀντιγόνῳ πρὸς τὸν κατὰ Λακεδαιμονίων πόλεμον.

dimentum se offerebat: quod neque rex suppetias venturus credebatur, nisi prius Acrocorintho recepto, et Corinthiorum vrbe tradita. vt ea belli arce ad res agendas vteretur: neque Achaei audebant inuitos Corinthios Macedonibus in potestatem tradere. quare dilata primo deliberatio illa fuit, vt de filii pignoribus diligentius cogitaretur.

52. Cleomenes interim magno sui terrore iniecto, re toties bene gesta, vt modo diximus, sine vlllo amplius periculo grassari, vrbes alias blanditiis, alias metu adiungere: quumque hoc modo Cap' yas, Pellentem, Pnenum, Argos, Phliuntem, Cleonas, Epidaurum, Hermionem, Troezenem, postremo Corinthum occupasset: ipse quidem ad Sicyoniorum vrbem, itacuius locum deligit: ceterum Achaeos dubitatione quae se illis offerebat maxima, absoluit. quum enim Corinthii Arato praetori ceterisque Achaeis denuntiasent, vt vrbe excederent: ad Cleomenem contra misissent, qui eum vocarent. data Achaeis occasio est quam iure merito praetexerent. hancprehendit Aratus, et quum antea de reddendo Acrocorintho quem adhuc tenebant Achaei, spem aliquam Antigono fecisset: eo tunc tradito, et veterem offensam erga domum regiam obliterauit: et futurae in posterum societatis fidem abunde fecit. quodque maximi momenti erat, ad bellandum contra Lacedaemonios,



ὁ δὲ Κλεομένης ἐπιγυῖας τὰς Ἀχαιοὺς συνιθεύμενος τὰ πρὸς τὸν Ἀντίγονον, ἀναξέζεις ἀπὸ τῆ Σικυῶνος, κατεστρατοπέδευσε περὶ τὸν Ἴθρον, διαλαβὼν ἰσχυρὰ καὶ τὰ Φρυγῶν μεταξὺ τότεν τῆ τῆ Ἀροσσεῖνθι καὶ τῶν Ὀσειῶν καλεμένων ὄρων πᾶσαν ἤ ἡ βεβραῖον; περικληθῶς ταῖς ἐλπίσι τὴν Πελοποννησίαν ἀσχυρῆ. Ἀντίγονος δὲ πάλιν αὐτὸν ἐν παρασκευῇ, καρδοκῶν τὸ μέθου κατὰ τὰς ὑποθήκας τὰς Ἀράται, τότε συλλεγόμενος εἰς τῶν προσηπτόντων, ἔσπον ἄτα παρὼν τὸν Κλεομένην μετὰ τῆς δουκείως εἰς Θεσσαλίαν ἔτ' αὖν, διακειψάμενος πρὸς τὸν Ἀρατὸν καὶ τὸς Ἀχαιοὺς, ὑπὲρ τῶν ὠμολογημένων, ἦεν ἔχων τὰς δυνάμεις διὰ τῆς Εὐβοίας ἐπὶ τὸν Ἴθρον. οἱ γὰρ Αἰτωλοὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τότε βολόμενοι καλύσασθαι τὸν Ἀντίγονον τῆς βοηθείας, ἀπέπειον αὐτῶ πορεύεσθαι μετὰ δυνάμειος ἐν τὸς Πυλῶν· οἱ δὲ μὴ, ὅτι καλύσασσι μετ' ἑπλων αὐτὰ τὴν εἰσοδον. ὁ μὲν ἔν Ἀντίγονος καὶ Κλεομένης ἀντεστρατοπέδευον ἀλλήλοισ· ὁ μὲν εἰσελθεῖν σπαδάζων εἰς Πελοπόννησον, ὁ δὲ Κλεομένης, καλύσασθαι τῆς εἰσοδῆ τὸν Ἀντίγονον.

53. Οἱ δ' Ἀχαιοὶ, καίπερ εἰ μετρίως ἠλατρωμένοι τοῖς ὄλοις, ὅμως ἔκ ἀφίσταντο τῆς προθέσεως, ἔδ' ἐγκατέλιπον τὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας. ἀλλ' αἴμα τῶ τὸν Ἀριστοτέλην τὸν Ἀργεῖον ἐπυκασῆσαν τοῖς Κλεομενεσίαις, βοηθήσαντες καὶ παρεισπεσόντες μετὰ Τιμοξένου τῆ στρατηγῆ, κατέλαβον

arcem belli Antigono paravit. Cleomenes, qui totius Peloponnesi principatum non dubia iam spe sibi desponderat; praetione cognita quam Achaei et Antigonus inter se fecerant, castis a Sicyone motis, ad Isthmum ea locat: omneque spatium quod est inter Arocorinthum et Onios montes vallo ac fossa munit. Antigonus pridem ad bellum accinctus, occasione imminebat, ut fuerat ab Arato monitus. tunc igitur ex iis quae nuntiabantur colligens, breui cum exercitu adueniurum Cleomenem; missodum adhuc in Thessalia esset, ad Aratum et Achaeos, ut sibi promissa rebus confirmarent, per Euboeam ad Isthmum copias ducit. Aetoli enim multa prius alia experti, tunc quoque impedire cupientes Antigonom quominus Achaeis auxiliaretur, ne cum exercitu Pylas intraret denuntiauerant: sin minus, armis se illum transitu prohibiuros. Antigonus ubi ad Isthmum venit, castris Cleomenis sua e regione opponere: ille cupere in Peloponnesum intrare: hic prohibere ne intraret.

53. Achaei, licet afflictæ penitus res ipsorum erant, tamen a proposito non discedere, neque ullam spem praetermittere, sed simulac Aristoteles Argivus iis, qui Cleomenis sectam sequebantur, se opponere coepisset: auxilio profecti, et duce Timoxeno per fraudem etiam oppidum ingressi, Argiuorum urbem oc-

τῆν τῶν Ἀργείων πόλιν. ὁ δὲ καὶ νομισέον κίβωτάτου γενομένου τῆς τῶν πραγμάτων κατορθώσεως. τὸ γὰρ ἐπιλαβόμενον τῆς ὁρμῆς τῆ Κλεομένης, καὶ προητήσαν τὰς ψυχὰς τῶν ἐυνάμεων, τῆτο ἦν, ὡς ἐξ αὐτῶν Φανερὸν ἐγένετο τῶν πραγμάτων. καὶ γὰρ τόπως ἐυθυσέρας προκατέχων, καὶ χορηγίως δαψιλετέρας Ἀντιγόνα χρώμενος, καὶ τόλιμη καὶ Φιλοτιμίᾳ μείζονι παρωρηιμένος, ὁμοῦ ἅμα τῶ προπτεσεῖν αὐτῶ, διότι κατεληφθαί συμβαίνει τῆν τῶν Ἀργείων πόλιν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, ἐνδὺς ἀνάστατος ἀπολιπῶν τὰ προδεηλωμένα προτερήματα, Φυγῆ παρατλησίαν ἐποιεῖτο τῆν ἀποχώρησιν δείσῃ. καὶ πανταχόθεν αὐτῶ περισώσιν οἱ πολέμιοι. παραπεσῶν δ' εἰς Ἀργος, καὶ κατὰ ποτὸν ἀντιποιησάμενος τῆς πόλεως μετὰ ταῦτα γενναίως μὲν τῶν Ἀχαιῶν, Φιλοτιμίως δὲ τῶν Ἀργείων ἐν μεταμελείᾳ αὐτὸν ἀμυνομένων, ἀποπεσῶν καὶ ταύτης τῆς ἐπιβολῆς, καὶ ποιησάμενος τῆν πορείαν διὰ Μαντινείας, ἕτως ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Σπάρτην.

54. Ὁ δ' Ἀντίγονος ἀσφαλῶς εἰς τὴν Πελοπόννησον εἰσελθὼν, παρέλαβε τὸν Ἀκροκόρινθον. ἔδρα δὲ χρόνον μείνας, εἶχετο τῶν προκειμένων, καὶ προῆν εἰς Ἀργος. ἐπεινέσας δὲ τὰς Ἀργείους καὶ κατασχόμενος τὰ κατὰ τὴν πόλιν, αὐτῶ ἐν ποδὸς εἰνεί, ποιόμενος τῆν πορείαν ὡς ἐπ' Ἀκράδιαν. ἐμβαλὼν δὲ τὰς Φραγὰς ἐκ τῶν ἀποικοδομη-

cupant. qui successus praecipua censeret causa debet, cur res illorum in melius mutarint. nam et Cleomenis impetum is casus retardauit: et militum animos iam tum deiecit, sicut res ipsae ostenderunt. quum enim opportuniora loca redacta iam ante in potestatem suam teneret; comitatibus magis quam Antigonus abundaret; ad audendum et gloriam parandam maiore impetu ferretur; simul tamen nuntiatum illi est, Achaeos Argiuorum urbem cepisse, confestim itinere arrepto, omnia quae dixi commoda, quibus superior Antigono erat, reliquit, et fugienti similis ab hostibus recessit: veritus, ne ab hostibus undique circumueniretur. Argos deinde urbem dolo ingressus, conatus aliquamdiu eam sibi vindicare: mox fortiter ab Achaeis repulsus, ab Argiis vero etiam pertinaciter ex poenitentia prioris consilii, in hoc quoque conatu spe sua frustratus; ducto per Mantineam suorum agmine Spartam est reuersus.

54. Antigonus sine periculo Peloponnesum intrat, traditumque sibi Acrocorinthum accipit. nulla autem ibi mora facta, propositum vrgens, Argos se confert. ibi laudatis ciuibus, et rebus in vrbe compositis, e vestigio iterum castra mouet, versus Arcadium instituto itinere. quumque praesidia e castellis super extractis, tum in

θέντων χωρίον ὑπὸ Κλεομένης,  
 κατὰ τε τὴν Αἰγίην καὶ Βελμι-  
 νάτην γῆρα, καὶ προὐκὸς τὰ  
 Φράγες Μεγαλοπολίται· καὶ πρὸς  
 τὴν τῶν Ἀχαιῶν πόλιν εἰς Αἴ-  
 γιον. ἀπολογισάμενος δὲ περὶ τῶν  
 καὶ αὐτὸν, καὶ χρηματίτας πε-  
 ρὶ τῶν μετόχων, ἔτι δὲ κατα-  
 σταθεῖς ἡγεμῶν ἀπάντων τῶν  
 συμμάχων· μετὰ ταῦτα γόρου  
 μύθῳ χειμάζων διέτριβε περὶ  
 Σικυῶνα καὶ Κόρινθον. τῆς δ'  
 ἐκείνης ἕρας ἐκταμένης, ἀναλα-  
 βὼν τὰς δυνάμεις, προῆγε· καὶ  
 δυνάτας τριταῖος πρὸς τὴν τῶν  
 Ταγεατῶν πόλιν, ἀπηνηκόταν ἢ  
 τῶν Ἀχαιῶν, ἐνταῦθα τριβρα-  
 τοτ-δύσας, ἤρξατο πολιορκεῖν  
 αὐτήν. τῶν δὲ Μακεδόνων ἐνε-  
 γῶς χρωμένων τῆτε λοιπῇ πο-  
 λιουσίᾳ καὶ τοῖς ἐρύγμασι, τα-  
 χέως ἀπελτίσαντες οἱ Ταγεά-  
 ται τὴν σωτηρίαν, παρέδοσαν  
 αὐτὰς. ὁ δ' Ἀντίγονος ἀσφα-  
 λισάμενος τὰ κατὰ τὴν πό-  
 λιν, εἶχετο κατὰ τὸ συνεχές  
 τῶν ἐξῆς, καὶ προῆγε κατὰ  
 σπαθὴν εἰς τὴν Λακωνικήν.  
 ἐλθὼν δὲ τῷ Κλεομένει προ-  
 καθημένῳ τῆς ἐαυτοῦ χώρας,  
 κατεπείραξε καὶ συνέστατο τι-  
 νὰς ἀκροβολισμῶς. προπτεσόν-  
 τος δὲ διατῶν κατακτόπων αὐτῶ,  
 τὰς ἐξ Ὀρχομενῆς στρατιῶας  
 περὶ βοήθησκένας πρὸς τὸν  
 Κλεομένην, παραυτίχῃ ποιησά-  
 μενος ἀναζυγῆν, ἠπείγετο. καὶ  
 τὸν αὖν Ὀρχομενὸν ἐξ ἐφόδου  
 κατεπείραξε εἰς. μετὰ δὲ ταῦ-  
 τα περιτρατοπεδέυσας τὴν τῶν  
 Μαντινέων ἐπολιόρκει πόλιν.

Aegitico, tum in Belminati-  
 co agro deiecit, eaque lo-  
 ca Megalopolitanis tradidisset,  
 ad conuentum Achaeorum  
 Aegium venit. ubi expositis  
 aduentus sui causis, senten-  
 tia etiam sua de rebus futu-  
 ris edita; praeterea dux om-  
 nium sociorum renunciatus;  
 temporis aliquantum (erat e-  
 nim hiems.) statim Sicyone  
 et Corinthi egit. sed ineunte  
 statim vere, copias ex hiber-  
 nis educit, ac pergit ire. ter-  
 tiis castris citato agmine ad  
 Tegeatarum oppidum venit:  
 quo etiam Achaei tempore  
 eodem venerunt, et se cum  
 illo iunxerunt: rex circa  
 Tegeam positris castris obfide-  
 re eam coepit. et quum Ma-  
 cedones artibus expugnanda-  
 rum urbium omnibus strenue  
 obsessos premerent, maxime  
 autem cuniculis faciendis:  
 despondere statim animum  
 Tegeatae, et deditionem fe-  
 cere. Antigonus vrbe prae-  
 sidio firmata, ad alia porro  
 pergit, et in Laconicam rap-  
 tim copias ducit. Vt ad  
 Cleomenem est ventum, qui  
 pro finibus ditionis suae cum  
 exercitu eum expectabat,  
 tentare Antigonus quid ani-  
 mi haberet, ac leues pu-  
9. Τίνος δὲ χάριν ἐμνήσθην Φαβίου καὶ τῶν ὑπ' ἐκείνου γεγραμμένων; ἢ ἕνεκα τῆς πιστοῦς τῶν εἰρημύτων ἀγωνίων, μὴ πισυτῆ κατὰ τισιν. ἢ μὲν γὰρ κατὰ τὰ ἀλόγια, καὶ χωρὶς τῆς ἐκείνης ἐξηγήσεως, αὐτῇ δὲ αὐτῆς δύνταται θεωρεῖσθαι κατὰ τοὺς ἐντυγχάνοντιν· ἀλλὰ τῆς τῶν ἀναλαμβανόντων τὰς ἐκείνης βίβλους ὑπομνήσας ἵνα μὴ πρός τὴν ἐπιγραφὴν, ἀλλὰ πρός τὰ πράγματα βλέπωσιν. ἔνοι γὰρ ἢ ἐπὶ τὰ λεγόμενα συνεπιτάσσοντες, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν τὸν λέγοντα καὶ λαβόντες ἐν νῆι, ἐπίτοι κατὰ τοὺς καιροὺς ὁ γράφων γέρονε, καὶ τῆ συνδριῆ μετῴχε τῶν Ῥωμαίων, πλὴν ἐυτέως ἠγῆνται τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῆς πίσου. ἐγὼ δὲ Φημὴ μὲν δεῖν, ἢ ἐν μικρῷ προσλαμβάνεσθαι τὴν τῆ συγγραφῆς πίσιν, ἢ αὐτοτελῆ δὲ κρῖναι. τὸ δὲ πλεῖον, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ποιῆσθαι τὰς ἀναγκαστικότητας τὰς δοκιματίας. ἢ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆ γε Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων πόλεμος (τὴν γὰρ παρέχουσιν ἐντεῦθεν ἐποητάσασθαι) νομισέον πρώτην μὲν αἰτίαν γεγεμέναι, τὸν Αἰλίου θυμὸν, τῆ Βάρκα μὲν ἐπικαλεσέν, πατὴρ δὲ κατὰ φύσιν Ἀννίβη γεγονότος. ἐκεῖνος γὰρ ἔχ' ἤτ' ἠθεῖς τῷ περὶ Σικελίαν πολέμῳ τῇ ψυχῇ, τῷ δοκεῖν αὐτῷ μὲν ἀνέροισι διατηρηθέναι τὰ περὶ τὸν Ἴρουκα στρατόπεδα ταῖς ὀρμαῖς, ἐφ' ὧν αὐτὸς ἦν· διὰ δὲ τὴν ἐν τῇ

9. Quorsum vero Fabii et eius historiae mentionem feci? non quod eius narrationem adeo arbitrer similem veri, ut verendam mihi sit, ne fidem apud nonnullos inueniat. adeo namque aliena sunt ab omni ratione quae hic scribit, ut vel silente me, hominis leuitatem, quae se manifesto prodit, lectores facile sint obseruaturi: verum ut eos admonerem, in quorum manus historiae illius uenerint, ne titulum libri, sed res ipsas attendant. Reperiuntur enim, quid ad narrantem potius quam illa quae narrantur animum aduertentes, quum illis temporibus auctorem sciant uisisse, et Romanum senatorem fuisse: qui quid ab eo dictum est, pro fide digno protinus arripiunt. Ego uero, fidem eius scriptoris, sicut non aspernandam censeo: ita non tanti certe faciendam, ut iudicium lectoris uelim inde pendere: sed ex rebus ipsis potius quae narrantur, quod sequatur eligere. Enimuero belli huius Romanorum et Carthaginienis, (nam inde sumus digressi) prima causa censeri debet, indignatio Hamilcaris qui Barca est cognominatus, fuitque Hannibalis pater naturalis. Hic enim post bellum Siculum inuictum animum retinens, quod legiones, quibus ad Erycem praefuerat, integras illaesaeque conseruauerat, eadem secum agitantes consilia: ut, propter ciadem maritimo

ναυμαχία τῶν Καρχηδονίων ἤτταν τοῖς καιροῖς εἶχαν, πεποιῆσαι τὰς συνθήκας, ἔμενευ ἐπὶ τῆς ὀργῆς, τῆρων αἰεὶ πρὸς ἐπίθεσιν. εἰ μὲν ἔν μὴ τὸ περὶ τὰς ξένης ἐγένετο κίνημα τοῖς Καρχηδονίοις, εὐθέως ἂν ἄλλην ἀρχὴν ἐποιεῖτο καὶ παρασκευῆν πραγμάτων, ὅσον ἐπ' ἐκείνω. προκαταληφθεὶς δὲ ταῖς ἐμφυλίοις ταραχαῖς, ἐν τέτοις καὶ περὶ ταύτας διέτριβε τὰς πράξεις.

10. Ῥωμαίων δὲ μετὰ τὸ καταλύσασθαι Καρχηδονίους τὴν προεξημένην ταραχὴν, ἀπαγγελάντων αὐτοῖς πόλεμον, τὸ μὲν πρῶτον εἰς πᾶν συγκατέβαινον, ὑπολαμβάνοντες αὐτὰς νικήσειν τοῖς δικαίοις, κατὰπερ ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις περὶ τέτων δεδηλώναμεν. ὦν χωρὶς, ἔχουσιν τε ἦν συμπερινεχθῆναι δέοντως, ἔτε τοῖς νῦν λεγομένοις, ἔτε τοῖς μετὰ ταῦτα ῥηθησομένοις ὑφ' ἡμῶν. πλὴν ἐν ἐντροπομένων τῶν Ῥωμαίων, εἰξαντες τῇ περιστάσει, καὶ βαρυνόμενοι μὲν, ἐν ἔχοντες δὲ ποιεῖν ἄδεν, ἐξεχώρησαν Σαρδόνος. συνεχώρησαν δ' εἰτοῖσειν ἄλλα χίλια καὶ διακόσια τάλαντα πρὸς τοῖς πρότερον, ἐφ' ᾧ μὴ τὸν πόλεμον ἐκείνοις ἀναδέξασθαι τοῖς καιροῖς. διὸ καὶ δευτέραν, μεγίστην δὲ, ταύτην θετέον αἰτίαν τῆ μετὰ ταῦτα συσάντος πολέμου. Αἰμίλικας γὰρ προσλαβὼν τοῖς ἰβίοις θυμοῖς τὴν ἐπὶ τέτοις ὀργῆν τῶν πολιτῶν, ὡς θαύτου πρὸς ἀποσάντας τῶν μισθοφόρων καταπολεμήτας, ἐβεβαίωσε τῇ

praelio acceptam a Carthaginiensibus, temporibus cedens, pacem fecerat; occasione intentus ad bellum inferendum, iram coquebat. Quod si motu mercenariorum impediti Carthaginienses non fuissent; nulla interposita mora nouum bellum denuo esset exorsus, quantum quidem in ipso foret. nunc intestina seditione praeventus, in rebus patriae componendis coactus est se occupare.

10. Quum autem Romani post sedatum illum tumultum de quo diximus, bellum ipsis denuntiaissent: principio illi in hoc certamen descendere: quod iustis causae suae freti victoriam sperarent: sicut superioribus libris ostendimus: absque quibus foret, nec quae iam dicimus, nec quae deinceps dicentur capi commode possent. Sed Romanis iusta illorum non curantibus, praesenti sese accommodantes necessitati, qui aliud nihil possent, Sardinia aegre quidem, sed tamen excefferunt. quin etiam, ne tam alieno tempore bellum sustinere cogerentur, ad stipendium prius alia mille et ducenta annua talenta pendere consenserunt. itaque secundam hanc, eamque maximam, belli postea conflati causam statuere conuenit. Amilcar enim ubi ira ciuium ad propriam ipsius indignationem accessit, victis mercenariis qui rebella-uerant, patria in tuto collocata, confestim ad res Hispaniae eo consilio animum

π' τριβί τῆν ἀσφάλειν, ἐυ-  
 θέως ἐποιεῖτο τὴν ὁμίην ἐπὶ τὰ  
 κατὰ τὴν Ἰβηρίαν πράγματα,  
 σπαδάζων ταύτην χεῖρα πα-  
 ρασκευῆ πρὸς τον κατὰ Ῥωμαίων  
 πόλεμον. ἦν δὲ καὶ τρίτην αἰτίαν  
 νομισέον, λέγα δὲ τὴν ἑυροικν τῶν  
 κατ' Ἰβηρίαν πραγμάτων Καρχη-  
 δουίσι. ταύταις γὰρ ταῖς χερσὶ  
 πιστεύσαντες, ἑυθαρσῶς ἐνέβη-  
 σαν εἰς τὸν προειρημένον πόλεμον.  
 ὅτι δ' Ἀμίλκας πλεῖστα μὲν συν-  
 βάλετο πρὸς τὴν σύσασιν τῆ δευ-  
 τέρον πολέμῳ, καί περ τετελευτη-  
 κῶς ἔτεσι δέκα πρότερον τῆς κατ-  
 αρχῆς αὐτῆ, πολλὰ μὲν ἂν ἑυροί-  
 σις εἰς τῆτο' χεῖρὸν δὲ πρὸς πίσιν  
 ἀρκῆν ἔσαι τὸ λέγεσθαι μέλλον.

II. Καθ' ἧς γὰρ καιρὸς κατα-  
 πολεμηθεῖς Ἀντίβας ὑπὸ Ῥω-  
 μαίων, τέλος ἐκ τῆς πατρίδος  
 ἀνεχώρησε, καὶ παρ' Ἀντίοχῳ  
 διέτριβε· τότε Ῥωμαῖοι συνθεω-  
 ρῶντες ἤδη τὴν Αἰτωλῶν ἐπιβολήν,  
 ἐξ ἀπέσειλαν πρεσβευτὰς πρὸς  
 Ἀντίοχον· βεβόμενοι μὴ λαυθά-  
 νειν σφᾶς τὴν τῆ βασιλείᾳς προαί-  
 ρεσιν. οἱ δὲ πρέσβεις ὀρῶντες τὸν  
 Ἀντίοχον προσέχοντα τοῖς Αἰ-  
 τωλοῖς, καὶ πρόθυμον ὄντα πολε-  
 μεῖν Ῥωμαίοις, ἐθεράπευον τὸν  
 Ἀντίβαν, σπαδάζοντες εἰς ὑπο-  
 ψίαν ἐμβλεῖν πρὸς τὸν Ἀντίο-  
 χον. ὃ ἤ συνέβη γενέσθαι. προ-  
 βαίνοντος γῶν τῆ χρόνε, καὶ τῆ  
 βασιλείᾳς ὑπόπῳς ἔχοντος αἰεὶ ἢ  
 μᾶλλον πρὸς τὸν Ἀντίβαν, ἐγένε-  
 τό τις καιρὸς, ὡς ἐπὶ λόγον ἀχθῆ-  
 ναί τὴν ὑποικερκμένην ἀτοπίαν  
 ἐν αὐτοῖς, ἐν ᾧ καὶ πλείους ἀπο-  
 λογισμῶς ποιητάμενος Ἀντίβας,

adiect, vt praesidia ad bel-  
 lum contra Romanos inde  
 sibi compararet. quae tertia  
 belli caussa debet existimari:  
 prosperos dico Carthaginien-  
 sium in Hispania successus:  
 nam illis freti copiis bellum,  
 de quo loquimur animose  
 susceperunt. Amilcarem bel-  
 li secundi Punici vel praeci-  
 puam fuisse caussam, licet  
 decem annis prius obiisset  
 quam illud inchoaretur, mul-  
 tis quidem argumentis pro-  
 bari potest: verum ad fa-  
 ciendam rei fidem, hoc fue-  
 rit satis quod iam dicam.

II. Quo tempore Hannibal  
 victus bello a Romanis, so-  
 lum vertere tandem coactus,  
 apud Antiochum agebat; Ro-  
 mani iam tum quid pararent  
 Aetoli prospicientes, ad An-  
 tiochum consilia eius explo-  
 randi caussa, legatos misere.  
 hi regem cum Aetolis sentire  
 conspicati, ac bellum aduersus  
 populum Romanum medita-  
 ri; quo Hannibalem Antio-  
 cho suspectum redderent, im-  
 pensius colere ipsum instite-  
 runt. neque euenit secus at-  
 que illi existimauerant. Sed  
 quum progressu temporis ma-  
 gis ac magis suspicio regis in  
 Hannibalem aleretur: occasio  
 tandem se illi obtulit, contro-  
 versiae et occultae simultatis,  
 quam diu fouerant inuicem,  
 disceptandae. ibi Hannibal,  
 cum alia multa ad purgan-  
 dum se disseruit; tum, quia



τέλος ἐπὶ τὸ τοιαῦτο κατήντησε, δυχορηγούμενος τοῖς λόγοις. ἔφη γὰρ. καθ' ὃν καιρὸν ὁ πατήρ αὐτῆ τὴν εἰς Ἰβηρίαν ἔξοδον μέλλοι στρατεύεσθαι μετὰ τῶν δυνάμεων, ἔτη μὲν ἔχειν ἑννέα· θύοντος δ' αὐτῆ τῷ Διὶ, παρεστῆναι παρὰ τὸν βωμὸν· ἐπεὶ δὲ καθλιερήσας κατασπίεσαι τοῖς θεοῖς καὶ ποιῆσαι τὰ νομιζόμενα, τὰς μὲν ἄλλας τὰς περὶ τὴν θυσίαν ἀποσηνοῦσαι κελεύσας μικρὸν, αὐτὸν δὲ προσκαλεσάμενος, ἔροισα Φιλοφρόνως, εἰ βέλοιστο συναξαρχῶν ἐπὶ τὴν στρατείαν. ἀσμένως δὲ κατανεύσαντος αὐτῆ, καὶ τι προσαξιώσαντος παιδικῶς, λαβόμενον τῆς δεξιᾶς προσαγαγεῖν αὐτὸν πρὸς τὸν βωμὸν, καὶ κελεύειν ἀψάμενον τῶν ἱερῶν, ὀμνῦναι, μηδέποτε Ῥωμαίοις εὐνοήσειν. ταῦτ' ἔν εἰδότα σκωπῶς, ἠξίς τὸν Ἀντίοχον, ἕως μὲν ἂν τι δυσχερὲς βελεύηται κατὰ Ῥωμαίων, παρῆρῆναι, καὶ πισεύειν αὐτὸν συνεργὸν ἔξειν νομιζόντα ἀληθινώτατον· ἐπ' αὐτὸν δὲ διαλύσεις ἢ Φιλίαν συντίθεται πρὸς αὐτὰς, τότε μὴ προσδέσθαι διαβολῆς, ἀλλ' ἀπισεῖν καὶ φυλάττεσθαι. πᾶν γάρ τι πράξαι κατ' αὐτῶν, ὃ δυνατὸς ἂν εἴη.

12. Ὁ μὲν ἔν Ἀντίοχος ἀπάσας καὶ δόξας αὐτοπαθῶς, αἶμα δὲ ἀληθινῶς εἰρηνοῦσαι, πάσης τῆς προῦπαρχέσης ὑποψίας ἀπέστη. τῆς μὲν τοί γε δυσμενεῖας τῆς Ἀμίλων, καὶ τῆς ὅλης προθέσεως, ὁμολογέ-

cetera parum proficiebant, ad extremum eo venit, ut ita diceret: Se, quo tempore pater Amilcar in Hispaniam cum exercitu proficiscebatur, puerum fuisse nouem annorum. illo sacra Ioui faciente, ad altare se adstitisse; patrem ubi litasset, libationes diis fecisset, ac reliqua pro more peregisset, ceteros qui sacris intererant, facessere paululum iussisse; tum se propius aduocatum, a patre fuisse non absque blanditiis interrogatum: ecquid expeditionis comes secum proficisci vellet? quum alacris annuisset, atque insuper ritu puerili hoc ipsum precibus ab eo contendisset; patrem dextra filium prehensisse, ad altare admovisse, et tactis sacris iureiurando adegisse, nunquam amicam populo Romano fore. Orabat igitur Antiochum, ut de hoc animo suo certus, dum quidem contra Romanos aliquid vellet moliri, sibi fideret sibi consilia crederet, neque dubitaret, operam se ipsi quibuscumque rebus posset plane fide sinceram nauaturum. ubi vero de concordia et amicitia cum Romanis agere inciperet: tum ne exspectaret, ut a calumniatoribus deferretur; sed caueret, neque fidem sibi haberet. omnia enim quae posset aduersus illos tentaturum.

12. Antiochus hoc sermone audito, quia visus erat Hannibal ex proprii affectus vehementia et vero sensu loqui, priores omnes suspiciones deposuit. Atque hoc certum haberi testimo-

μενον θετέον εἶναι τὸτο μαρτύριον, ὡς καὶ δι' αὐτῶν Φανερὸν ἐγένετο τῶν πραγμάτων. τοιάτης γὰρ ἐχθρὸς παρεσκευάσε Ῥωμαίους, Ἀσδρέβαυτε τὸν τῆς θυγατρὸς ἄνδρα, καὶ τὸν αὐτῆ κατὰ φύσιν υἱὸν Ἀνίβαν, ὥστε μὴ καταλιπεῖν ὑπερβολὴν δυσμενείας. Ἀσδρέβας μὲν ἔν προκοφανῶν, ἔ πάντιν ἐκδηλον ἐποίησε τὴν αὐτῆ προαίρεσιν Ἀνίβα δὲ παροέδωκεν οἱ καιροὶ καὶ λίαν ἐναποδείξαθαι τὴν πατρῶν ἐχθρὰν εἰς Ῥωμαίους. Δὲ καὶ τῆς ἐπὶ πραγμάτων ταπτομένης, χρῆ τῶν τοιούτων ἕδανὸς μᾶλλον φροντίζειν, ὥστε μὴ λαυθύνειν τὰς προσιρέσεις τῶν διαλυομένων τὰς ἐχθρὰς, ἢ συντιθεμένων τὰς Φιλίας· τότε τοῖς καιροῖς εἰκόντες, καὶ τότε τῶς ψυχῶς ἠτλωμένοι ποῖνται τὰς συνθήκας· ἵνα τῆς μὲν ἐφέδρης νομίζοντες εἶναι τῶν καιρῶν αἰεὶ φυλάττωνται, τοῖς δὲ πιεύοντες, ὡς ὑπηκόοις ἢ φίλοις ἀληθινοῖς, πᾶν τὸ παραπίπτον ἐξ ἀτοίμῃ παραγέλωσιν. Αἰτίας μὲν ἔν τῆ κατ' Ἀνίβαν πολέμῃ, τὰς προσηρημένας ἠγγέτον ἀρχὰς δὲ, τὰς μελλήσας λέγεσθαι.

13. Καρχηδόνιοι γὰρ βραχέως μὲν ἔφερον καὶ τὴν ὑπὲρ Σικελίας ἦσαν· συνεπέτεινε δ' αὐτῶν τὴν ὀργὴν, κατὰπερ ἐπάνω προείπον, τὰ κατὰ Σαρδόνια, καὶ τὸ τῶν τελευταίων συνεθέντων χρημάτων πληθός. διόπερ ἄμυ τῶν τὰ πλεῖστα κατ' Ἰβηρίαν ὑφ' ἑαυτῆς ποιήσασθαι, πρὸς πᾶν ἐτοίμως

nium debet odii quo Amilcar flagrabat, et omnium eius confiliorum, sicut res ipsae postea ostenderunt. Hostes enim eiusmodi populo Rom. paravit, Asdrubalem generum, et Hannibalem, qui natura filius erat illius, ut ad malevolentiae vehementiam addi nihil posset. Sed Asdrubal quidem prius est mortuus, quam suum hunc animum palam omnibus faceret: Hannibali per tempora abunde licuit acceptas a patre inimicitias in Romanos cum maxime exere. Hoc igitur, si quid aliud Resp. regunt sollicitè obseruandum meminerint; ut quos animos afferant, qui in gratiam positis inimicitias redeunt, aut nouam amicitiam ineunt, ne ignorent: quando temporibus cedentes, quando victis animis pacis condiciones amplectantur: ut ab illis quidem, ceu temporum suorum insidiatoribus, semper sibi caueant; his vero fidem habeant, et ut subditis, vel amicis veris, quicquid inciderit sine cunctatione imperent. Causae ergo belli Hannibatici hae censerī debent: principium vero, quae statim dicentur.

13. Iam quidem et amissae Siciliae detrimentum grauius Carthaginenses ferebant: sed acuit eorum iram Sardiniae iactura, sicut ante diximus; et ingens illa vis pecuniae postremo imperatae. Itaque postquam Hispaniae maiorem iam partem imperio suo adiecissent, ad suscipiendas cuiuscumque generis

διέκειντο.

διέκειντο, τὸ κατὰ Ῥωμαίων ὑποδεννύμενον. προσπεσέσης ἔν τῆς Ἀσδρέβα τελευτῆς, ᾧ μετὰ τὸν Ἀμίλκην θάνατον ἐνεχείρισαν τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, τὸ μὲν πρῶτον ἐκαράδονεν τὰς τῶν δυνάμεων ὀριάς· ἀΦικομένης δὲ τῆς ἀγγελίας ἐκ τῶν στρατοπέδων, ὅτι συμβαίνει τὰς δυνάμεις ὁμοθυμαδὸν ἠρῆσθαι στρατηγὸν Ἀντίβαν, παραυτίκα συναθροίσαντες τὸν δῆμον, μὴ γνώμῃ κυρίαν ἐποίησαν τὴν τῶν στρατοπέδων αἵρεσιν. Ἀντίβας δὲ παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, εὐθέως ὤρμησεν ὡς κατασπερόμενος τὸ τῶν Ὀλκιδῶν ἔθνος. ἀΦικόμενος δὲ πρὸς Ἀλθαίαν, τὴν βαρυτάτην αὐτῶν πόλιν, κατεστρατοπέδευσε. μετὰ δὲ ταῦτα χρησάμενος ἐνεργοῖς ἅμα κὶ καταπληκτικαῖς προσβολαῖς, ταχέως ἐκράτησε τῆς πόλεως. ἔσσυμβάντος, οἱ λοιποὶ γενόμενοι καταπλαγεῖς ἐνέδωκαν αὐτὸς τοῖς Καρχηδονίοις. ἀργυροπαλήστας δὲ τὰς πόλεις, καὶ κυριεύσας πολλῶν χρημάτων, ἦκε παραχειμάσων εἰς Καινὴν πόλιν. μεγαλοψύχως δὲ χρησάμενος τοῖς ὑποταττομένοις, καὶ τὰ μὲν δὲς τῶν ὀφωνίων τοῖς συστρατευομένοις, τὰ δ' ὑπικινύμενος, πολλὴν ἔνοιαν καὶ μεγάλαν ἐλπίδας ἐνεργάσατο ταῖς δυνάμει.

14. Τῷ δ' ἐπιγενομένῳ θέρει πάλιν ὀρμήσας ἐπὶ τὰς Οὐακαίας, Ἐλιαντικὴν μὲν, ἐξ ἐφόδου ποιησάμενος προσβολὰς, κατέχευε, Ἀρβηκάλην δὲ διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως καὶ τὸ πλῆ-

criminationes Romanorum faciles se praebere incepterunt. Inter haec mortuo Asdrubale, cui post Amilcaris fata Hispaniam regendam tradiderant; principia, militum animi quo inclinarent cupide expectare: deinde quum ab exercitu nuntium accepissent, quo ducatum Hannibali omnium consensu a copiis Hispaniensibus delatum significabatur; concione protinus conuocata, militum suffragia vna voce rata fecerunt. Hannibal simul ac dux est creatus, ad subiiciendam Poenorum imperio Olcadium gentem, animum appulit. Althacam igitur, grauem prae ceteris et opulentam illorum urbem, ducto exercitu, castra ante illam ponit: deinde in obfessorum oppugnatione strenuum adeo et formidabilem se praebet, vt non multo post voti fiat compos: quo casu et ceteri territi, Carthaginensibus se dederunt. Et quum sectiones illorum oppidorum vendidisset, maximis iam opibus abundans, Carthaginem nouam ad hiberna se recepit. Ibi singularem animi magnitudinem in regendis subditis prae se ferens, et tum in praefens stipendia armatis praebens, tum in posterum alia pollicitans, magnum sui amorem, nec non spes ingentes in illorum animis excitauit.

14. Sequenti vere suscepta in Vaccaeos expeditione, Salmanticam repentina inuasionem occupauit. Arbucalam quoque magnis cum difficultatibus, quod et magna vrbs erat, et



θος, ἔτι δὲ τὴν γενουσιότητα τῶν  
 οἰκητόρων μετὰ πολλῆς ταλαι-  
 πωρίας πολιορκήσας, κατὰ κρᾶ-  
 τος εἶλε. μετὰ δὲ ταῦτα παρα-  
 δόξως εἰς τὰς μεγίστας ἦλθε κιν-  
 δύνης ἐτανάγων, συνδραμόντων  
 ἐπ' αὐτῷ τῶν Καρθησίων, ὃ χει-  
 ρὸν ἐσὶν ἰχυρότατον ἔθνος τῶν  
 κατ' ἐπεινὺς τὰς τόπας, ἐμοίως  
 δὲ, καὶ τῶν ἀσυγειτόνων ἀθροί-  
 σθέντων ἅμα τέτοις, ἃς ἠρέθι-  
 σαν υἷαλις μὲν οἱ τῶν Ὀλκᾶ-  
 δων Φυγάδες, συνεξέκαυσαν δὲ,  
 καὶ τῶν ἐκ τῆς Ἐλευντικῆς οἱ  
 διατωθέντες. πρὸς ἃς, εἰ μὲν  
 ἐκ παρατάξεως ἠναγκάσθησαν οἱ  
 Καρχηδόνιοι διακινδυνύειν, ὁμο-  
 λογημένως ἂν ἠτήληθσαν. νῦν  
 δὲ πραγματικῶς καὶ νυνεχῶς ἐξ  
 ὑποτροφῆς ἀναχωρήσαντος Ἀν-  
 νίβη, καὶ πρόβλημα ποιησαμέ-  
 νη τὸν Τάγον καλέμενον ποτα-  
 μὸν, καὶ περὶ τὴν τῷ ποταμῷ  
 διάβασιν συστησαμένῃ τὸν κίνου-  
 νον, ἅμα δὲ συγχρησαμένῃ συνα-  
 γωνιστῇ τῷ ποταμῷ καὶ τοῖς θη-  
 ρίοις, οἷς εἶχε περὶ τετραράκον-  
 τα τὸν ἀριθμὸν, συνέβη τὰ ὅλα  
 παραδόξως καὶ κατὰ λόγον αὐ-  
 τῷ χωρησῆαι τῶν γὰρ Βερβάρων  
 ἐπιβαλλομένων κατὰ πλείους τό-  
 πας βιάζεσθαι καὶ περιεῖσθαι τὸν  
 ποταμὸν, τὸ μὲν πλεῖστον αὐτῶν  
 μέρος διεφθάρη περὶ τὰς ἐκβά-  
 σεις, παραπορευομένων τῶν θη-  
 ρίων παρὰ τὸ χεῖλος, καὶ τὰς  
 ἐκβαίνοντας αἰεὶ προκαταλαμβα-  
 νόντων· πολλοὶ δὲ κατ' αὐτὸν τὸν  
 ποταμὸν ὑπὸ τῶν ἰππέων ἀπώ-  
 λοντο, διὰ τὸ κρᾶτεῖν μὲν μᾶλλον  
 τῷ βρέματος τὰς ἴππας· ἐξ ὑπερ-

frequens, quodque acerrime  
 ciues resistebant, oppugnauit,  
 atque per vim tandem cepit.  
 At mox in reditu, impetum  
 Carpetanis in ipsum facienti-  
 bus, quae vere validissima  
 gens est totius illius tractus,  
 maxima ex inopinato pericula  
 adiit. nam et finitimi populi  
 cum his se coniunxerant, quos  
 praecipue quidem Holcades,  
 patria sua extorres aduersus  
 Poenos concitauerant: nonni-  
 hil etiam inflammauerant, qui  
 Salmantica euaserant. Quod  
 si iusto praelio cum his dimi-  
 care Carthaginienfes fuissent  
 coacti; nullum dubium est,  
 quin male rem fuerint gesturi.  
 Verum Hannibal singulari sol-  
 lertia ac prudentia sensim re-  
 lato gradu se recipere; Tagum  
 flumen munimenti loco hosti-  
 bus opponere; praelium ad  
 transitum amnis committere;  
 ita, quam et fluuius simul et  
 elephant, quos habebat circi-  
 ter quadraginta, ipsius cona-  
 tus adiuuarent, euenit prae-  
 ter omnium spem, ut ex animi  
 sententia res ei succederet.  
 Barbaris enim vim facere, at-  
 que amnem traicere multis  
 locis conantibus, pars eorum  
 maxima in exitu ab aquis  
 periit. Quippe elephant qui  
 per ripam ambulabant, ut  
 quaeque manus hostium aqua  
 exierat, hanc prius quam alii  
 opem ferrent perimebant: tum  
 autem in ipso flumine mul-  
 ti ab equitibus caedebantur:  
 nam et fluminibus impetum  
 facilius equi sustinebant; et  
 equites de superiore loco

δεξίᾳ δὲ ποιῆσθαι τὴν μάχην  
 τὰς ἰσπεύας πρὸς τὰς πεζύκας. τέ-  
 λος δὲ, τῆμπαλι ἐπιδιαβάντες  
 οἱ περὶ τὸν Ἀννίβαν ἐπὶ τὰς  
 Βαρβάρους, ἐτρέψαντο πλείους ἢ  
 δέκα μυριάδας ἀνθρώπων. ὧν  
 ἡττηθέντων, ἀδελφοὶ ἐπιτῶν ἐντὸς  
 Ἰβηρος ποταμῆ ῥαδίως πρὸς αὐ-  
 τὰς ἀντοφθαλμῶν ἐτόλμα πλὴν  
 Ζακανθαίων. ταύτης δὲ τῆς πό-  
 λεως ἐπειράτο κατὰ δύναμιν ἀπ-  
 ἐχεσθαι, βεβλόμενος μηδεμίαν ἀ-  
 φερμὴν εὐολογημένην δεῖναι τῆ  
 πολέμου Ῥωμαίοις, ἕως τᾶλλα  
 πάντα βεβαίως ὑπ' αὐτὸν ποιή-  
 σαιτο. κατὰ τὰς Ἀμίλικας τῆ πα-  
 τρὸς ὑποθέσεις καὶ παραινέσεις.

15. Οἱ δὲ Ζακανθαῖοι συνε-  
 χῶς ἔπεμπον εἰς τὴν Ῥώμην ἄ-  
 μα μὲν ἀγωνιῶντες περὶ σφῶν  
 καὶ προορώμενοι τὸ μέλλον ἄ-  
 μα δὲ βεβλόμενοι μὴ λανθάνειν  
 Ῥωμαίους τὴν γενομένην ἔυροικαν  
 Καρχηδονίους τῶν κατ' Ἰβηρίαν  
 πραγμάτων. Ῥωμαῖοι δὲ πλεο-  
 νάκις αὐτῶν παρακηροότες, τότε  
 πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν τὰς  
 ἐπιτιμωμένους ὑπὲρ τῶν προσ-  
 κικλόντων. Ἀννίβας δὲ κατὰ  
 τὰς αὐτὰς καιρὰς πεποιημένος  
 ὑπ' αὐτὸν ἕς προέβητο, παρῆν  
 αὐτῶν μετὰ τῶν δυνάμεων πα-  
 ραχειμάζων εἰς Κοινὴν πόλιν,  
 ἣ τις ὠστανεὶ πρόχημα καὶ βασι-  
 λείου ἦν ἐν τοῖς Καρχηδονίαν  
 κατὰ τὴν Ἰβηρίαν τόποις. κα-  
 ταλαβῶν δὲ τὴν παρὰ τῶν Ῥω-  
 μαίων πρεσβείαν, καὶ δεῖς αὐ-  
 τὸν εἰς ἔντευξιν, διήκκε περὶ τῶν  
 ἐνεσώτων. Ῥωμαῖοι μὲν ἔν δι-  
 μαρτύροντο Ζακανθαίων ἀπέχε-

cum peditibus dimicabant.  
 Tandem vice versa Hannibal  
 fluuium traiecit, et in Barba-  
 ros irruens, centum millia  
 hominum, et eo plures, ver-  
 tit in fugam. quibus ita de-  
 victis, nemo amplius ultra  
 Iberum amnem fuit, Sagunti-  
 nis exceptis, qui temere con-  
 tra Carthaginienfes attollere  
 oculos auderet. Sagunto Han-  
 nibal summo studio abstinebat.  
 quod patris monita et consi-  
 lium secutus, reliqua omnia  
 prius sibi asserere cupiebat,  
 quam occasionem ullam Ro-  
 manis belli suscipendi palam  
 daret.

15. Inter haec Saguntini  
 crebros Romam nuntios mit-  
 tere; partim quod futura pro-  
 spicientes, de sua salute erant  
 solliciti: partim quod prospe-  
 ros Carthaginienfium in Hi-  
 spania successus, nolent Ro-  
 manos ignorare. Qui saepe  
 antea negligenter auditis eo-  
 rum nuntiis, hoc tempore,  
 legatos in Hispaniam, illa in-  
 specturos quae nuntiata fue-  
 rant, mittunt. Circa idem tem-  
 pus Hannibal sub iugum mis-  
 sis quas proposuerat gentibus,  
 ad hiberna rursus Carthagi-  
 nem nouam se recipiebat: e-  
 rat enim vrbs illa quasi gentis  
 caput, et regia in ea Hispa-  
 niae parte quae Carthaginien-  
 sibus parebat. ibi quum le-  
 gationem populi Romani in-  
 venisset, facta sua adeundi po-  
 testate, differentes de manda-  
 to sibi negotio audiuit. Ro-  
 mani deum fidem testantes  
 monebant, vt Saguntinis, qui  
 θα

θρα (καίθρα γὰρ αὐτὰς ἐν τῇ  
 σφετέρᾳ πίσει) καὶ τὸν Ἰβηρα  
 ποταμὸν μὴ διαβῆναι κατὰ  
 τὰς ἐπ' Ἀτθρέθα γενομένους ὁ-  
 μολογίας. ὁ δ' Ἀνίβας ἄτε  
 νέος μὲν ὢν, πλήρης δὲ πολε-  
 μικῆς ὀρυῆς, ἐπιτυχῆς δ' ἐν  
 ταῖς ἐπιβολαῖς, πάλαμ δὲ παρ-  
 ωρημένος πρὸς τὴν κατὰ Ῥω-  
 μαίων ἔχθραν πρὸς μὲν ἐκεί-  
 νους, ὡς κηδόμενος Ζικυυδαίων,  
 ἐνεκάλει Ῥωμαίοις, διότι μικροῖς  
 ἔμπροσθεν χρόνοις εὐσιαζόντων  
 αὐτῶν, λαβόντες τὴν ἐπιτρο-  
 πὴν εἰς τὸ διαλύσασθαι, ἀδίκως  
 ἐπανελάοντο τινὰς τῶν προεστώ-  
 των, ἧς ἔπεριόψασθαι παρε-  
 σπουδημένους· πάτριον γὰρ εἶ-  
 νομ Καρχηδονίοις, τὸ μηδένα  
 τῶν ἀδικημένων περιορᾶν. πρὸς  
 δὲ Καρχηδονίους διεπέμπετο,  
 πυνθανόμενος, τί δαί πρῆσιν, ὅτι  
 Ζικυυδαῖοι πίσειντες τῇ Ῥω-  
 μαίων συμμαχίᾳ, τινὰς τῶν  
 ἐπ' αὐτὰς ταγτομένων ἀδικῆσι.  
 Κηδόλα δ' ἦν πλήρης ἀλογίας  
 καὶ θυμῆ βίαιᾳ· διὸ καὶ ταῖς  
 μὲν ἀληθιναῖς αἰτίαις ἐκ ἐχρή-  
 το, κατέφραυγε δ' εἰς προφά-  
 σεις ἀλόγους, ὅπερ εἰώθασιν  
 ποιεῖν, οἱ διὰ τὰς προσκαθη-  
 μένας αὐτοῖς ὀρυῆς, ὀλιγωρῶν-  
 τες τῆ καθήκοντος. πόσω γὰρ  
 ἦν ἕμεινον οἰεσθαι, δεῖν Ῥω-  
 μαίους ἀποδῆναι σφίσι Σαρδό-  
 να, καὶ τὰς ἐπιταχθέντας ἄ-  
 μα ταύτῃ Φόρκας, ἧς τοῖς κη-  
 ροῖς συνεπιθέμενοι πρότερον,  
 ἀδίκως παρ' αὐτῶν ἔλαβον· εἰ  
 δὲ μὴ, Φῶναμ πολεμήσειν. νῦν  
 δὲ τὴν μὲν ἔσαν αἰτίαν ἀλη-

fide et clientela populi Romani  
 essent, abstineret: utque ex eo  
 foedere quod cum Asdrubale  
 ictum erat, amnem Iberum ne  
 traiceret. Hannibal vero ut-  
 pote iuuenis, militaris ferociae  
 plenus, felix in inceptis, et  
 iampridem concitatus ad ini-  
 micitias cum populo Romano  
 exercendas, apud legatos qui-  
 dem querimoniam instituit,  
 quasi Saguntinorum fautor:  
 quod paucis ante annis exorta  
 Sagunti seditione, quum totius  
 controuersiae arbitrium Roma-  
 nis fuisset permissum. ut ciues  
 ad concordiam perducerent,  
 principum nonnullos iniqua  
 morte affecerint: quam perfidi-  
 am insignitam non inultam se  
 relicturum. Carthaginieneses  
 enim acceptum a patribus te-  
 nere institutum, ut neminem  
 iniuria patiantur affici. ad Car-  
 thaginieneses vero seiscitatum  
 milit. quid opus esset factu,  
 cum Saguntini amicitia Roma-  
 norum freti, populos ditionis  
 ipsorum iniuriis lacebant. E-  
 nimuero Hannibal in omnibus  
 rebus ira praecipiti, non ratio-  
 ne vlla utebatur: iccirco prae-  
 termisissis veris causis, ad prae-  
 textus iniustos confugiebat:  
 sicut facere illi consueuerunt,  
 qui affectibus praecoccupati, ho-  
 nesti rationem nullam ducunt.  
 Quanto enim futurum erat me-  
 lius postulare ut Romani Sardi-  
 niam restituerent, et simul sti-  
 pendia eodem tempore impe-  
 rata, quae per occasionem ad-  
 uersae Carthaginiesium fortu-  
 nae iniustae ad ipsis exegissent?  
 quod si recusarent Romani, bel-



θινὴν παρασιωπῶν, τὴν δ' ἔχ  
ὑπάρχουσαν περὶ Ζικανθαίων  
πλάτων, ἢ ἰόνου ἀλόως, ἔτι  
δὲ μᾶλλον ἀδίως κατάρχειν ἐδό-  
κει τῷ πολέμῳ.

16. Οἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων πρέ-  
σβεις, ὅτι μὲν εἶη πολεμητέον σα-  
φῶς εἰδότες, ἀπέπευσαν εἰς  
Καρχηδόνα, τὰ παραπλήσια θέ-  
λοντες ἐπιμαρτύρασαι καὶ κείνης.  
ἢ μὴν ἐν Ἰταλίᾳ γε πολεμήσειν  
ἤλπιον, ἀλλ' ἐν Ἰβηρίᾳ· χρή-  
σασθαι δὲ πρὸς τὸν πόλεμον ὀρ-  
μητηρίῳ τῇ Ζικανθαίων πόλει.  
διὸ καὶ πρὸς ταύτην ἀρμοζόμε-  
μενοι τὴν ὑπόθεσιν, ἢ σύγκλη-  
τος ἔκρινεν ἀφαιλίσασθαι τὰ κα-  
τὰ τὴν Ἰλλυρίδα πράγματα,  
προορωμένη, διότι μέγας ἔσται καὶ  
πολυχρόνιος, καὶ μακρὰν ἀπὸ  
τῆς οἰκείας ὁ πόλεμος. Συνέβαι-  
νε γὰρ κατ' ἐκείνης τῆς καιρῆς,  
Δημήτριον τὸν Φάριον, ἐπιλε-  
λησμένον μὲν τῶν προγεγονό-  
των εἰς αὐτὸν εὐεργετημάτων  
ὑπὸ Ῥωμαίων, καταπεφρονηκό-  
τα δὲ, πρότερον μὲν διὰ τὸν ἀπὸ  
Γαλατῶν, τότε διὰ τὸν ἀπὸ Καρ-  
χηδονίων φόβου περιεσῶτα Ῥω-  
μαίοις, πάσας δ' ἔχοντα τὰς ἐλ-  
πίδας ἐν τῇ Μακεδόνων οἰκίᾳ,  
διὰ τὸ συμπεπολεμηκέναι καὶ  
μετεχνηκέναι τῶν πρὸς Κλεομέ-  
νει κινδύνων Ἀντιγόνῳ· πορθεῖν  
μὲν καὶ κατασρέφασθαι τὰς κα-  
τὰ τὴν Ἰλλυρίδα πόλεις τὰς ὑπὸ  
Ῥωμαίοις ταύτομένους, πεπλευ-  
κέναι δ' ἔξω τῷ Λισσῷ παρὰ τὰς  
συνθήκας, πενήμιοντα λέμβοις,  
καὶ πεπορθηκέναι πολλὰς τῶν  
Κυκλάδων νήσων. εἰς ἃ βλέπον-

lum denuntiaret. Nunc ve-  
ram causam reticens, falsam  
confingens, de iniuria facta  
Saguntinis, non solum sine ra-  
tione, verum etiam contra ius  
bellum visus est inchoasse.

16. Legati post haec Car-  
thaginem ea mente proficif-  
cuntur, vt etiam apud hos  
similia testarentur; quum non  
iam dubitarent fore omnino  
bellum. sed non putabant  
Legati in Italia bellandum  
Romanis fore; verum in Hi-  
spania vbi Saguntum vrbs,  
belli arx futura sibi esset. Ie-  
circo Senatus ad huiusmodi  
cogitationem consilia sua re-  
ferens, quia bellum fore diu-  
turnum prouidebat et longin-  
quum; res Illyrici firmandas  
statuit. Etenim circa eadem  
tempora Demetrius Pharius,  
oblitus beneficiorum quae  
Romani in ipsum contule-  
rant; quum iam ante con-  
temnere eos coepisset, quan-  
do formidabiles ipsis immi-  
nere Gallos videbat: tunc  
quoque propter metum a Car-  
thaginensibus impendentem,  
eosdem floccifaciens, spe sua  
omni locata in regia Mace-  
donum, quod bello Cleome-  
nico socia arma cum Anti-  
gono iunxerat: hic inquam  
vrbes Romanae ditionis in  
Illyrico vastare et in suam  
potestatem redigere erat ag-  
gressus: et vltra Lissum con-  
tra leges pacis quinquaginta  
lembis nauigans, multas e  
Cycladibus insulis incurfaue-  
rat. Quae quum animaduē-

τες Ῥωμαῖοι, καὶ θεωρῶντες ἀνθρώπων τὴν Μακεδόνων οἰκίαν, ἔσπευδον ἀσφαλίσασθαι τὰ πρὸς ἑω τῆς Ἰταλίας πεπεισμένοι καταταχίσαι, διορθωσάμενοι μὲν τὴν Ἰλλυριῶν ἄγνοιαν, ἐπιτιμήσαντες ἕκαστὸν κολήσαντες τὴν ἀχαρισίαν καὶ προπέτειαν τὴν Δημοτρίῳ. διεψεύθησαν δὲ τοῖς λογισμοῖς. κατετάχθησεν γὰρ αὐτὰς Ἀννίβας, ἐξελθὼν τὴν Ζακυνθάϊων πόλιν. καὶ παρὰ τῆτο συνέβη τὸν πόλεμον ἢ ἐν Ἰβηρίᾳ, πρὸς αὐτῇ δὲ τῇ Ῥώμῃ, καὶ κατὰ πᾶσαν γενέσθαι τὴν Ἰταλίαν. ἔμην ἄλλα τέτοις χρησάμενοι τοῖς διαλογισμοῖς, Ῥωμαῖοι μὲν ὑπὸ τὴν ὠραίην Λεύκιον τὸν Αἰμίλιον ἐξαπέστειλαν μετὰ δυνάμεως ἐπὶ τὰς κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα πράξεις, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ἑκατοστῆς καὶ τετρακακοστῆς Ὀλυμπιάδος. Ἀννίβας δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας ἐκ τῆς Καινῆς πόλεως, προῆγε ποιόμενος τὴν πορείαν ἐπὶ τὴν Ζάκυνθον.

17. Ἡ δὲ πόλις αὕτη κείται μὲν ἐπὶ τῶν πρὸς Θάλατταν καθήκουσι προποδὶ τῆς ἑραινῆς τῆς συναπίσεως τὰ πέρατα τῆς Ἰβηρίας καὶ Κελτιβηρίας ἀπέχει δὲ τῆς Θαλάττης ὡς ἐπὶ ἄσάδια. νέμονται δὲ χώραν οἱ κλιτοῦντες αὐτὴν πάμφορον, καὶ διαφέρουσιν ἀρετῇ πίσεως τῆς Ἰβηρίας. ἢ τότε, παρασρατοπεδεύσας Ἀννίβας, ἐνεργὸς ἐγένετο περὶ τὴν πολιορκίαν, πολλὰ προοράμενος ἔυχρησα πρὸς τὸ μέλλον, ἐκ τῆς κατὰ κράτος εἰλεῖν αὐτὴν.

terent Romani, et regiam Macedonum florere inteligerent, res suas in provinciis ad ortum Italiae sitis collandas sibi esse in tuto existimarunt. Hannibalis enim molitiones anteuertere se posse sperabant: et facile efficere, ut Illyriis errorem emendare coactis, Demetrio succenserent, et ingratum eius animum ac temeritatem castigarent. Sed frustra fuerunt. nam ipsos Hannibal anteuertit, et Saguntinorum urbem interim excidit. quo factum, ut bellum non in Hispania, sed pro moenibus urbis, totaque Italia gerendum ipsis fuerit. Ceterum Romani, id consilium quod ostendimus secuti, vere incunte anni primi Olympiadis centesimae quadragesimae, L. Aemilium ad res in Illyrico gerendas cum exercitu mittunt. Hannibal vero cum omnibus copiis Carthagine nona profectus Saguntum versus iter instituit.

17. E montanis quae Iberiae ac Celtiberiae fines contingunt, pes in mare procurrit; in quo sita Saguntinorum vrbs est, passus mille ferme a mari. Ager horum omnibus abundat fructibus, iisque longe melioribus quam in vlla alia parte Hispaniae reperiantur. Positis ad Saguntum castris Hannibal obsidionem acriter vrgebat. quantum enim momentum ad ea quae parabat, esset allaturus. si eam urbem per vim expugnaret, facile prospiciebat.

πρῶτον

πρῶτον μὲν γὰρ ὑπέλαβε παρελέ-  
 θαι Ῥωμαίων τὴν ἐλπίδα τῆ συ-  
 σήσασθαι τὸν πόλεμον ἐν Ἰβηρίᾳ.  
 δεύτερον δὲ καταπληξάμενος ἄ-  
 παντας, εὐτακτοτέρους μὲν ἐπέ-  
 πεισθὲ παρασκευάσειν τὰς ὑπ'  
 αὐτὸν ἤδη ταττομένους, εὐλαβεσέ-  
 ρους δὲ τὰς αἰμὴν αὐτουράτορας  
 ὄντας τῶν Ἰβήρων. τὸ δὲ μέγι-  
 στον εἶδέναι ἀπολιπὼν ὄπισθεν πο-  
 λέμιον, ἀσφαλῶς ποιήσεσθαι τὴν  
 εἰς τῆ ἔμπροσθεν πορείαν. χωρὶς τε  
 τέτων, εὐπορήσειν μὲν χορηγιῶν  
 αὐτὸς ὑπελάμβανε πρὸς τὰς ἐπι-  
 βολὰς, προθυμίᾳ δ' ἐνεργάσεισθαι  
 τοῖς δυνάμεισιν ἐκ τῆς ἐσομένης  
 ἐνάσοις ὠφελείας, προκαλέσας  
 δὲ τὴν ἔννοιαν τῶν ἐν οἴκῳ Καρ-  
 χηδονίων διὰ τῶν ἀποσαλησομέ-  
 νων αὐτοῖς λαφύρων. τοιαῖτοις δὲ  
 χρώμενος διηλογοισμοῖς, ἐνεργῶς  
 προσέκειτο τῇ πολιορκίᾳ. τότε μὲν  
 ὑπόδειγμα τῶ πλήθει ποιωὺν αὐ-  
 τὸν, καὶ γινόμενος αὐτεργὸς τῆς  
 ἐν τοῖς ἐργοῖς ταλαιπωρίας, ἐστὶ δ'  
 ὅτε καὶ παρκαλῶν τὰ πλήθη, καὶ  
 παραβόλως διδὼς αὐτὸν εἰς τὰς  
 κινδύνας, πᾶσαν δὲ κακοκἀδειαν  
 καὶ μέριμναν ὑπομείνας, τέλος ἐν  
 οὐκὰ μῆσι κατὰ κράτος εἶλε τὴν  
 πόλιν. κύριος δὲ γενόμενος χρη-  
 μάτων πολλῶν, καὶ σωματῶν καὶ  
 κατασκευῆς, τὰ μὲν χρήματα εἰς  
 τὰς ἰδίας ἐπιβολὰς παρέδετο κα-  
 τὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν· τὰ δὲ  
 σώματα διένειμε κατὰ τὴν ἀξίαν  
 ἐνάσοις τῶν συσρατευομένων· τὴν  
 δὲ κατασκευὴν παραχρῆμα πᾶ-  
 σαν ἐξέπεμψε τοῖς Καρχηδονίοις.  
 ταῦτα δὲ πράξας, εἰ διεψεύσθη τοῖς  
 λογιμοῖς, εἰδὲ ἀπέτυχε τῆς ἐξ ἀρ-

Nam primum omnium, Ro-  
 manis spem belli in Hispania  
 gerendi, adempturum se ar-  
 bitrabatur: deinde territis  
 hoc exemplo omnibus, quin  
 et subacti iam populi dicto  
 futuri essent audientiores; et  
 ceteri qui sui adhuc iuris  
 erant, metuentiores, non du-  
 bitabat. quodque longe ma-  
 ximum erat, nullo a tergo  
 relicto h ste, tuto se in vl-  
 teriora perrecturum. magnam  
 insuper opam vim ad perse-  
 quenda sua incepta consecu-  
 turum se sperabat: et tum  
 milites, vbi praedam singuli  
 naesti forent, promptiores se  
 redditurum: tum etiam Car-  
 thaginienses qui domi erant  
 mittendis spoliis sibi se con-  
 ciliaturum. Haec apud se  
 reputans, obsidionem acriter  
 vrgebat. Et quum modo ef-  
 set ipse exemplo multitudini,  
 in moliendis operibus pluri-  
 mum manibus suis laborans:  
 modo milites hortaretur, se-  
 que omnibus periculis teme-  
 re obiectaret, nullam aerum-  
 nam neque sollicitudinem re-  
 fugiens; tandem intra men-  
 ses octo urbem cepit. Poti-  
 tus pecunia ingenti, captiuis  
 et supellecilibus multis; pe-  
 cuniam ad bellum contra  
 Romanos, sicut initio pro-  
 posuerat, reseruauit: capti-  
 vos inter milites pro merito  
 cuiusque diuisit: supellec-  
 tilia extemplo omnia ad Car-  
 thaginienses transmisit. quod  
 quum egisset, nequaquam spe  
 sua fuit frustratus, sed quod  
 initio proposuerat est conse-



χῆς προθέσει· ἀλλὰ τῆς τε στρατιώτας προθυμοτέρως ἐποίησε πρὸς τὸ κινδυνεύειν· τῆς τε Καρχηδονίης ἐτοίμης παρεσκευάσασα πρὸς τὸ παραγελλόμενον· αὐτὸς τε πολλὰ τῶν χρησίμων μετὰ ταῦτα κατειργάσατο διὰ τῆς τῶν χορηγῶν πραΰσεως.

18. Κατὰ δὲ τὰς αὐτὰς καιρῶς Δημήτριος, ἅμα τῷ συνίκοι τὴν ἐπιβολὴν τῶν Ῥωμαίων, παραυτίκα μὲν εἰς τὴν Δίμαλον ἀξίόχρεω Φραγρὰν εἰσέπειψε, καὶ τὰς ἀρμοζύτας ταύτης χορηγίας· ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν πόλεων τῆς μὲν ἀντιπολιτευομένης ἐπανείλετο, τοῖς δ' αὐτῇ Φίλοις ἐνεχείρισε τὰς δυνασείας. αὐτὸς δ' ἐκ τῶν ὑποταταγμένων ἐπιλέξας τὰς ἀνδραγαθίας ἐξακισιλίαις, συνέστησε τῆς εἰς τὴν Φάρον. ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων ἀφικόμενος εἰς τὴν Ἰλλυρίδα μετὰ τῶν δυνάμεων, καὶ Θευρῶν τὰς ὑπεναντίας θαβρήντας ἐπὶ τῇ τῆς Διμάλης ὀχυρότητι καὶ ταῖς παρασκευαῖς, ἔτι δὲ τῷ δοκεῖν αὐτὴν ἀνάλωτον ὑπάρχειν· ταύτη πρῶτον ἐγχειρεῖν ἐκρινε, βηλόμενος καταπλήξασθαι τὰς πολεμίας· παρκαλέσας δὲ τὰς κατὰ μέρος ἡγεμόνας, καὶ προσαγαγὼν ἔργα κατὰ πλείους τόπους, ἤρξατο πολιορκεῖν. λαβῶν δὲ κατὰ κράτος ἐν ἡμέραις ἐπ' ἅ, παραχρῆμα πάντας ἤτλησε ταῖς ψυχαῖς τὰς ὑπεναντίας. διόπερ εὐθέως παρήσαν ἐν πατῶν τῶν πόλεων ἐπιτρέποντες καὶ δίδόντες αὐτὰς εἰς τὴν Ῥωμαίων πίσιν. ὁ δὲ προτὸς ἐξάμενος ἐκάστης ἐπὶ ταῖς ἀρμοζύσεσι ὁμολογίας,

cutus: nam et milites ad belli pericula alacriores euasere: et Carthaginieneses ad omnia postulata sua reddidit sequiores: tum autem ipse, quod ab omnibus necessariis probe esset instructus, multa deinceps ex utilitate sua perficiendi facultatem habuit.

18. Circa idem tempus Demetrius, simulac de consiliis Romanorum rescivit, extemplo idoneum praesidium cum omnibus quae postulat vsus, Dimalum mittit: in ceteris vrbibus, occisis qui contrariae factionis erant, illarum gubernacula amicis suis tradit. ipse ex omni subditorum numero fortissimos seligit ad sex millia, eosque Phari collocat. Romanus Cos. vbi in Illyricum legiones perduxit, cognita hostium confidentia, tum propter Dimali munitiorem, et copiam commeatum; tum etiam, quod nunquam fuisse capta vrbis illa crederetur: vt hostes perterrefaceret, hanc omnium primam adoriri constituit. Igitur tribunos militum aliosque ordinum ductores hortatus, admotis etiam operibus variis locis, eam instituit expugnare. Capta vrbis est die septimo; eaque res hostium animos confestim ita fregit, vt ex omnibus mox vrbibus aduenirent, qui in Romanorum fidem se permitterent dederentque. Consul conuenientes quibusque leges dicere, eosque in fidem re-

ἐποίητο

ἔποιεῖτο τὸν πλῆν εἰς τὴν Φάρον ἐπ' αὐτὸν τὸν Δημήτριον. πυνθανόμενος δὲ, τήν τε πόλιν ὀχυρὰν εἶναι, καὶ πλήθος ἀνθρώπων διαφερόντων εἰς αὐτὴν ἡθροῖσθαι, πρὸς δὲ καὶ ταῖς χορηγίαις ἐξηρτώσθαι, καὶ ταῖς ἄλλαις παρεσκευασίας, ὑπεωρᾶτο μὴ δυσχερῆ καὶ πολυχρόνιον συμβῆ γενέσθαι τὴν πολιορκίαν. διὸ προορώμενος ἔκασα τέτων, ἐχρήσατο παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν, τοιῶδέ τιμι γένοι στρατηγήματος. ποιησάμενος γὰρ τὸν ἐπίπλευν νυκτὸς ἐπὶ τὴν νῆσον πρυτὶ τῷ στρατεύματι, τὸ μὲν πλείον μέρος τῆς δυνάμεως ἀπεβίβασεν εἰς τινὰς ὑλώδεις καὶ κοίλας τόπους. εἰκοσι δὲ ναυσὶν ἐπιγενομένης ἡμέρας ἔπλει προδήλως ἐπὶ τὸν ἄγισα τῆς πόλεως λιμένα. συνορῶντες δὲ τὰς ναῦς οἱ περὶ Δημήτριον, καὶ καταφρονῶντες τῆ πλήθους, ὤρμησαν ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸν λιμένα, κωλύσοντες τὴν ἀπόβασιν τῶν ὑπεναντιῶν.

19. Ἄμα δὲ τῷ συμμίξαι γενομένης ἰχυρῶς τῆς συμπλοκῆς, προτεβοήθησαν αἱ πλείεις τῶν ἐκ τῆς πόλεως· τέλος δὲ πάντες ἐξέληλύθησαν εἰς τὸν κίνδυνον. τῶν δὲ Ῥωμαίων οἱ τῆς νυκτὸς ἀποβάντες εἰς τὸν καιρὸν τῆτον συνῆψαν, διὰ τόπων ἀδήλων ποιήμενοι τὴν πορείαν. καὶ καταλαβόμενοι μετὰ τῆς πόλεως καὶ τῆς λιμένος λόφον ἐρυμνὸν, διέκλεισαν ἀπὸ τῆς πόλεως τὰς ἐμβεβοηθηκότας. οἱ δὲ περὶ τὸν Δημήτριον συννοήσαντες τὸ γεγονός, τῆ μὲν δικηκλύσειν τὰς ἀποβαίνουσας ἀπέσκησαν· συναθροίσαντες δὲ σφᾶς

cipere: deinde Pharum verus, ad ipsum Demetrium cum classe navigare. Quia autem acceperat urbem esse admodum munitam, magnumque virorum fortium numerum eo conuenisse: ad haec com meatibus ac reliquis belli apparatus abundare; ne difficilis ac diuturna eius obsidio sibi foret verebatur. Haec metuens Aemilius, huiusmodi itategemate in ipso adventus sui articulo est usus. Noctu cum omnibus copiis in insulam appulsus, maiorem exercitus partem in terram exponit, et locis cauis ac syluosis occultat. ipse cum viginti nauibus palam vbi illuxisset, proximum vrbis portum petit. Demetrius eas naues conspicatus, numerumque illarum aspernatus, ex vrbe ad portum cum suorum manu venit, ne egredi nauibus hostis posset, impediturus.

19. Vbi semel concurrerunt acies, atroci commisso praelio, plures subinde ex vrbe suppetias veniebant: donec tandem, omnes ad certamen exierunt. Interea Romani qui noctu expositi fuerant, per ignota loca facto itinere, appropinquant. collem deinde egregie munitum; qui inter urbem ac portum medius, occupant, et illos qui ad pugnandum cum hoste exierant, ab vrbe excludunt. Ea recognita Demetrius, omisso certamine cum egredientibus in terram: congregatis omni-

αὐτὰς, καὶ παρακαλέσαντες, ὤρ-  
μησαν, κρίναι τε ἐκ παρατάξεως  
δικηνοδυνεύειν πρὸς τὰς ἐπὶ τὸν  
λόφον. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι θεωρῶντες  
τὴν ἐφόδον τῶν Ἰλλυριῶν ἐνεργῆ  
καὶ συστημαμένην, ἀντίπεσον  
ταῖς σκείραις καταπληκτικῶς.  
ἄλλα δὲ τοῖς προσιοημένοις οἱ πε-  
πικημένοι τὴν ἀπόβασιν ἀπὸ τῶν  
πλοίων, συνερῶντες τὸ γινόμε-  
νον, προτέκιντο κατότιν' καὶ  
πανταχόθεν προπτόντες, θά-  
ρυβιν καὶ ταρχῆν ἢ μικρὰν ἐν τοῖς  
Ἰλλυριοῖς κητεκνεύζον. ἐξ ἧ  
τῷ μὲν κατὰ πρόσωτον, τῶν δὲ  
κατὰ ὠτὰ τουκντῶν, τέλος οἱ  
περὶ τὸν Δημήτριον ἐτροπήσαν.  
καὶ τινὲς μὲν αὐτῶν ἔφυγον ὡς  
πρὸς τὴν πόλιν, οἱ δὲ πλείους ἀνο-  
δία κατὰ τῆς νύκτις δισπάρησαν.  
ὁ δὲ Δημήτριος ἔχων ἐτοίμους λέμ-  
βας πρὸς τὸ συμβῆναι ἐν τισὶ τό-  
ποις ἐρήμοις ὑφορμῶντας, ἐπὶ  
τάτας ἐποίησατο τὴν ἀποχώρη-  
σιν. εἰς δὲ ἐπιβὰς, ἐπιγενομένης  
τῆς νυκτὸς ἀπέπλευσε, καὶ διεκο-  
μίθη παραδόξως πρὸς τὸν βα-  
σιλέα Φίλιππον, πρὸ ᾧ τὸ λοι-  
πὸν διέτρεψε τῆ βία μέρος' ἀνήρ  
θράσος μὲν καὶ τόλμαν κεντημέ-  
νος, ἀλόγιστον δὲ ταύτην καὶ τε-  
λέως ἄκριτον' διὸ καὶ τὴν κατα-  
ερωτῆν πορρηπλησίαν αὐτῷ συνέ-  
βη γενέσθαι τῇ κατὰ τὸν ὅλον βίον  
προκρέτει. καταλαβέσθαι γὰρ  
ἐγχειρήτας μετὰ τῆς Φιλίππε  
γνώμης τὴν τῶν Μεσσηνίων πό-  
λιν εἰκῆ καὶ παραβόλως. ἐν αὐτῷ  
τῶ τῆς πράξεως καιρῷ διεφθάρη·  
περὶ ᾧ ἡμεῖς τὰ κατὰ μέρος, ὅταν  
ἐπὶ τὰς καιρὰς ἔλθωμεν, διχσα-

bus suis, eosque hortatus,  
collatis signis cum iis qui  
collem obtinebant, acie di-  
micare constituit. Romani  
animadverto Illyrios acie or-  
dinata acrem in se facere  
impetum, terribili ipsi quo-  
que audacia in eorum cohortes  
irruunt. Simul vno tempore  
ceteri e nauibus egressi,  
terga hostium caedebant:  
deinde omni ex parte illos  
adorti, tumultu et perturbatione  
magna Illyrios implerunt.  
Itaque quum et a tergo  
laboraret acies, fugam tandem  
capessere Demetrii exercitus  
est coactus. Pars in urbem  
fugit: paucis autem itineribus  
per insulam dissipati sunt.  
Demetrius ad lembos suos se  
recepit: quos desertis quibusdam  
locis itantes ad anchoras habebat,  
in omnem euentum paratos.  
his conscensis, noctuque profectus,  
ad regem Philippum praeter  
omnium opinionem est delatus:  
egitque apud eum reliquam  
vitae suae partem. vir, praesentis  
quidem animi, et audax: sed  
temerarius et nullius plane  
iudicii. quare etiam exitum  
est nactus, institutis congruentem,  
quibus per omnem vitam  
usus fuerat. Urbem enim  
Messeniolorum conscio Philippo  
occupare conatus, in ipsa pugna  
quam temere et proiecta audacia  
conferebat, caesus est: sicut suo  
loco sigillatim fumus ostensuri.  
Romanus Cos. Pharum

Φήσομεν.



Φήσομεν. ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων Αἰμίλιος τὴν μὲν Φάρου εὐθὺς ἐξ ἐφόδα παραλαβὼν, κατέκταψε, τῆς δὲ λοιπῆς Ἰλλυρίας ἐγκρατῆς γενόμενος ἐπάντα διατάξας κατὰ τὴν αὐτῆ προαίρεσιν, μετὰ ταῦτα, ληγῆς ἤδη τῆς Σερείας, εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανῆλθε, καὶ τὴν εἴσοδον ἐποιήσατο μετὰ Φριάμβρα καὶ τῆς ἀπάσης εὐδοξίας. ἐδόκει γὰρ ἔ μόνον ἐπιδοξίως, ἔτι δὲ μᾶλλον ἀνδρῶδως κεκρῆσθαι τοῖς πράγμασι.

20. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι προσπεπρωκυῖας αὐτοῖς ἤδη τῆς τῶν Ζακαυθαίων ἀλώσεως, ἔ μὴ διὰ περὶ τῆ πόλεμος τότε διαβέλιον ἦγον, καθάπερ ἔνιοι τῶν συγγραφέων Φασί, προσκαγατῆζοντες ἔτι καὶ τὰς εἰς ἐκάτερα βήθεντας λόγους, πάντων ἀτοπώτατον πρᾶγμα ποιῶντες. πῶς γὰρ οἶδον τ' ἦν, Ῥωμαῖους, τὰς ἐνικυτῶ πρότερον ἐπισημειώτας πόλεμον Καρχηδονίοις, εἰὰν ἐπιβείνωσι τῆς Ζακαυθαίων χώρας, τάττας, κατὰ κράτος ἐαλωκυῖας αὐτῆς τῆς πόλεως, τότε βελεύεσθαι συνελθόντας, πότερα πολεμητέον, ἢ τὸναντίου; πῶς δὲ, καὶ τίνα τρόπον ἅμα μὲν τὴν συγγότητα τῆ συνεδρίας παρεισάγασιν Φαυμάσιον, ἅμα δὲ τὰς υἱὰς ἀπὸ δώδεκα ἐτῶν ἄγειν Φασί τὰς πατέρας εἰς τὸ συνέδριον, ἔς μετέχοντας τῶν διαβελίων ἐδὲ τῶν ἀναγκαιῶν ἐδενὶ προσίστασθαι τῶν ἀπορήτων ἐδεν; ὦν ἔτ' εἰκός, ἔτε ἀληθές ἐσι τὸ παράπαν ἐδεν. εἰ μὴ, καὶ δία, παρὸς τοῖς ἄλλοις ἢ τύχη καὶ τῆτο

repentino incurfu statim invadit, eamque mox captam diruit. deinde Illyrico univerto in potestatem redacto, rebusque omnibus ex animi sententia compositis, affecta iam aestate triumphum egit magnificentum: neque solertiae dumtaxat, verum etiam fortitudinis laudem ex provincia reportavit.

20. Romani vero postquam de capto Sagunto nuntium acceperunt, nequaquam illi quidem de bello suscipiendo deliberationem instituerunt, sicut a nonnullis scriptoribus memoriae est proditum: qui etiam sententias ab utraque parte dictas, libris suis inseruerunt: quo nihil ne fingi quidem absurdius queat. Nam qui fieri potuit, ut Romani qui superiore anno bellum Carthaginensibus indixerant, si ditionem Saguntinorum infesti ingrederentur: iidem capta per vim vrbe ipsa, tum demum ad deliberandum convenirent, sitne suscipiendum bellum, annon? quam absurdum vero illud: quod incredibilem Senatus moestitiam commemorantes, simul adiciunt, filios duodecim dumtaxat annis maiores, a parentibus in Senatum inductos: qui publicorum consiliorum facti participes, nemini propinquorum quicquam illorum quae enuntiarī nefas, aperuerint: quae sunt omnia a vero aliena

προσένειμε Ῥωμαίοις, τὸ Φρο-  
νεῖν αὐτὰς εὐθέως ἐκ γενετῆς.  
πρὸς μὲν ἔν τὰ τοιαῦτα τῶν  
συγγραμμάτων, οἷα γράφει Χαί-  
ρεας καὶ Σώπιλος, ἔδεν ἂν δέοι  
πλέον λέγειν· ἢ γὰρ ἰστορίας,  
ἀλλὰ κρηακῆς καὶ πανδήμια λα-  
λιῶς, ἐμοί γε δοκῶσι τάξιν ἔ-  
χειν καὶ δύναιμι. Ῥωμαῖοι δὲ  
προτιπεσόντος σφίσι τὰ γεγονό-  
τος κατὰ τὰς Ζικανδαίαις ἀδι-  
κῆμτος, παραχρῆμα πρεσβευ-  
τὰς ἐλόμενοι, κατὰ σπηδὴν  
ἐξῆρτεςίλαν εἰς τὴν Καρχηδό-  
να· δύο προτείνοντας αὐτοῖς· ἂν  
τὸ μὲν, αἰχμήν ἅμα καὶ βλά-  
βην Φέρειν ἐδόκει δεξαμένους  
τοῖς Καρχηδονίοις· τὸ δ' ἄτερον,  
πραγματῶν καὶ κινδύνων ἀρχὴν  
μεγάλων. ἢ γὰρ τὸν στρατηγὸν  
Ἀννίβαν, καὶ τὰς μετ' αὐτῶν  
συνέδρους ἐκδότας διδόναι Ῥω-  
μαίοις ἀπῆταν, ἢ προήγαλλον  
τὸν πόλεμον. Παραγενομένων  
δὲ τῶν Ῥωμαίων, καὶ παρελθόν-  
των εἰς τὸ συνέριον, καὶ δια-  
σαφῶντων ταῦτα, δυσχερῶς ἤ-  
κκον οἱ Καρχηδόνιοι τὴν αἴρεσιν  
τῶν προτεινομένων. ὁμοίως δὲ  
προσητάμενοι τὸν ἐπιτηδείοτατον  
ἐξ αὐτῶν, ἤρξαντο περὶ σφῶν  
δικαιολογεῖσθαι.

21. Τὰς μὲν ἔν πρὸς Ἀσδρέ-  
βαν ὁμολογίας παρεσιώπων, ὡς  
ἔτε γεγενημένας· ἔτε γεγονόσιν,  
ἔδεν ἄσας πρὸς αὐτὰς, διὰ τὸ  
χωρὶς τῆς σφετέρας πεπράχ-  
θαι γνώμης. ἐχρῶντο δ' ἐξ αὐ-  
τῶν Ῥωμαίων εἰς τῆτο παρα-  
δείγματι. τὰς γὰρ ἐπὶ Λεστα-  
τίαι γενομένας συνθήκας ἐν τῶ

et palam falsa. nisi hoc quo-  
que praeter cetera Romanis  
fortuna si diis placet est largi-  
ta, ut inde a pueris statim sa-  
perent. Verum de talibus  
scriptis, qualia sunt Chaecraeae  
et Sossii, haec sufficiat dixisse:  
neque enim pro historiis, meo  
quidem iudicio, merentur ha-  
beri: sed pro fabulis ex alicuius  
tonforis officina, aut vulgi  
faece profectis. Romani  
iis cognitis quae contra foe-  
dus Sagunti acta fuerant, le-  
gatos repente eligunt, et Car-  
thaginem properare iubent:  
duasque condiciones Carthagi-  
nensibus offerre; quarum al-  
tera cum dedecore simul ac  
damno illorum erat coniuncta:  
altera, periculosi belli initia  
secum trahebat. Postulabant  
enim, ut ducem Hannibalem  
et consiliarios illius dederent  
Romanis: aut ni illud fieret,  
bellum denuntiabant. Haec  
quum exponerent legati, ubi  
Carthaginem venerunt, et Se-  
natus eis datus est, iniquis  
adinodum auribus propositae  
condiciones a Poenis sunt ac-  
ceptae. mox tamen vni e suis,  
quem ad id norant aptissimum,  
hac cura demandata, discepta-  
re de iure suo instituunt.

21. Ac foedus quidem cum  
Asdrubale ictum silentio prae-  
termittebant, quasi nunquam  
factum; aut si factum esset,  
quasi ad se nihil pertinere:  
quod suo iniussu esset percuf-  
sum. quin etiam Romanorum  
ipforum simile exemplum af-  
ferebant; de pace bello Si-  
culo facta, Lucatio Consule.

πολέμῳ

πολέμῳ τῷ περὶ Σικελίας, ταύτας ἔφασαν ἤδη συνωμοσθησάμενας ὑπὸ Λατατίε, μετὰ ταῦτα τὸν δῆμον τῶν Ῥωμαίων ἀκύρους ποιῆσαι, διὰ τὸ χωρὶς τῆς αὐτῆ γενέσθαι γνώμης, ἐπίεσον δὲ, καὶ προσεπηρείδοντο παρ' ὅλην τὴν δικαιολογίαν, ἐπὶ τὰς τελευταίας συνθήκας τὰς γενομένας ἐν τῷ περὶ Σικελίας πολέμῳ ἐν αἷς περὶ μὲν Ἰβηρίας ἐκ ἔφασαν ὑπάρχειν ἔγγραφον ἄδεν, περὶ δὲ τῶ τοῖς ἐκαστέρων συμμαχοῖς τὴν παρ' αὐτῶν ἀσφάλειαν εἶναι, ῥητῶς κατατετάχθαι. Ζακκινθαίους δὲ παρεδείκνυον ἐκ ὄντας τότε Ῥωμαίων συμμαχοῦς, καὶ παρεγίνωσκον πρὸς τῆτο πλεονάκις τὰς συνθήκας. Ῥωμαῖοι δὲ τὸ μὲν δικαιολογεῖσθαι καθάπαξ ἀπεγίνωσκον φάσκοντες, ἀνεραῖα μὲν εἶναι διαμενέσης τῆς τῶν Ζακκινθαίων πόλεως, ἐπιδέχεσθαι τὰ πράγματα δικαιολογίαν, καὶ δυνατόν εἶναι λόγῳ περὶ τῶν ἀμφισβητήτων διεξάγειν ταύτης δὲ πρὸς πρὸς δημένης, ἢ τὰς αἰτίας ἐκδοτέου εἶναι σφίσι, δι' ἑ Φανερὸν εἶναι πάντων, ὡς ἔμετεχέμεν τῆς ἀδικίας, ἀλλ' ἀνευ τῆς αὐτῶν γνώμης πεπράχθαι τῆτο τεργον, ἢ μὴ βελομένους τῆτο ποιεῖν, ὁμολογῆντας δὲ κοινωνεῖν . . . . ἔκαθολικώτερον πῶς ἐχρήσαντο τοῖς λόγοις. Ἡαῖν δ' ἀναγκάσιον εἶναι δοκεῖ, τὸ μὴ παρακλιπεῖν ἄσμεπτον τῆτο τὸ μέρος, ἵνα μήτε, οἷς καθήκει καὶ διαφέρει τὸ σαφῶς εἶδεναι τὴν ἐν τέτοις ἀριβείαν, παρατρίψαι τῆς ἀληθείας ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις διαβελίοις; μήθ'

plane enim Lutatium in hanc consensisse: et tamen populum postea Romanum, quia sine sua auctoritate pactio convenerat, pax ut esset irrita iussisse. Illam igitur pacem urgebant per totam disceptationem, eique firmiter innitebantur, quae belli Siculi sine nouissima fuerat facta: in qua de Hispania nihil haberi scriptum aiebant: sociis dumtaxat utriusque populi caueri: idque diserte ita perscriptum esse in legibus pacis. Negabant deinde populi Romani socios tum fuisse Saguntinos: idque ut probarent leges illius pacis subinde legebant. Romani de iure disceptare verbis omnino nolebant. dicebant enim: huic disceptationi tunc futurum fuisse locum, si adhuc integra Saguntum vrbs maneret: ac potuisse tum controuersiam oratione decidi; hac vero contra foedus excisa, aut dedendos esse iniuriae auctores; ex quo manifestum futurum sit omnibus, participes delicti admisisti ipsos non fuisse; verum sine publica auctoritate, id fecisse Hannibalem: aut si hoc nollent, neque recusarent quominus consilium participasse crederentur; quin verbo rem expedirent? Ita Romani generatim atque vniuersae locuti sunt. Nobis vero visum est faciendum, ut hunc locum silentio non praeterueheremur: ne quorum interest rem penitus habere



οἱ Φιλομαθῆντες περὶ τῶν  
ἀποχῶσι, συμπλανώμενοι ταῖς  
ἀγνοίαις καὶ Φιλοτιμίαις τῶν  
συγγραφέων, ἔληε τῆς ὁμολο-  
γημένης θεωρίας τῶν ἀπὸ τῆς  
ἀρχῆς ὑπαρχόντων δικαίων Ῥω-  
μαίοις καὶ Καρχηδονίοις πρὸς  
ἀλλήλους, ἕως εἰς τὰς καθ' ἡμᾶς  
καιρὸς.

22. Γίνονται τοιναρῶν συνθή-  
κων Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις  
πρῶτη, κατὰ Λεύκιον Ἰένιον  
Βρῦτου, καὶ Μάρκον Ὀράτιον,  
τὸς πρώτους κατασταθέντας ὑπά-  
τους μετὰ τὴν τῶν βασιλέων κα-  
τάλυσιν, ἣν ὡν συνέβη καθιε-  
ρωθῆναι καὶ τὸ τῷ Διὶ ἱερὸν Κα-  
πιτωλίον· ταῦτα δ' ἐστὶ πρότερα  
τῆς Ξέρξης διαβάσεως εἰς τὴν Ἑλ-  
λάδα τοιαύτων· ἔστι λείπκοι  
δυοῖν· ὡς καθόσον ἦν δυνατόν  
ἀκριβέστατα διεξηγησάμενοι ἡ-  
μεῖς ὑπογεγραμμένοι. τῆμαύ-  
τη γὰρ ἡ διαφορὰ γέγονε τῆς  
διαλέκτου, καὶ παρὰ Ῥωμαίοις,  
τῆς νῦν πρὸς τὴν ἀρχαίαν, ὡς  
τὰς συνετωτάτας ἔνια μάλιστα  
ἐξ ἐπιστάσεως διευκρινεῖν. εἰσι  
δ' αἱ συνθήκαι τοιαυτὰς τινες·  
Ἐπὶ τοῖς δὲ Φιλίαιον εἶναι Ῥω-  
μαίοις καὶ τοῖς Ῥωμαίων συμ-  
μάχοις, καὶ Καρχηδονίοις καὶ  
τοῖς Καρχηδονίων συμμά-  
χοις· μὴ πλεῖν Ῥωμαίους, μὴ  
τε τὰς Ῥωμαίων συμμάχους  
ἐπέκεινα τῆ καλῆ ἀκρωτηρίε,  
εἰάν μὴ ὑπὸ χειμῶνος ἢ πλε-  
μίων ἀναγκασθῶσιν· εἰάν δὲ  
τις βία κατενεχθῆ, μὴ ἐξέ-  
σω αὐτῶ μηδὲν ἀγοράζων,

perspectam, veritatem in ma-  
ximi momenti deliberationibus  
ignorent: neue studiosi harum  
rerum, errore et ambitione scri-  
ptorum seducti, in quaerenda  
cognitione certa earum con-  
ventionum, quae inter Roma-  
nos et Poenos iam inde a prin-  
cipio ad nostra usque tempora  
sunt factae, a proposito aberrant.

22. Primum igitur foedus  
inter Romanos et Carthagi-  
nienses ictum est, consu-  
latu Iunii Bruti, et Marci  
Horatii, primorum post re-  
ges exactos Coss. a quibus  
etiam Iouis Capitolini aedes  
fuit consecrata: annis prius  
quam Xerxes in Graeciam  
traiceret duodetriginta. Foe-  
deris istius verba, quanta  
maxima poteramus fide inter-  
pretati, infra subiecimus. Ve-  
teris sane linguae etiam la-  
tinae tanta diuersitas est ab  
illa qua hodie vtuntur, vt  
vel peritissimi nonnulla aegre  
vbi animum attenderint ex-  
planare queant, Foedus igitur  
ita habet: *Amicitia Ro-  
manis et Romanorum sociis  
cum Carthaginensibus et  
Carthaginensium sociis, his  
legibus et conditionibus esto:  
ne nauiganto Romani Ro-  
manorumue socii ultra pul-  
chrum promontorium: extra  
quam si tempestatis aut ho-  
stium vi fuerint compulsi.  
si quis vi delatus fuerit,  
emendi aut accipiendi quic-*  
μηδὲ

μηδὲ λαμβάνειν μηδὲν, πλὴν ὅσα πρὸς πλοῖς ἐπισκευὴν, ἢ πρὸς ἱερά. ἐν πέντε ἡμέραις δὲ ἀποτρεχέτωσαν οἱ κατενεχθέντες. τοῖς δὲ κατ' ἐμπορίαν παραγνομήνοισι, μηδὲν ἔσω τέλος, πλὴν ἐπὶ κήρυκι ἢ γραμματεῖ. ὅσα δ' ἂν τέτων παρόιτων πραθῆ, δημοσίαι σίσεις ὀφειλῶ τῶ ἀποδομένῳ ὅσα γ' ἂν ἢ ἐν Λιβύῃ, ἢ ἐν Σαρδόνι πραθῆ· εἰάν Ῥωμαίων τις εἰς Σικελίαν παραγύνηται, ἥς Καρχηδόνιοι ἐπάραχθω, ἴσα ἔσω τὰ Ῥωμαίων πάντα. Καρχηδόνιοι δὲ μὴ ἀδικεῖτωσαν δῆμον Ἀρδεατῶν, Ἀντιατῶν, Λαυρεντίνων, Κιρκαιατῶν, Ταρρακηνιτῶν, μηδ' ἄλλων μηδένα Λατίνων, ὅσοι ἂν ὑπήκοοι. εἰάν δὲ τινες μὴ ᾧσιν ὑπήκοοι, τῶν πόλεων ἀπεχέτωσαν· ἂν δὲ λάβωσι, Ῥωμαίοις ἀποδιδότωσαν ἀκέραιον. Φερίον μὴ ἐνοικοδομείτωσαν ἐν τῇ Λατίνῃ· εἰάν ὡς πολέμιοι εἰς τὴν χώραν εἰσέλθωσιν, ἐν τῇ χώρᾳ μὴ ἐννυκτερευέτωσαν.

23. Τὸ μὲν ἂν καλὸν αἰρωτήριόν ἐστι, τὸ προκείμενον αὐτῆς τῆς Καρχηδόνος πρὸς τὰς ἄρκτας, ἧ κατὰ πᾶξ ἐπέκεινα πλεῖν ὡς πρὸς μεσημβρίαν ἐκ οἴονται δεῖν Καρχηδόνιοι τὰς Ῥωμαίους μακρᾶς ναυσί· διὰ τὸ μὴ βέ-

sima quae contigerunt post Megalopoleos et Messenae instaurationem, satis quod dicebamus confirmant. quo namque tempore pugnatum ad Mantineam est a Graecis victoria ancipite ob mortem Epaminondae, Lacedaemoniis Messenios foederi adscribi ventantibus, quod Messeniam certa spe sibi vindicarent: Megalopolitani contra, et quicumque societate iuncti cum Arcadibus erant, usque pertenderunt, donec Messeniis in societatem receptis, et conventionis atque iurisiurandi formula comprehensis, soli Lacedaemonii legibus foederis excluderentur. Quae si diligenter considerauerit insequens aetas, non dubitabit rectum esse consilium, quod paullo ante exponebamus. Atque haec in gratiam Arcadum et Messeniorum dicta mihi sunt: ut calamitatum memores, quas ditionibus ipsorum Lacedaemonii intulerunt, in mutua fide atque benevolentia constanter manent: neue aut propter metum, aut cupiditate pacis, quando agetur de salute patriae alterutrorum, se deserant.

34. Lacedaemonii vero etiam hic antiquum obtinuerunt: et quod familiare ipsis erat, legatos a sociis missos tandem sine responso dimiserunt. adeo sua stultitia et improbitas omnem iis consilii copiam adimebat.

καί μοι δοκεῖ τῶτ' ἀληθές εἶναι, διότι πολλὰ κίς τὸ τολευῖν περιτόν εἰς ἄνοιαν, καὶ εἰς τὸ μηδὲν κηταντῶν εἶωθεν. ἔ μὴν ἄλλὰ μετὰ ταῦτα κατασχεθέντων Ἐφόρων ἄλλων, οἱ κινήσαντες ἐξ ἀρχῆς τὰ πράγματα, καὶ γινόμενοι τῆς προειρημένης σφαγῆς αἴτιοι, διεπέμποντο πρὸς τῆς Αἰτωλῆς, ἐπισκώμενοι πρεσβευτήν. τῶν δὲ καὶ μάλα ἀσμένως ὑπακυσάντων, ἤκε μετ' ὀλίγων πρεσβεύων εἰς τὴν Λακεδαιμόνα Μαχατᾶς, καὶ παρρυτικά προσῆει τοῖς Ἐφόροις, . . . . οἴομενοι δεῖν τῶ τε Μαχατᾶ δίδουσαι τὴν Ἐφοδὸν ἐπὶ τῆς πολλῆς, καὶ βασιλέας καθιστᾶναι κατὰ τὰ πάτρια, καὶ μὴ περιορᾶν τὸν πλείω χρόνον παρὰ τῆς νέμεως καταλελυμένην τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν ἀρχήν. οἱ δ' Ἐφοροὶ δυσαρεσέμενοι μὲν τοῖς ὄλοις πράγμασι, ἔ δυνάμενοι δὲ πρὸς τὴν ὁρμὴν ἀντοφθαλιεῖν, ἀλλὰ δεδιότες τὴν τῶν νέων συεροφῆν, περὶ μὲν τῶν βασιλέων ἔφασαν μετὰ ταῦτα ἐκλεύσεσθαι τῶ δὲ Μαχατᾶ συνεχώρησαν δώσειν τὴν ἐκκλησίαν. συναχθέντος δὲ τῆ πλήθους, παρελθὼν ὁ Μαχατᾶς, παρεκάλει διὰ πλειόνων αὐτῆς, αἰρεῖσθαι τὴν πρὸς Αἰτωλῆς συμμαχίαν, εἰπὴ μὲν καὶ θρασέως κατηγορῶν Μακεδόνων, ἀλόγως δὲ καὶ ψευδῶς ἐγκωμιάζων τῆς Αἰτωλῆς. μεταστάντος δὲ τῆς, πολλῆς ἀμφισβητήσεως ἐτύγγχανε τὸ πρᾶγμα. τινὲς μὲν γὰρ συνηγόρου τοῖς Αἰτωλοῖς, καὶ συντίθεσθαι πρὸς αὐτῆς παρήνεν τὴν συμμαχίαν. ἔνιοι δὲ τέτοις

vt recte mihi videatur dictum, per saepe nimiam audaciam in exitu amentiam esse ac vanitatem. Postea tamen Ephoris aliis creatis, qui a principio Rempublicam turbauerant, et caedis expositae auctores fuerant, ad Aetolos miserunt, quo legationem eorum accirent. quibus petitioni illorum promptissime aduentibus, venit paullo post publico Aetolorum nomine Machatas . . . . . Tum vero ille Ephoros statim adire, petere vt Machatae potestas fiat populum pro concione appellandi: vtque more patrio reges creentur, neque finatur Heraclidarum principatus contra quam per leges liceat, diutius iacere dissolutus. Displicebant omnia quae gerebantur Ephoris: sed qui impetum istorum reprimere non possent, et iuniorum coitionem metuerent, de regibus quidem postea se deliberaturos dixerunt: Machatae vero concionem daturus. cogitur concio. prodit Machatas in medium. atque ibi tum ille hortari multis Lacedaemonios vt cum Aetolis consilia consociare vellent: Macedones temere et audacter incusare: Aetolos inepte et falso dilaudare. qui postquam concione excessit, de proposita re altercatio magna est coorta: aliis partem Aetolorum tuentibus, et populum hortantibus ad societatem cum illis ineundam: aliis horum sententiae contra-

ἀντέλεγον. ἡ μὲν ἄλλα τῶν πρεσβυτέρων τινές, ἐπιστήσαντες τὸ πλῆθος, ἐπὶ τε τὰς Ἀντιγόνη καὶ Μακεδόνων εὐεργεσίας, ἐπὶ τε τὰς διὰ Χαριξένου καὶ Τιμαίου βλάβας, ὅτε στρατεύσαντες Αἰτωλοὶ πανδημεῖ, κατέφθειραν μὲν αὐτῶν τὴν χώραν, ἐξηνδραποδίσαντο δὲ τὰς περιοίους, ἐπεβέλευσαν δὲ τῇ Σπάρτῃ μετὰ δόλου καὶ βίας τὰς Φυγάδας ἐπαγαγόντες· ἐπ' ἄλλης ἐγένοντο γνώμης, καὶ τέλος ἐπέσθησαν τηρεῖν τὴν πρὸς Φίλιππον καὶ Μακεδόνας συμμαχίαν. γενομένων δὲ τούτων, ὁ μὲν Μαχατᾶς ἀπρακτος ἐπανήκει πάλιν εἰς τὴν οἰκίαν.

35. Οἱ δ' ἐξ ἀρχῆς αἰτίοι γεγονότες τῆς κινήσεως, ἕδαμῶς εἰσαυδυνάμενοι τοῖς παρῶσιν, αὐθις ἐπεβάλοντο πρᾶγμα ποιεῖν πάντων ἀσεβέστατον, φθεῖραν τὲς τινὰς τῶν νέων. Κατὰ γὰρ τινὰ θυσίαν πατριῶν εἶδει τὰς μὲν ἐν ταῖς ἡλικίαις μετὰ τῶν ὅπλων κομπεύειν ἐπὶ τὸν τῆς Ἀθηναίων τῆς Χαλκιοῦ νεών, τὰς δ' Ἐφόρους συνταλαῖν τὰ περὶ τὴν θυσίαν, αὐτῶν περὶ τὸ τέμενος διατρίβοντας. ἐν τούτῳ τῶ καιρῷ τῶν κομπευόντων ἐν τοῖς ὅπλοις τινές τῶν νεανίσκων ἄφνω προσπεσόντες θύουσι τοῖς Ἐφόροις, ἀπέσφαξαν αὐτούς. καί τοι πᾶσι τοῖς καταφυγῶσι τὴν ἀσφάλειαν παρεσκευάζε τὸ ἱερόν, καὶ θανάτῳ τίς ἢ κατακεκριμένος· τότε δὲ διὰ τὴν ὠμότητα τῶν τολμῶντων εἰς τὴν ἡλθε καταφρονήσεως, ὡς περὶ τὸν βω-

dicentibus. Tandem e senioribus nonnulli, reuocatis populo in memoriam hinc Antigoni et Macedonum beneficiis, inde Charixeni et Timaei maleficiis; quo tempore omnibus viribus expeditione suscepta, agrum ipsorum sunt populati, vicinos circumcirca in seruitutem abduxerunt; ipsi etiam Spartaee dolo et vi infidias struxerunt; ad perniciem urbis opera exulum quos secum ducebant utentes: ut multitudo sententiam mutaret, obtinuerunt: persuasumque illi ad extremum est, ut in Philippi et Macedonum societate maneretur. Atque ita Machatas infecta re ad suos est reuersus.

35. Tum vero seditionis perpetuae auctores, quum praesenti statui acquiescere nullo possent modo, nonnullis e iuventute corruptis, facinus ausi sunt scelestissimum. Erat moris, per solenne quoddam a maioribus traditum, ut uersa pubes cum armis ad Mineruae Chalcoeci fanum pompam duceret: Ephoris ad peragenda sacra circa delubrum remanentibus. Eo igitur tempore adolescentes quidam ex iis qui pompam armati comitabantur, Ephoros rei diuinae operatos repente inuadunt, et contrucidant: idque eo ipso in templo, quod omnibus ad se confugientibus securitatem praestabat, etiam si mortis damnatus aliquis esset. tum vero, praeeimmanitate illorum, qui tantum scelus patrare sustinuerunt





μαχίαν, ὑπὲρ ὧν τὸν ἄρτι λόγον ἐποίησάμην) τὸν μὲν ἕνα, νομίμως καὶ καθήκοντως, Ἀγησίπολιν, ὄντα μὲν παῖδα τὴν ἡλικίαν, υἱὸν δὲ Ἀγησιπόλιδος τῷ Κλεομβρότῳ. τὸν δὲ συνέβαινε βασιλευσκένοισι, καθ' ἧς καιρὸς ἐξέπεσε Λεωνίδης ἐκ τῆς ἀρχῆς, διὰ τὸ κατὰ γένος ὑπάρχειν ἔγγιστα τῆς οἰκίας ταύτης. ἐπίτροπον δὲ τῷ παιδὸς εἶλοντο Κλεομένην, Κλεομβρότῳ μὲν υἱὸν, Ἀγησιπόλιδος δ' ἀδελφόν. ἀπὸ δὲ τῆς ἐτέρας οἰκίας ὄντων, ἐκ τῆς Ἰππομέδοντος θυγατρὸς, Ἀρχιδάμῳ δυοῖν παιδῶν, ὃς ἦν υἱὸς Εὐδαμίδα, ζῶντος δ' Ἰππομέδοντος ἀκμῆν, ὃς ἦν υἱὸς Ἀγησιλάου τῷ Εὐδαμίδῳ, καὶ ἐτέρων δὲ πλείων ἀπὸ τῆς οἰκίας ὑπαρχόντων, ἀποτέρῳ μὲν τῶν προσηρημένων, προσηκόντων δὲ κατὰ γένος, τέτταρες μὲν ἅπαντας ὑπερεῖδον Λυκῆργον δὲ βασιλέα κατέσθσαν ἢ τῶν προγόνων ἡδεῖς ἐτετεύχει τῆς προσηγορίας. ὃς δὲς ἐκάστῳ τῶν Ἐφόρων τάλαντον, Ἡρακλῆος ἀπόγονος καὶ Βατιλεὺς ἐγενόνη τῆς Σπάρτης. ἕτως ἕωνα πανταχῆ τὰ καλὰ γέγονε. τοιγαρῶν ἢ παῖδες παίδων, ἀλλ' αὐτοὶ πρῶτοι τῆς ἀνοίας ἀπέτισαν τῆς μισθῆς οἱ κατασῆσαντες.

36. Ὁ δὲ Μαχάτας πυθόμενος τὰ γεγονότα περὶ τὰς Λακεδαιμονίους, ἤκε πάλιν ὑπορέψας εἰς τὴν Σπάρτην, καὶ παρεκάλει τὰς Ἐφόρους καὶ τὴν Βασιλίαν ἐξενεγκεῖν τοῖς Ἀχαιοῖς τὸν πολέμον. μόνως γὰρ ἕτως, ἔφη, λήξαι τὴν τῶν Λακεδαιμονίων Φι-

tem cum Aetolis sunt facti, de qua modo diximus:) alterum regem rite et legitime, Agesipolim, aetate quidem puerum; sed filium Agesipolidis, cui Cleombrotus pater: qui olim, postquam Leonidas regno excidisset, regnauerat, quod hanc regiam domum proxime contingebat. Tutor puero datus Cleomenes Cleombroti filius Agesipolidis frater. quod ad regem ex altera familia, quum essent ex Hippomedontis filia duo Archidami filii, qui Eudamidae filius fuerat, Hippomedonte quoque ipso adhuc viuente, Agesilai filio et Eudamidae nepote; essent et alii plures ex eadem stirpe, qui longius quidem quam priores, sed tamen contingebant genere eam familiam regum; aspernati hosce omnes, Lycurgo regnum detulerunt, e cuius maioribus nemo eo honore fuerat usus. verum hic talentum cuique Ephorum largitus, Herculis propago et rex Spartaee est factus. Adeo vbique paruo constant quae pulchra sunt. Itaque non nati natorum, sed illi ipsi ante omnes qui regem creauerant, stultitiae suae poenas luerunt.

36. Machatas auditis quae Lacedaemone facta erant, Spartam denuo perguit ire, hortaturque Ephoros et reges, vt Achaeis bellum indicant. nunquam enim aliter finem habituram eorum acrem contentionem, vel qui Lacedaemone, quominus so-

λουκειάν τῶν ἐν παντὲς τρόπῳ  
 διακοπτόντων τὴν πρὸς Αἰτωλίας  
 συμμαχίαν, τήν τε τῶν ἐν Αἰ-  
 τωλίᾳ τὰ παραπλήσια τέτοις  
 πραττόντων. πεισθέντων δὲ τῶν  
 Ἐφόρων καὶ τῶν βασιλέων, ὁ  
 μὲν Μαχατᾶς ἐπανήλθε συντε-  
 τελεσμένος τὴν πρόθεσιν διὰ  
 τὴν ἀνοικιαν τῶν συμπραττόντων.  
 ὁ δὲ Λυκῆργος ἀναλαβὼν τὰς  
 στρατιώτας, καί τινας τῶν πολι-  
 τικῶν, ἐνέβαλεν εἰς τὴν Ἀρ-  
 γείαν, ἀφυλάκτως διακειμένων  
 εἰς τέλος τῶν Ἀργείων διὰ τὴν  
 προὔπαρχσαν κατάστασιν. καὶ  
 Πολύχραν μὲν καὶ Πρασίαν καὶ  
 Λεύκαν καὶ Κύφαντα προσπε-  
 σῶν, ἄφνω κατέχευε. Γλυμπέῦσι  
 δὲ καὶ Ζάρακιν προσπεσῶν, ἀπέ-  
 σπασε. τότε δὲ ταῦτα πράξαν-  
 τος, ἐπεκήρυξαν οἱ Λακεδαιμό-  
 νιοι τὸ λάφυρον κατὰ τῶν Ἀ-  
 χαιοῶν· ἔπεισαν δὲ καὶ τὰς Ἠλείας  
 οἱ περὶ τὸν Μαχατᾶν, παραπλή-  
 σια λέγοντες, ἄπερ καὶ πρὸς τὰς  
 Λακεδαιμονίους, ἐξενεγκεῖν τοῖς  
 Ἀχαιοῖς τὸν πόλεμον. παραδό-  
 ξως δὲ καὶ κατὰ νῦν τοῖς Αἰτωλοῖς  
 τῶν πραγμάτων προεχωρηό-  
 των, ἔτοι μὲν ἐνθάδ' ἐνέβαι-  
 νον εἰς τὸν πόλεμον, οἱ δ' Ἀχαιοὶ  
 τάναντία. Φίλιππος μὲν γὰρ,  
 ἐφ' ᾧ τὰς ἐλπίδας εἶχον, ἀκμήν  
 ἐγένετο περὶ παρασκευήν. Ἠπει-  
 ρῶται δ' ἔμελλον πολεμεῖν, Μεσ-  
 σήνιοι δ' ἡσυχίαν εἶχον. Αἰτωλοὶ  
 δὲ προσειληφότες τὴν Ἠλείων  
 καὶ Λακεδαιμονίων ἀγνοίαν,  
 πανταχοῦθεν περιεῖχον αὐτὰς τῷ  
 πολέμῳ.

cietas cum Aetolis iniretur,  
 omnibus modis impediebant:  
 vel qui in Aetolia idem istis  
 faciebant. Perductis in suam  
 sententiam ephoris ac regibus,  
 redit Machatas, confectis ex  
 animi sententia quae destina-  
 verat, per stultitiam eorum  
 qui ab illis partibus erant. Ly-  
 curgus assumpto milite, et  
 parte etiam copiarum urbana-  
 rum, Argiuorum fines incur-  
 sat: quos Argiui nullo pror-  
 fus modo custodiebant, prae-  
 senti rerum statu freti. Po-  
 lichnam igitur, Prasias, Leu-  
 cas et Cyphantem repentino  
 impetu capit. Glympes quo-  
 que et Zaracem inuadit, et ab  
 Argiuorum communi separat.  
 quae postquam fecit Lycur-  
 gus, Lacedaemonii spolia capi-  
 endi de Achaeis ius fasque  
 esse praeconis voce signifi-  
 cant. Eleis item persuasit  
 Machatas, iisdem verbis usus,  
 quibus Lacedaemonios impu-  
 lerat, ut bellum Achaeis in-  
 dicerent. Hoc modo rebus  
 Aetolis ex animi sententia mi-  
 rabiliter succedentibus, ipsi  
 quidem ingenti cum spe bel-  
 lum capebant: apud Achaeos  
 vero contrario modo res  
 se habebant. Nam Philippus  
 in quo spes suas reposuerant,  
 tunc cum maxime in appa-  
 ratu belli erat occupatus. Epi-  
 rotae bellaturos agebant: Mes-  
 sieni manebant quieti. Aetoli  
 adiuuante ipsos Eleorum et  
 Lacedaemoniorum stultitia ex  
 omnibus partibus bello eos  
 cingebant.



37. Ἀράτῳ μὲν ἔν συνεβαίνας  
κατὰ τὸν καιρὸν τῆτον ἤδη λή-  
γειν τὴν ἀρχὴν, Ἀρατοῦ δὲ τὸν  
υἱὸν αὐτῆ, καθεσαμένον ὑπὸ τῶν  
Ἀχαιῶν, παραλαμβάνειν τὴν  
ερατηγίαν. Αἰτωλῶν δὲ ἐσρατή-  
γει Σκόπας. ὁ δὲ χρόνος αὐτῷ  
τῆς ἀρχῆς μάλις αὐτὸς πως διη-  
ρητο. τὰς γὰρ ἀρχαιεσίας Αἰ-  
τωλοὶ μὲν ἐποίουν μετὰ τὴν Φθι-  
νοπωρινὴν ἰσημερίαν εὐθέως·  
Ἀχαιοὶ δὲ τότε περὶ τὴν τῆς  
Πλειάδος ἐπιτολήν. ἤδη δὲ τῆς  
Θερείας ἐνισταμένης, καὶ μετελη-  
φότος Ἀράτε τῆ νεωτέρῃ τὴν  
ερατηγίαν, ἅμα πάντα τὰ πράγ-  
ματα τὰς ἐπιβολὰς ἐλάμβανε καὶ  
τὰς ἀρχαίς. Ἀντίβας μὲν γὰρ  
ἐπαχίρει κατὰ τὰς καιρὸς τέως  
Ζάικουσαν πελοιορκεῖν· Ρωμαῖοι  
δὲ Λύκιον Αἰμίλιον εἰς τὴν Ἰλυ-  
ρίαν μετὰ τῆς δυνάμεως ἐξαπέ-  
τελλον ἐπὶ Δημήτριου τὸν Φάριον.  
ὑπὲρ ὧν ἐν τῇ προτέρῃ βίβλῳ δε-  
δηλώσαμεν. Ἀντίοχος δὲ, Πτολε-  
μαῖδα καὶ Τύρον παραδόντος αὐ-  
τῷ Θεοδότῃ, τοῖς κατὰ Κοίλην Συ-  
ρίαν ἐγχειρεῖν ἐπεβίλετο. Πτο-  
λεμαῖος δὲ περὶ παρασκευὴν ἐγί-  
νετο τῆ πρὸς Ἀντίοχον πολέμῳ.  
Λυκῆργος δ' ἀπὸ τῶν ὁμοίων βε-  
λόμενος ἀρχεσθαι Κλεομένη, τὸ  
τῶν Μεγαλοπολιτῶν Ἀθήναιον  
ἐπολιόρκει προσερατοπεδευνίας.  
Ἀχαιοὶ δὲ μισοφόροις ἰππεῖς καὶ  
πεζῶς ἤθροισιν εἰς τὸν περιεσῶτα  
πόλεμον, Φίλιππος δ' ἐν Μακε-  
δονίᾳ εὐκίει μετὰ τῆς δυνάμεως,  
ἔχον Μακεδόνας Φαλαγγίτας μὲν  
μυρίας, τελευτὰς δὲ πεντακχι-  
λίης· ἅμα δὲ τέτοις ἰππεῖς ὄντα-

37. Circa id tempus ma-  
gistratu exierat Aratus; in  
cuius locum suffragiis Achaeo-  
rum succedens Aratus Arati  
F. praeturam inierat. Aeto-  
lorum praetor Scopas erat:  
qui eo maxime tempore di-  
midium legitimi spatii in ma-  
gistratu confecerat. Aetoli  
namque statim ab aequino-  
ctio autumnali comitia prae-  
torum suorum celebrabant.  
Achaei tempore illo, circa  
Pleiadum ortum. Ineunte  
iam aestate, quum iunior  
Aratus imperium suscepisset,  
simul omnium bellorum prin-  
cipia inchoabantur. Quippe  
eo tempore Hannibal Sagunti  
obsidionem moliebatur. Ro-  
mani L. Aemilium cum le-  
gionibus in Illyricum aduer-  
sus Demetrium Pharium mit-  
tebant: de quibus rebus su-  
periore libro est actum. An-  
tiochus tradente sibi Theo-  
doto Ptolemaidem et Tyrum,  
occupare Syriam Coelen ag-  
grediebatur. Ptolemaeus ad-  
versus Antiochum se compa-  
rabat. Lycurgus autem rex  
Spartae, idem ius sibi vindic-  
ans, quod olim Cleomenes,  
positis ante Athenarum Me-  
galopolitanorum castris, ob-  
sidione illud premebat. Achaei  
ad bellum quod undique co-  
oriebatur, equites peditesque  
mercede conducebant. Phi-  
lippus e Macedonia moue-  
bat, habens in exercitu gra-  
vis armaturae millia decem;  
cetratorum quinque millia;  
et cum his equites ostingen-

νοσίς. Ταῦτα μὲν ἔν ἅπαντ' ἦν ἐν τοιαύταις ἐπιβολαῖς καὶ παρασκευαῖς. κατὰ δὲ τὰς αὐτὰς καιρὸς ἐξήνεγκαν Ῥόδιοι Βυζαντίοις πόλεμον, διὰ τινὰς τοιαύτας αἰτίας.

38. Βυζάντιοι κατὰ μὲν θάλατταν εὐκαιρότατον οἰκῶσι τόπον, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν, πάντων τῶν ἐν τῇ κατ' ἡμᾶς οἰκημένῃ κατὰ δὲ γῆν πρὸς ἀμφοτέρω πάντων ἀφύεσθαι. κατὰ μὲν γὰρ θάλατταν ἄνω ἐπίκειται τῷ τόματι τῆ Πόντου κυρίας, ὥστε μήτ' εἰσπλευσῶν μήτ' ἐκπλευσῶν δύνατον εἶναι τῶν ἐμπόρων τινα, χωρὶς τῆς ἐκείνων βελήσεως. ἔχουτος δὲ τῆ Πόντου πολλὰ τῶν πρὸς τὸν βίον εὐχρήσων τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, πάντων εἰσι τέτων κύριοι Βυζάντιοι. πρὸς μὲν γὰρ τὰς ἀναγκαίας τῆ βίᾳ χρείας, τότε δέρματα καὶ τὸ τῶν εἰς τὰς θαλάσσης ἀγομένων σωματῶν πλῆθος, οἱ κατὰ τὸν Πόντον ἡμῖν τόποι παρασκευάζουσι θαψιλέσθαι καὶ χρησιμώτατον ὁμολογούμενως πρὸς δὲ περισίαν, μέλι, κηρὸν, τάριχος, ἀφρόνας ἡμῖν χορηγῶσι. δέχονται γέ μὴν τῶν ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν τόποις περιττευόντων, ἔλαιον καὶ πᾶν οἷον γένος, σίτω δ' ἀμείβονται, ποτὲ μὲν εὐκαιρῶς διδόντες, ποτὲ δὲ λαμβάνοντες. πάντων δὲ τέτων ἢ κωλύεσθαι ὀλοχερῶς, δέον ἦν τὰς Ἑλλήνας, ἢ τελῶς ἀλυσαιτελῆ γίνεσθαι σφίσι τὴν ἀλλοτρίην αὐτῶν, Βυζαντίων ἦτοι βελομένων ἐθελοκακεῖν καὶ συνδυάζειν, ποτὲ

tos. Haec igitur omnia illo tempore ita destinabantur parabanturque. cum quidem etiam Rhodii aduersus Byzantios bellum susceperunt ob huiusmodi causas.

38. Byzantii locum habent omnium in nostro orbe, mari quidem commodissimum aptissimumque ad degendam vitam tum secure, tum beate: terra vero ad utrumque horum minime omnium accommodatum. nam quod ad mare, ita ori Ponti imminet, ut absque eorum voluntate nulla cuiusquam mercatoris nauis, neque intrare neque exire queat. et quum multa Pontus ferat ceteris mortalibus ad vitam expedita, omnia illa Byzantii in sua potestate habent. Ad necessarios quidem usus, coriorum ingentem copiam, et seruilium corporum maximum numerum, et quidem optimorum sine controuersia, Ponticae regiones nobis subministrant: ad lautitiam vero, mel, ceram, balsamenta abunde praebent. recipiunt vero e nostrorum locorum copiis, oleum, et quaecumque sunt vini genera. in frumento mutuum faciunt, alias opportune dando, alias accipiendo. Harum igitur omnium rerum commercio, aut carendum omnino fuit Graecis, aut nulla penitus cum utilitate id erat exercendum; si Byzantii deteriora per ignauiam consilia sequi uoluissent, et modo cum Galatis societate

μὲν Γαλάταις, ποτὲ δὲ πλείονα  
 Θραξίν, ἢ τὸ παράπαν μὴ κατοικούντων τὰς τόπας. διὰ τε γὰρ  
 σκευότητα τῆ πόρι, καὶ διὰ τὸ  
 παρακείμενον πλήθος τῶν βαρβάρων,  
 ἄπληξ ἂν ἡμῖν ἦν ὁμολογουμένως ὁ Πόντος. μέγιστα  
 μὲν ἂν ἴσως αὐτοῖς ἐκείνοις περιγίνεταί  
 λυσιτελῆ πρὸς τὰς βίβας διὰ τὰς τῶν  
 τόπων ιδιότητας. ἅπαν γὰρ τὸ μὲν  
 περιτταῦσον παρ' αὐτοῖς, ἐξαγωγῆς τὸ δὲ  
 λείπον, εἰταγωγῆς ἐτοίμη τυγχάνει  
 καὶ λυσιτελῆς, ἄνευ πάσης  
 κακοπαθείας καὶ κινδύνου. πολλά γε  
 μὲν καὶ τοῖς ἄλλοις ἔχρησα δι' ἐκείνας,  
 ὡς εἰρήκαμεν, ἅπαντᾶ. διὸ καὶ κοινοί  
 τινες ὡς εὐεργέται πάντων ὑπάρχοντες,  
 εἰκότως ἂν ἢ μόνου χάριτος, ἀλλὰ καὶ  
 ἐπιμελείας κοινῆς τυγχάνουσιν ὑπὸ τῶν  
 Ἑλλήνων κατὰ τὰς ὑπὸ τῶν βαρβάρων  
 περιστάσεις. ἐπειδὴ δὲ παρὰ τοῖς  
 πλείστοις ἀγνοεῖσθαι συνέβαινε τὴν  
 ιδιότητα καὶ τὴν εὐφύειαν τῆς τόπι,  
 διὰ τὸ μικρὸν ἔξω κείσθαι τῶν ἐπισκοπεμένων  
 μερῶν τῆς οἰκαμένης βεβούλευθα  
 δὲ πάντα εἰδέναι τὰ τοιαῦτα, καὶ  
 μάλιστα μὲν αὐτόπτας γίνεσθαι τῶν  
 ἐχόντων παρηλαχμένον τί καὶ διαφέρου  
 τόπων· εἰ δὲ μὴ τῆτο δυνατὸν, ἐννοίας  
 γε καὶ τόπις ἔχειν ἐν αὐταῖς ὡς ἔρημα  
 τῆς ἀληθείας ῥητέου ἂν εἴη, τί τὸ  
 συμβαῖνον ἐστὶ, καὶ τί τὸ ποιεῖν τὴν  
 τηλικαύτην καὶ τοιαύτην εὐπορίαν τῆς  
 προειρημένης πόλεως.

iungi, interdum, (ac saepius quidem,) Thracibus consentire: aut si illa loca penitus non inhabitarent. Nam partim ob freti angustias, partim ob adiacentium barbarorum multitudinem, crepta nobis esset in Pontum nauigandi facultas. Puto equidem ad ipsos primo Byzantios ex natura locorum maxima redire vitae commoda: quum et ea quibus superfluum exportari; et quibus deficiunt importari facile, et cum lucro, et sine vlla molestia aut periculo possint. sed et ad alios multa commoda propter ipsos, vt diximus, perueniunt. Qui igitur munifice omnes in commune demereantur, non gratiam dumtaxat iure merito a Graecis referant: sed etiam commune Graecorum omnium auxilium quando a barbaris inuaduntur. Quoniam autem proprietatem et naturam huius loci plerique hominum idcirco ignorant, quia aliquanto longius abest ab iis orbis nostri partibus, ad quas visendas iri solet: nos qui res huiusmodi notas esse omnibus optamus, et maxime quidem si fieri possit ex inspectione omnia cognosci loca, quae peculiari aliqua et eccellente natura commendantur: aut si hoc non potest, vnumquemque in animo habere notiones eorum et expressas formas, ad veritatem quam proxime accedentes: dicendum existimamus, quid id rei sit. et quae causa dictae vrbi talem tantamque felicitatem conciliet.



39. Ὁ δὴ καλούμενος Πόντος ἔχει, τὴν περίμετρον μὲν, ἔγγιστα τῶν δισχυρίων καὶ διχιλίων σταδίων· σόματα δὲ διττά, κατὰ διάμετρον ἀλλήλοις κείμενα· τὸ μὲν ἐκ τῆς Προποντίδος, τὸ δ' ἐκ τῆς Μαιώτιδος λίμνης· ἢ τις αὐτὴ κατ' αὐτὴν ὀκτακιχιλίων ἐστὶ σταδίων τὴν περιγραφήν. εἰς δὲ τὰ προειρημένα κοιλώματα, πολλῶν μὲν καὶ μεγάλων ποταμῶν ἐκ τῆς Ἀσίας ἐμβαλλόντων, ἔτι δὲ μειζόνων καὶ πλείονων ἐκ τῆς Εὐρώπης, συμβαίνει τὴν μὲν Μαιώτιν ἀναπληρωμένην ὑπὸ τέτων, ρεῖν εἰς τὸν Πόντον διὰ τῆς σόματος· τὸν δὲ Πόντον εἰς τὴν Προποντίδα. καλεῖται δὲ τὸ μὲν τῆς Μαιώτιδος σόμα, Κιμμερικὸς Βόσπορος, ὃ τὸ μὲν πλάτος ἔχει περὶ τριάκοντα στάδια, τὸ δὲ μῆκος ἐξήκοντα στάδια. πᾶν δ' ἐστὶν ἀλιτενές. τὸ δὲ τῆς Πόντος, παραπλησίως ὀνομάζεται μὲν Βόσπορος Θράκιος· ἐστὶ δὲ τὸ μὲν μῆκος ἐφ' ἑκατὸν ἔκκοσι στάδια, τὸ δὲ πλάτος ἔσται πάντη ταύτη ταυτόν. ἀρχὴ δὲ τῆς σόματος ἀπὸ μὲν τῆς Προποντίδος, τὸ κατὰ Χαλκηδόνα διάστημα καὶ Βυζάντιον, ὃ δεκατεττάρων ἐστὶ σταδίων· ἀπὸ δὲ τῆς Πόντος, τὸ καλούμενον Ἰερόν· (ἐφ' ἧς τόπῃ Φασί κατὰ τὴν ἐκ Κόλχων ἀνακομιδὴν, Ἰάσου καὶ θυσιῶν πρῶτον τοῖς δώδεκα θεοῖς, ὃ κείται μὲν ἐπὶ τῆς Ἀσίας) ἀπέχει δὲ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ δώδεκα στάδια πρὸς τὸ καταντικρὺ κείμενον Σκραπίσιον τῆς Θράκης. τῆ δὲ ρεῖν ἔξω κατὰ τὸ συνεχές τὴν τε Μαιώτιν

39. Is igitur qui dicitur Pontus, ambitum habet stadiorum circiter CCXXX CCXXX CXX CXX, ora duo, sibi ex aduerso opposita; alterum e Propontide, alterum e lacu Moeotio: qui et ipse per se in circuitum patet stadia XXX CXX CXX CXX. quum autem in descriptos alueos multi magnique amnes ex Asia influant; maiores vero adhuc et plures ex Europa: euenit, vt Moeotius quidem lacus vbi ab illis fluminibus est repletus, in Pontum per os effundatur: Pontus vero in Propontidem. Nominatur autem os Maeotidis, Cimmericus Bosporus: cuius latitudo est stadiorum plus minus triginta: longitudo, sexaginta. ora vniuersa humilis est, et vadosa. ipsius Ponti os similiter vocatur Bosporus Thracicus: porrectum in longitudinem ad centum viginti stadia: latitudo, non vbique semper eadem. Oris principium est, e Propontide venienti, illud interuallum, quod est inter Chalcedonem et Byzantium, stadiorum quatuordecim: exeunti vero e Ponto, illud quod Hieron vocant: vbi fama est Iasonem quando e Colchis reuertebatur, primum omnium duodecim diis sacrificasse. est autem ille locus in Asia situs. abest ab Europa et fano Sarapidis, quod in opposita est Thracia, duodecim fere stadia. Quod autem Maeotis et Pontus continenter fluant, eius rei

καὶ τὸν Πόντον, εἰσὶν αἰτίαι δι-  
 τὰ· μία μὲν αὐτόθεν καὶ πᾶσι  
 προφανής· καὶ ἦν, πολλῶν  
 εἰσπιπτόντων ρευμάτων εἰς πε-  
 ριγραφήν ἀγγείων ὠρισμένων,  
 πλείον αἰεὶ καὶ πλείον γίνεται τὸ  
 ὑγρὸν· ὃ, μηδεμιᾶς μὲν ὑπαρχέ-  
 σης ἐκρύψεως, δέου ἂν ἦν αἰεὶ  
 προσαναβαῖνον, μείζω καὶ πλείω  
 τῷ κοιλώματος περιλαμβάνειν  
 τόπον. ὑπαρχουσῶν δ' ἐκρύψεων,  
 ἀνάγκη τὸ προσγιγόμενον καὶ  
 πλεονάζον ὑπερπίπτου ἀποβρεῖν,  
 καὶ Φέρεσθαι συνεχῶς, διὰ τῶν  
 ὑπαρχόντων σομάτων. δευτέρα  
 δὲ, καὶ ἦν πολὺν καὶ παντο-  
 δατὸν χεῖν εἰσφερόντων εἰς τὰ  
 προσηρημένα κοιλώματα τῶν πο-  
 ταμῶν κατὰ τὰς τῶν ὄμβρων  
 ἐπιτάσεις, ἐκτιεζόμενον τὸ ὑ-  
 γρὸν ὑπὸ τῶν συνισταμένων ἐγ-  
 χωμάτων, αἰεὶ προσαναβαίνει καὶ  
 Φέρεται κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον  
 διὰ τῶν ὑπαρχουσῶν ἐκρύψεων.  
 τῆς δ' ἐγκώσεως καὶ τῆς ἐπιβ-  
 ρύσεως ἀδιάπαυστα καὶ συνεχῶς  
 γινομένης ἐν τῶν ποταμῶν, καὶ  
 τὴν ἀπόβρυσιν ἀδιάπαυστον καὶ  
 συνεχῆ γίνεσθαι διὰ τῶν σομά-  
 των ἀναγκῶν. αἳ μὲν ἂν ἀλη-  
 θεῖς αἰτίαι τῷ βεῖν ἔξω τὸν Πόν-  
 τον, αἰδ' εἰσὶν· ἐν ἑξ ἐμπορι-  
 κῶν ἔχουσαι διηγημάτων τὴν πί-  
 σιν, ἀλλ' ἐκ τῆς κατὰ φύσιν  
 θεωρίας, ἧς ἀκριβεσέρων ἐυ-  
 ρεῖν ἔρχθαι.

40. Ἐπεὶ δ' ἐπὶ τὸν τόπον  
 ἐπέσημεν, ἄδεν ἀφαιτέριον ἄργον,  
 ὃδ' ἐν αὐτῇ τῇ φύσει κείμενον,  
 ὅπερ οἱ πλείστοι ποιεῖν εἰώθασι  
 τῶν συγγραφέων· ἀποδεικτικῆ

caussa duplex est: una in  
 promptu et nemini non mani-  
 festa: quatenus enim multi  
 amnes vasa ingrediuntur, quo-  
 rum est circumscripta definita-  
 que mensura, accedit maior  
 in dies aquarum copia; quae  
 si nullos pateret exitus, allur-  
 gere magis magisque in al-  
 tum, opus haberent, et ma-  
 iorem laxioreinque aivei lo-  
 cum semper occupare. nunc  
 quum pateant exitus, necesse  
 est, ut quod nous accessione  
 redundat, exceditque oram,  
 effluat, ac per Maeotidis ac  
 Ponti ora continenter labatur.  
 Altera causa est huiusmodi.  
 Quum per magnos et vehe-  
 mentes imbres flumina mul-  
 tum atque omnis generis li-  
 mum in dictos alueos inferant:  
 elisa aqua ab aggesta terra, al-  
 tius semper attollitur, et ra-  
 tione ea quam diximus, per  
 alueorum exitus manat, et  
 quoniam tum aggerunt ter-  
 ram, tum aquas infundunt,  
 amnes indefinenter et conti-  
 nuo; etiam emanantes per ora  
 aquas nunquam desinere, sed  
 semper fluere est necesse. Ac  
 verae quidem causae, cur  
 extra alueum feratur Pontus,  
 istae sunt: quarum fides non  
 ex mercatorum narrationibus  
 pendet, verum e rerum natu-  
 ralium contemplatione, quam  
 maxime fieri potest, accurata.

40. Quoniam autem ad lo-  
 cum istum devenimus, nihil  
 nobis, ne eorum quidem quae  
 in rerum natura sunt posita,  
 otiosum relinquendum est. sicut  
 plerique historiarum scriptores

δὲ μᾶλλον τῇ διηγήσει χρησέου, ἕνα μὴδὲν ἄπορον ἀπολείπωμεν τῶν ζητημένων τοῖς Φιληλοίοις. τῆτο γὰρ ἴδιόν ἐστι τῶν νῦν καιρῶν, ἐν οἷς, πάντων πλωτῶν καὶ πορευτῶν γεγονότων, ἢ ἂν ἔτι πρέπον εἴη ποιηταῖς καὶ μυθολογοῖς χρῆσθαι μάρτυσι περὶ τῶν ἀγνωσμένων· ἔπερ οἱ πρὸ ἡμῶν πεποιήκασι περὶ τῶν κλείων, ἀπίστες ἐμφισβητημένω παρεχόμενοι βεβαιωτάς, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον. πειρατέον δὲ δι' αὐτῆς τῆς ἰσορίας, ἱκανῆν παριστάσθαι πίστιν τοῖς ἀκέραις. Φαμὲν δὴ χώννουσθαι μὲν καὶ πάλαι καὶ νῦν τὸν τόπον, χρόνω γε μὴν ἐλοχερῶς ἐγχωθήσεσθαι, τὴν τε Μαίωτιν καὶ τῆτον· μενέσθης γε δὴ τῆς αὐτῆς τάξεως περὶ τὰς τόπας, καὶ τῶν αἰτίων τῆς ἐγχώσεως ἐνεργῶντων κατὰ τὸ συνεχές. ὅταν γὰρ μὲν χρόνος ἄπειρος ᾖ, τὰ δὲ κοιλώματα πάνυ ἢ πάντως ὀρισμένα· δῆλον, ὡς καὶ τὸ τυχόν εἰσφέρηται, πληρωθήσονται τῷ χρόνω. Κατὰ φύσιν γὰρ τὸ πεπερασμένον ἐν ἀείρῳ χρόνω συνεχῶς γινόμενον, ἢ καὶ φθειρόμενον, καὶ κατ' ἐλάχισον γίνηται, (τῆτο γὰρ νοεῖσθαι νῦν) ἀνάγκη τελειωθῆναι κατὰ τὴν πρόθεσιν. ὅταν δὲ μὴ τὸ τυχόν, ἀλλὰ καὶ λίαν πολὺς τις εἰσφέρηται χῆς, φανερόν, ὡς ἔποτε, ταχέως δὲ συμβήσεται γενέσθαι τὸ δὴ νῦν λεγόμενον ὑφ' ἡμῶν· ὃ δὴ καὶ φαίνεται

facere amant: sed narrationi nostrae demonstratio est adii-cienda; ne studiosis hominibus ea cognoscendi de quibus vulgo quaeritur; dubium vltimum relinquamus. eam siquidem diligentiam hodierna tempora requirunt. Nam quia hodie terra marique sunt omnia peruia; turpe iam sit de iis quae vulgo ignorantur, poetas et fabularum scriptores testes afferre: quod de plerisque priores nobis fecerunt: qui rerum controuersarum auctores parum locupletes, vt aiebat Heraclitus, laudabant. quin potius conandum est nobis, vt ipsa per se nostra narratio fidem audientibus faciat. Dicimus igitur, et olim et nunc locum illum obrui atque adimpleri: tandem vero etiam penitus iri oppletum: Maeotim inquam et Pontum: si tamen in eodem statu loca illa maneant, et caussae aggestus illius continenter operentur. quando enim tempus quidem infinitum est, aluei vero certis plane finibus circumscripti, perspicuum est, etsi vel minimum est quod inuehitur; futurum tamen aliquando tandem, vt impleantur. Ita enim natura comparatum est: si finitum aliquid tempore infinito nascatur, aut denascatur, etsi minimum est quod fit quotidie, (ponamus enim ita esse, nunc quidem:) necesse est, vt illud ad destinatum finem perueniat. Nunc vero quum non parum nescio quid, sed longe plurimum limi aggeratur; perspicuum est, cito nedum quando-



γενόμενον. τὴν μὲν ἔν Μαιώ-  
τιν ἤδη κεχωῶσθαι συμβαίνει. τὸ  
γάρτοι πλείον αὐτῆς μέρος, ἐν  
ἑπτὰ καὶ πέντε ὀργυκίαις ἐστίν.  
διὸ καὶ πλείον αὐτὴν ἔκ ἔστι δύ-  
ναται ναυτὶ μεγάλας, χωρὶς  
καθηγούμενος. ἄτὰ τ' ἐξ ἀρ-  
χῆς πάλαιτα σύβρις τῷ Πόντῳ,  
καθὰ οἱ παλαιοὶ συμφωνῶσι·  
νῦν ἐστὶ λίμνη γλυκεία, τῆς μὲν  
θαλάττης ἐπιπερισμένης ὑπὸ  
τῶν ἐνχλωμάτων, τῆς δὲ τῶν  
ποταμῶν εἰσβολῆς ἐπικρατέσης.  
ἔσται δὲ καὶ περὶ τὸν Πόντον πα-  
ραπλήσιον, καὶ γίνεται νῦν ἄλλ'  
ἢ λίαν τοῖς τοῖσδε ἐστὶ καταφα-  
νές, διὰ τὸ μέγεθος τῆ κοιλώ-  
ματος. τοῖς μὲν τοι βραχέα  
συνεπισήσασι, καὶ νῦν ἐστὶ ἄηλον  
τὸ γινόμενον.

41. Τῆ γὰρ Ἰστροπλείσι τό-  
μασιν ἀπὸ τῆς Εὐρώτης εἰς τὸν  
Πόντον εἰσβάλλοντος, συμβαί-  
νει πρὸς τῆτον χεδὸν ἐπὶ χίλια  
στάδια συνιστᾶται ταύλαν, ἡμέρας  
δρόμον ἀπέχουσαν τῆς γῆς, ἣ τις  
νῦν συνέσηκεν ἐκ τῆς τοῖς τόμα-  
σιν εἰσφερομένης ἰλύος· ἐφ' ἣν  
ἔτι πελάγιοι τρέχοντες οἱ πλείον-  
τες τὸν Πόντον, λανθάνουσι ἐπι-  
κέλλοντες νυκτὸς ἐπὶ τὰς τόπικας.  
καλῶσι δ' αὐτὰς οἱ ναυτικοὶ Στή-  
θη. Τῆ δὲ μὴ παρ' αὐτὴν συνί-  
στασθαι τὴν γῆν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ πο-  
λὺ προκτείνεσθαι τὸν χῶρον, ταύ-  
την νομισέον εἶναι τὴν αἰτίαν.  
ἐφ' ὅσων μὲν γὰρ αἱ ῥύσεις τῶν  
ποταμῶν διὰ τὴν βίαν τῆς Φο-  
ρῆας ἐπικρατῶσι καὶ διαθάνονται  
τὴν θαλάτταν, ἐπὶ τὸσῶτον καὶ  
τὴν γῆν, καὶ πάντα τὰ φερόμε-

que euenturum, quod modo  
a nobis dicebatur. quin fieri  
iam id ipsum apparet. Maeo-  
ticus siquidem lacus iam est  
oppletus nam in pierisque i-  
lius partibus septem aut quin-  
que vlnarum est eius altitudo.  
itaque sine duce qui monstret  
iter, nauigari magnis nauibus  
non potest et quum olim con-  
iunctum id mare esset Ponto,  
vt consentiunt veteres, nunc  
lacus est aquae dulcis: post-  
quam maris aqua elisa est ab  
aggesta terra, et ingredien-  
tium amnium influxus perui-  
cit. idem fiet etiam in Ponto:  
et iam quoque fit: sed prae al-  
vei magnitudine parum id vul-  
gus obseruat. verum qui vel  
mediocriter attendunt, iam  
nunc super eo nihil dubitant.

41. Nam quum pluribus  
ostiis ex Europa in Pontum  
Ister praecipitet, ad hunc per  
mille circiter stadia porrigitur  
taenia quaedam, sine longa  
moles, diei vnus cursu distans  
a terra. atque haec aggestio  
terrena quotidie crescit ex li-  
mo quem ostia flumiorum de-  
ferunt. acciditque nauiganti-  
bus, vbi in altum vela dede-  
runt, vt noctu in loca eius-  
modi impingant, quae nauti-  
ci vocant *Stethe*, Latini dor-  
sa. Quod autem agger ille  
non propius terram crescit,  
sed procul inde submouetur,  
causam existimare hanc oportet.  
in quantum enim in-  
fluentia flumina impetum prae  
ea qua feruntur violentia,  
seruant, et mare protrudunt;  
in tantum et limum, et quae-

α τοῖς ρεύμασιν ἀνάγκη προ-  
 εἶθαι καὶ μὴ λαμβάνειν μο-  
 ρήν, μηδὲ εἶστιν ἀπλῶς ὅταν  
 εἰ διὰ τὸ βάθος ἤδη καὶ πλη-  
 ρος τῆς θαλάττης ἐκλύηται  
 ἅ ρεύματα, τότε εἰπὸς ἤδη  
 κατὰ φύσιν φερόμενον κάτω  
 ἰσχυρῶς καὶ εἰσὶν λαμβάνειν τὸν  
 χῆν. δι' ἃ δὴ τῶν μὲν λάβρων  
 καὶ μεγάλων ποταμῶν, τὰ  
 μὲν χώματα μακρὰν συνίστα-  
 σαι, τὰ δὲ παρὰ τὴν χέρσον  
 εἰν ἀρχιβαθῆ. τῶν δ' ἑλατ-  
 τέρων καὶ πράως ρεόντων,  
 τὰ δ' αὐτὰς τὰς εἰσβολὰς οἱ  
 ἴσθμιοι συνίστανται. Μάλιστα δ'  
 ἐκδηλὸν γίνεται τῆτο κατὰ τὰς  
 τῶν ὄμβρων ἐπιφορὰς. καὶ  
 γὰρ τὰ τυχόντα τότε τῶν  
 εἰσόδων, ἐπειδὴν ἐπιπρατήσασι  
 τὸ κύματος κατὰ τὴν εἰσβο-  
 λήν, προωθῶσι τὸν χῆν εἰς  
 θάλατταν ἐπὶ τοσῶτον, ὡς  
 πρὸς λόγον ἐκάστη γίνεσθαι τὴν  
 ἀπόσχιση τῆ βία τῶν ἐμπι-  
 κτόντων ρευμάτων. τῶ δὲ  
 μεγέθει τῆς προειρημένης τα-  
 νίας, καὶ καθόλου τῶ πλήθει  
 τῶν εἰσφερομένων λίθων καὶ  
 ξύλων καὶ γῆς ὑπὸ τῶν ποτα-  
 μῶν, εἰδαιμῶς ἀπισητέον, (ἐνη-  
 θες γὰρ) θεωρῶντας ὑπὸ τὴν  
 ὄψιν τὸν τυχόντα χειμάρρην  
 ἐν βραχεῖ χρόνῳ ποικίλως  
 ἐκχαράδρυντα μὲν καὶ διακό-  
 πτοντα τόπως ἡλιβάτης, φέρον-  
 τα δὲ πᾶν γένος ὕλης καὶ γῆς  
 καὶ λίθων, ἐπιχώσεις δὲ ποικί-  
 λους τηλικαύτας, ὡς ἄλλοιῶν  
 ἐνίοτε, καὶ μηδὲ γινώσκειν

cumque cursu amnis cuius-  
 que deuehuntur, protrudi  
 necessum est, neque mo-  
 ram ullam accipere ad subsi-  
 stendum: vbi vero propter  
 profunditatem et immensita-  
 tem maris fluentorum vis mi-  
 nuit, tum deinum rationi con-  
 sentaneum est, vt materia illa  
 quae aggeritur secundum na-  
 turam subfidat, et maneat  
 quieta. propterea rapidorum  
 iragorumque amnium moles  
 procul excitantur: quum pro-  
 pe terram mare sit altum. mi-  
 norum vero fluminum et leui-  
 ter fluentium, prope ipsa ostia  
 aggeres struuntur. Hoc autem  
 tunc fit manifestum, cum ma-  
 gni imbres cadunt. nam tunc  
 vel minimi amnes superata vn-  
 da circa ostium, limum adeo  
 protrudunt in altum, vt pro  
 violentia cuiusque amnis in  
 mare se exonerantis, breuior  
 aut longior distantia intercedat.  
 De magnitudine autem inius  
 taeniae quam diximus Istro  
 praetendi, aut omnino de co-  
 pia faxorum, lignorum, et  
 terrae quam inuehunt amnes,  
 non est quod fidem superare  
 cuiquam ea res videatur: stul-  
 tum enim hoc fuerit: quum cer-  
 nere saepe sit oculis, quamuis  
 paruum torrentem tempore  
 breui per loca praecelsa, prae-  
 ruptaque meatus sibi confrago-  
 sos aperire, eaque vi perumpere,  
 terram et saxa deuehentem;  
 loca vero per quae transit, vs-  
 que adeo aggere complere, fa-  
 ciemque locorum interdum pe-  
 nitus adeo immutare, vt modi-

ἐν βραχεῖ χρόνῳ τὰς αὐτὰς τόπας.

42. Ἐξ ὧν ἐκ εἰκὸς θαυμάζειν, πῶς οἱ τηλικῶτοι ποταμοὶ συνεχῶς ῥέοντες, ἀπεργάζονται τῶν προειρημένων, καὶ τέλος ἐκπληρῶσι τὸν Πόντον. ἢ γὰρ εἰκὸς, ἀλλ' ἀναγκῶν γενέσθαι τῆτό γε προφαίνεται κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον. σημεῖον δὲ τῷ μέλλοντος. ὅσα γὰρ ἐστὶ νῦν ἡ Μαιώτις γλυκυτέρα τῆς Ποντικῆς θαλάττης, τοσάτω θεωρεῖται διαφέρεισα προφανῶς ἡ Ποντικὴ τῆς καθ' ἡμᾶς. ἐξ ὧν ὀφθαλμῶν, ὡς ὅταν ὁ χρόνος, ἐν ᾧ πεπληρωθῆαι συμβαίνει τὴν Μαιώτιν, τῆτον λάβῃ τὸν λόγον πρὸς τὸν χρόνον, ὃν ἔχει τὸ μέγεθος τῆ κοιλάματος πρὸς τὸ κοίλωμα, τότε συμβήσεται καὶ τὸν Πόντον τεναγῶδη καὶ γλυκύν καὶ λιμνώδη γενέσθαι, παραπλησίως τῇ Μαιώτιδι λίμνῃ. καὶ θαῖττον δὲ τῆτον ὑποληπτόν. ὅσα μείζους καὶ πλείους εἰσὶν αἱ ῥύσεις τῶν εἰς τῆτον ἐκπιπτόντων ποταμῶν. Ταῦτα μὲν ἔν ἡμῖν εἰρήσθω πρὸς τὰς ἀπίστας διακειμένους, εἰ δὴ χάννυται καὶ νῦν, καὶ χωθήσεσθαι ποτε συμβήσεται τὸν Πόντον, καὶ λίμνη καὶ τεναγὸς ἔσται τὸ τηλικῶτον πέλαγος. ἔτι δὲ μᾶλλον εἰρήσθω καὶ τῆς τῶν πλοιομένων ψευδολογίας καὶ τερατείας χάριν· ἵνα μὴ παντὶ τῷ λεγομένῳ προσνεχηθέναι παιδικῶς ἀναγκαζόμεθα διὰ τὴν ἀπειρίαν. ἔχοντες δ' ἔχνη τῆς ἀληθείας ἐπὶ ποσόν, ἐξ αὐτῶν ἐπιπρίναι δυνάμεθα τὸ λεγόμενον ὑπό

dico temporis interuallo eadem loca non agnoscantur.

42. Quare mirari nemo debet, si tanti amnes, tam rapidi, continuo influxu eorum quae diximus aliquid efficiunt; ac tandem Pontum sunt impleturi. nam recta ratione rem putantibus, non simile hoc veri, sed necessarium videbitur. Futuri porro argumentum est, quod in quantum dulcior Maeotis Pontico mari; in tantum differre palam est Ponticum a nostro. ex quo apparet, ubi tempus quo compleri Maeotim contigit, eandem proportionem temporis fuerit consecutum, quae est ratio magnitudinis inter ipsos alueos; futurum tunc, ut Pontus dulcescat, fiatque ad instar paludis et lacus. imo vero tanto citius hoc euenturum existimare debemus, quo maiora et plura flumina sunt, quae in hunc praecipitant. Haec dicta sint aduersus eos quibus incredibile videtur, Pontum qui iam adimpletur, oppletum iri quandoque, et tantum pelagus lacum paludemque aliquando futurum. etiam aduersus nauigantium mendacia, miraculosaque signa sunt haec dicta: ne propter imperitiam, more puerorum cogamur quicquid dictum fuerit ore hiante excipere. sed qui vestigia atque indicia quaedam veritatis habeamus, per nos ipsos, verum sit annon quod quis dixerit, diiudicare valeamus.



τινος ἀληθῶς ἔ τὸ ναυτίον. Ἐπὶ δὲ τὸ συνεχὲς τῆς ἐνκαυρίας τῶν Βυζαντίων ἐπάνειμεν.

43. Τῆ δὴ σώματος τῆ τὸν Πόντον καὶ τὴν Προποντιίδα συνάπτουτος, ὄντος ἐνατὸν ἑκοσι σταδίων τὸ μῆκος, καθάπερ ἀρτίως εἶπομεν, καὶ τῆ μὲν Ἰερῆ τὸ πρὸς τὸν Πόντον πέρασ ὀρίζοντος, τῆ δὲ κατὰ Βυζαντίον διαστήματος, τὸ πρὸς τὴν Προποντιίδα μεταξὺ γάτων ἐστὶν Ἑρμαῖον τῆς Εὐρώπης. ἐπὶ προοχῆς τινος ἀκρωριαζέσης ἐν τῷ σώματι κείμενον· ὃ τῆς μὲν Ἀσίας ἀπέχει περὶ πέντε στάδια· κατὰ τὸν σενώτατον δὲ τόπον ὑπάρχει τῆ παντὸς σώματος, ἧ καὶ Δαρειῖον ζεύξαι Φασί τὸν πόρον, καθ' ὃν χρόνον ἐποιεῖτο τὴν ἐπὶ Σινύδας διάβασιν. Κατὰ μὲν δὴ τὸν ἄλλον τόπον ἀπὸ τῆ Πόντε, παραπλήσιός ἐστιν ἡ Φορὰ τῆ ρεύματος, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς παρ' ἐνάτερον τὸ μέρος τῷ σώματι παραγκόντων τόπων. ἐπὰν δὲ εἰς τὸ τῆς Εὐρώπης Ἑρμαῖον, ἧ σενώτατον ἔφαμεν εἶναι, Φερόμενος ἐκ τῆ Πόντε, καὶ συγκλειόμενος ὃ ῥῆς βία προσπέσῃ· τότε δὴ τρακεῖς, ὡς περ ἀπὸ πληγῆς, ἐμπέπτει τοῖς ἀντικρὺ τῆς Ἀσίας τόποις· ἐκείθεν δὲ πάλιν, οἶον ἐξ ὑποστροφῆς, τὴν ἀνταπόδοσιν ποιεῖται πρὸς τὰ περὶ τὰς Ἑσίας ἀγρὰ καλέμενα τῆς Εὐρώπης· ὃθεν αὖθις ὀρμήσας, προσπίπτει πρὸς τὴν Βέν καλεμένην, ὃς ἐστὶ τῆς Ἀσίας τόπος· ἐφ' ὃν ἐπιστῆναι Φασί

Nunc redeamus ad reliquam opportunitatem situs Byzantium.

43. Quum igitur fretum illud quod Pontum et Propontidem iungit, longitudinem habeat stadiorum, ut paulo ante dicebamus, centum et viginti: quumque eius extremum Ponto proximum terminetur Hiero: alterum vero Propontidem versus, eo interuallo quod est inter Byzantium et oram oppositam; et in medio spatio isto Mercurii fanum, rupi cuidam instar promontorii in fretum prominenti superstructum quod est in Europa, id stadiis quinque abest ab Asia: ea parte freti situm, qua est angustissimum. Vbi etiam dicitur Darius quando infesto exercitu Scythas petebat, ponte fretum iunxisse. In cetero igitur tractu infra Pontum quia similis est utraque ora hinc inde ad fretum, porrecta, etiam cursus aquae similis est: vbi vero delapsae e Ponto aquae fluxus in angustias iam coarctatus, ad situm in Europa Mercurii fanum, qua angustissimum esse traiectum diximus, magna cum violentia peruenit; tunc quasi accepto ictu conuersus, oppositis in Asia locis vehemens ingruit: unde rursus, velut conuersione facta, ad illa Europae loca redit, vbi sunt quae dicuntur Hestiarum promontoria: mox inde magno impetu Bouem petit, qui est locus in Asia sic dictus: in quo pedem primo, ut narrant fabulae, traiecto

πρῶτον οἱ μῦθοι τὴν Ἰῶν περιαι-  
 θεΐσαν. πλὴν ὅ γε ῥῆς τὸ τελευ-  
 ταιὸν ὀρήσας ἀπὸ τῆς Βουός, ἐπ'  
 αὐτὸ Φέρεται τὸ Βυζάντιον. πε-  
 ριχιθεΐς δὲ περὶ τὴν πόλιν, βρα-  
 χυὸ μὲν εἰς τὸν κόλπον αὐτῆ διο-  
 ρίζει τὸ καλούμενον Κέρας· τὸ δὲ  
 πλείον πάλιν ἀπονέσει. διευτο-  
 νεῖν μὲν ἢν ἢν ἔτι δύναται πρὸς  
 τὴν ἀντιπέρας χώραν, ἐφ' ἧς  
 ἐστὶ Χαλκηδών. πλεονάκις γὰρ  
 τὴν ἀνταπόδοσιν πεποιημένος,  
 καὶ τῆ πόρος πλάτος ἔχοντος,  
 ἤδη περὶ τῆτον τὸν τόπον ἐκ-  
 λυόμενος ὁ ῥῆς, ἐκ ἔτι βρα-  
 χείας πρὸς ὀξείαν γωνίαν ποιεί-  
 ται τὰς ἀνακλάσεις ἐπὶ τὴν  
 περὶ αὐτὴν, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς ἀμ-  
 βλείαν. διόπερ ἀπολιπὼν τὴν  
 τῶν Χαλκηδονίων πόλιν, Φέρεται  
 διὰ πόρος.

44. Καὶ τὸ ποιῶν τὴν μὲν  
 τῶν Βυζαντίων πόλιν εὐκαιροτά-  
 την, τὴν δὲ τῶν Χαλκηδονίων,  
 τὰναντία, τῆτ' ἔστι τὸ νῦν ὑφ'  
 ἡμῶν εἰρημένον· καίπερ ἀπὸ τῆς  
 ὄψεως ὁμοίας ἀμφοτέραις δο-  
 κῆσης εἶναι τῆς θέσεως πρὸς  
 τὴν εὐκαιρίαν. ἀλλ' ὅμως εἰς  
 τὴν μὲν βληθέντα καταπλεῦ-  
 σαι ἔ ῥῆδιον· πρὸς τὴν δὲ, καὶ  
 μὴ βέλει, Φέρει κατ' ἀνάγκην  
 ὁ ῥῆς, καθάπερ ἀρτίως εἶπομεν.  
 σημεῖον δὲ τῆτος. ἐκ Χαλκηδό-  
 νος γὰρ οἱ βελλόμενοι διεύ-  
 ρειν εἰς Βυζάντιον, ἔ δύναν-  
 ται πλείον κατ' εὐθείαν διὰ  
 τὸν μεταξύ ῥῆν· ἀλλὰ πα-  
 ράγασιν ἐπὶ τε τὴν Βουόν, καὶ  
 τὴν καλούμενην Χρυσόπολιν·  
 ἢν Ἀθηναῖοι ποτὲ καταχόητες

freto Io posuit. quo ex loco  
 repercussus fluctus, ad Byzan-  
 tium ipsum postremo fertur.  
 Vbi circumfusa vrbi aqua par-  
 vam sui partem sinui immittit,  
 et Cornu quod vocant efficit  
 ac suis sinibus circumscribit:  
 ceterum pars maior aquae cur-  
 sum inde auertit: sed amissis  
 viribus languidior iam facta,  
 ad Chalcedonem e regione si-  
 tam peruenire non potest. sae-  
 pius enim vltro citroque agi-  
 tata, quia eo loco latius iam  
 fretum est, resoluta impetu  
 cursus aquae nequaquam ad  
 angulos rectos breues reci-  
 procationes facit versus oppo-  
 sitam continentem; sed con-  
 tra potius ad obtusos. itaque  
 omissa vrbe Chalcedoniorum,  
 per fretum ipsum abit.

44. Quamobrem cur By-  
 zantinae vrbis situs tantas  
 commoditates habeat, Chal-  
 cedoniorum tantas incommo-  
 ditates, causa ea est, quam  
 iam ostendimus: quin tamen  
 loca intuentibus, parem vtrius-  
 que situs commoditatum ratio-  
 nem habere videantur. Ve-  
 rum enimvero in alteram cu-  
 pienti appellere, inultum erit  
 negotii: ad alteram velis nolis  
 cursus aquae te feret, sicuti mo-  
 do dicebamus. quod hoc etiam  
 argumento probatur. Qui Chal-  
 cedone Byzantium traiciunt,  
 propter aquae cursum qui in  
 medio spatio est, rectam confi-  
 cere navigationem non pos-  
 sunt: sed naues deflectunt Bo-  
 vem versus, et Chrysoopolim  
 quam vocant. (quam vrblem  
 Ἀλι-

Ἀλκιβιάδῃ γνώμη παραγωγιά-  
 ζειν ἐπεβάλοντο πρῶτον τὰς εἰς  
 Πόντον πλέοντα· καὶ τῷ ἔμ-  
 προσθεν ἀφίασι κατὰ βῶν, ᾧ φέ-  
 ρονται κατ' ἀνάγκην πρὸς τὸ  
 Βυζάντιον. ὁμοίᾳ δὲ τέτοις καὶ  
 τὰ κατὰ τὸν ἐπὶ Θάτερα πλῆν  
 ἐστὶ τῆς Βυζαντίων πόλεως. ἄν-  
 τε γὰρ ἀφ' Ἑλλησπόντε τρέχῃ  
 τις τοῖς νότοις, ἄντ' ἐπὶ τὸν Ἑλ-  
 λησπόντον ἐκ τῆς Πόντου τοῖς  
 ἐτησίοις, παρὰ μὲν τὴν Εὐρώ-  
 πην ἐκ τῆς Βυζαντίων πόλεως  
 ὄρθος, ἅμα δ' εὐπαρκακόμισός  
 ἐστὶν ὁ πλῆς, ἐπὶ τὰ τῆς Πρω-  
 ποντιδος σενά κατ' Ἀβυδον καὶ  
 Σησόν, καὶ κείθεν ὡσαύτως πάλ-  
 λιν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον. ἀπὸ δὲ  
 Χαλκηδόνας παρὰ γῆν αἰεὶ τὰ  
 ναυτία τέτοις, διὰ τὸ κολπώ-  
 δη τὸν παράπλευν ὑπάρχειν,  
 καὶ ἡ προτείνειν πολὺ τὴν  
 τῶν Κυζικηνῶν χώραν. ἀφ'  
 Ἑλλησπόντε γὰρ φερόμε-  
 νου εἰς Χαλκηδόνα, χρήσασθαι  
 τῷ παρὰ τὴν Εὐρώπην πλῶ,  
 κάπειτα συνεγγίζοντα τοῖς κα-  
 τὰ Βυζάντιον τόποις, κάμπτειν  
 καὶ προσρέχειν πρὸς τὴν Χαλ-  
 κηδόνα, διὰ τὸν βῶν καὶ τὰ  
 προειρημένα, δυσχερές. ὁμοίως  
 δὲ πάλιν ἐκπλέοντα προσρέ-  
 χειν εὐθέως τῇ Θράκη, τε-  
 λέως ἀδύνατον, διὰ τε τὸν  
 μεταξὺ βῶν, καὶ διὰ τὸ τὰς  
 ἀνέμους ἐκατέρως ἀντιπίπτειν  
 πρὸς ἀμφοτέρας τὰς ἐπιβο-  
 λάς. ἐπειδὴ περ εἰσάγει μὲν  
 εἰς τὸν Πόντον νότος, ἐξάγει  
 δὲ Βορέας· καὶ τέτοις ἀνάγκη  
 χρῆσθαι πρὸς ἐκάτερον τὸν

quum aliquando occupassent  
 Athenienses, consilio Alcibia-  
 dis vsi portorium ab iis exige-  
 re primi instituerunt, qui in  
 Pontum nauigabant:) deinde  
 paullulum prouecti, descen-  
 dentis aquae cursui se permit-  
 tunt; atque ita necessario By-  
 zantium deuehuntur. Similia  
 his sunt, quae nauigantibus  
 aut supra aut infra Byzantio-  
 rum urbem solent euenire. siue  
 enim flantibus Austris ab Hel-  
 lesponto, siue ad Hellepontum  
 etefiis spirantibus e Ponto ten-  
 dat aliquis, recta facilisque  
 nauigatio est secundum oram  
 Europae ab oppido Byzantio-  
 rum ad Hellesponti fauces, vbi  
 Sestus et Abydus. Chalcedo-  
 ne vero proficiscentibus, con-  
 traria omnia secundum littus.  
 est enim nauigatio flexuosa in-  
 ter sinus: quod admodum pro-  
 mineat in mare ager Cyzice-  
 norum. Petentibus namque  
 Chalcedonem ab Helleponto,  
 Europae littus legere; dein-  
 de vbi ad loca ventum fuerit  
 Byzantio vicina, cursum fle-  
 ttere et accedere ad Chalce-  
 donem difficile est, propter  
 aquae cursum, et cetera quae  
 commemorauimus. Sic et in  
 reditu, simul atque Chalcedone  
 exieris, Thraciam statim ap-  
 pellere, nulla prorsus ratio-  
 ne queas: tum propter aquae  
 cursum qui medius interuenit:  
 tum propter ventum vtrum-  
 cumque, quum sit vtriusque  
 flatus nauigationi contrarius.  
 nam in Pontum deducit qui-  
 dem Auster, educit vero Bo-  
 reas. quibus ventis ad vtrum-



δρόμον τοῖς ἀνέμοις. Τὰ μὲν  
 ἔν τὴν κατὰ Θάλατταν ἐνκαί-  
 ριαν ποιῶντα Βυζαντίοις, ταῦ-  
 τά εἰσι· τὰ δὲ τὴν κατὰ γῆν  
 ἀκουρίαν, τὰ μέλλοντα ῥηθῆ-  
 σθεσθαι.

45. Τῆς γὰρ Θρακίης κίκλω  
 περιχώσης αὐτῶν τὴν χώραν  
 ἕτως, ὡς ἐκ Θαλάττης εἰς  
 Θάλατταν καθήκειν, αἰδίου  
 ἔχουσι πόλεμον καὶ δυσχερῆ πρὸς  
 τήτους. ἕτε γὰρ παρασκευασά-  
 μενοι καὶ κρατήσαντες αὐτῶν  
 εἰπάπαξ, ἀποτρέψασθαι τὸν  
 πόλεμον οὐδέ τι εἰσι διὰ τὸ πλῆ-  
 θος τῶν ὄχλων καὶ τῶν δυνα-  
 σῶν. Ἐάν τε γὰρ ἐνὸς περι-  
 γένωνται, τρεῖς ἐπιβαίνουσιν  
 ἐπὶ τὴν τῆτων χώραν ἄλλοι  
 βαρύτεροι δυνάσαι. καὶ μὴν  
 ἠδ' εἰζέντες καὶ συγκαταβάντες  
 εἰς Φόρκις καὶ συνθήκας, ἄδεν  
 ποιῶσι πλέον. ἂν γὰρ ἐνὶ  
 πρόωντά τι, πενταπλασίως δι'  
 αὐτὸ τῆτο πολέμῳ ἐυρίσκησι.  
 διόπερ αἰδῶ συνέχονται καὶ  
 δυσχερεῖ πολέμῳ. τί γὰρ ἐπι-  
 σφαλέςερον ἀσυγείτονος Φαύ-  
 λη; καὶ βαρβάρῳ πολέμῳ τί  
 δεινότερον; ἢ μὴν ἄλλὰ τέτοις  
 τὸ παράπαν κακοῖς παλαίοντες  
 κατὰ γῆς, χωρὶς τῶν ἄλλων  
 τῶν παρέπομένων τῶ πολέμῳ  
 κακῶν, ὑπομένεισι τινα καὶ τι-  
 μωρίαν Ταντάλειον κατὰ τὸν  
 ποιητὴν. ἔχοντες γὰρ χώραν  
 γενυκιοτάτην, ὅταν διακονή-  
 σωσι ταύτην, καὶ γένηται τὸ  
 τῶν καρπῶν πλῆθος τῶ κή-  
 λει διαφέρον· καὶ περὶ παρα-  
 γενηθέντες οἱ βάρβαροι τῆς

que cursum utaris necesse  
 est. Quae igitur Byzantiis  
 tantam mari commoditatem  
 praebent, haec sunt: incom-  
 modorum vero quae terra ac-  
 cipiunt, causam aperient quae  
 iam dicemus:

45. Quia enim Thracia fines  
 eorum cingit undique a mari  
 ad mare pertinens immortale  
 ac difficile cum Thracibus bel-  
 lum gerunt. Ut enim magnis  
 belli apparatus usi, eos semel  
 debellent, et in posterum ge-  
 rendi cum iis belli molestia se  
 liberent: hoc vero illi propter  
 barbarorum multitudinem et  
 dynastarum facere non possunt.  
 Nam si unum populum supera-  
 verint, tres alii dynastiae du-  
 riores in priorum locum suc-  
 cedunt. Sed nec si hostibus  
 concesserint, et ad pensitatio-  
 nem tributorum et pacta in-  
 eunda descenderint, quidquam  
 tamen proficiunt. ubi enim ali-  
 quid vni indulserint, quinque  
 mox pro vno hostes, eo ipso  
 illectos nanciscuntur. propter-  
 ea peculiari quodam difficilis  
 belli genere implicantur. nam  
 quid mala gente vicina peri-  
 culosius? aut quid bello terri-  
 bilius cum hoste barbaro? ve-  
 rumtamen cum hisce malis af-  
 fidue in terra luctantes, ut alias  
 belli calamitates taceam, sup-  
 plicium quoddam insuper Tan-  
 taleum, ut vocat poeta, susti-  
 nent. quum enim agrum ha-  
 beant vberimum, postquam  
 magno labore eum excolue-  
 runt, ubi fructuum optimorum  
 ingens copia prouenit: ecce  
 barbaros, qui partim illos per-  
 μὲν

μὲν καταφθείρωσι, τὰς δὲ συναδρόισαντας ἀποφέρωσι· τότε δὴ χωρὶς τῶν ἔργων καὶ τῆς δαπάνης, καὶ τὴν καταφθορὰν φερόμενοι, διὰ τὸ κάλλος τῶν κερπῶν χετλιάζουσι, καὶ βερέως φέρουσι τὸ συμβαῖνον. ἅλ' ὅμως τὸν μὲν ἀπὸ τῶν Θρακῶν πόλεμον κατὰ τὴν συνήθειαν φέροντες, ἔμενον ἐπὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς δικαίων πρὸς τὰς Ἑλλήνας· προσηπιγενομένων δὲ Γαλατῶν αὐτοῖς τῶν περὶ Κομοντόριον, εἰς πᾶν ἤλθον περιστάσεως.

46. Οὗτοι δ' ἐκίνησαν μὲν ἅμα τοῖς περὶ Βρέννον ἐκ τῆς οἰκείας· διαφυγόντες δὲ τὸν περὶ Δελφῶς κίνδυνον, καὶ παραγενομένοι πρὸς τὸν Ἑλλήσποντον, εἰς μὲν τὴν Ἀσίαν ἐκ ἐπεραιώθησαν· αὐτὲ δὲ κατέμειναν, διὰ τὸ φιλοχωρῆσαι τοῖς περὶ τὸ Βυζάντιον τόποις. οἱ καὶ κρατήσαντες τῶν Θρακῶν, καὶ καταστυεασάμενοι βασιλείου τὴν Τύλην, εἰς ὀλοχερῆ κίνδυνον ἤγοντες Βυζαντίας. Κατὰ μὲν ἔντας ἀρχαῖς ἐν ταῖς ἐφόδοις αὐτῶν, ταῖς κατὰ Κομοντόριον, τὸν πρῶτον βασιλεύσαντα, δῶρα διετέλεν οἱ Βυζάντιοι δίδόντες ἀνὰ τριακίλις ἢ πεντακίλις, ποτὲ δὲ καὶ μυριάς χρυσῶς, ἐφ' ᾧ μὴ καταφθεῖρουν τὴν χώραν αὐτῶν· τέλος δ' ἠναγκάσθησαν ὀγδοήκοντα τάλαντα συγχωρῆσαι φόρον τελεῖν κατ' ἐνιαυτὸν, ἕως εἰς Καύαρον, ἐφ' ᾧ κατελύθη μὲν ἡ βασιλεία. τὸ δὲ γένος αὐτῶν ἐξεφθάρη πᾶν ὑπὸ Θρακῶν, ἐκ με-

dunt, partim collectos auferunt. tum vero Byzantii cum praeter operam impensam, et sumtus in eam rem factos, oculis suis consumi fruges vident, praestantiam fructuum deplorant, et fortunam suam ferunt indignissime. sed hoc tamen cum Thracibus bellum longa mali assuetudine tolerant, antiqua iura cum Graecis populis seruauerunt. Postea vero quam ad priora mala accedere Galli duce Comontorio, afflicta modis omnibus conditio eorum fuit.

46. Hi Galli pars eorum erant, qui cum Brenno patria excefferunt: verum isti periculo ad Delphos defuncti, ubi ad Hellepontum venerunt, nequaquam in Asiam traiecerunt: sed bonitate agrorum circa Byzantium capti, sedes ibidem posuerunt. deinde Thracibus deuictis, ac regni sui sede Tulae instituta, vltimum Byzantiis periculum creauerunt. Initio cum rex eorum primus Comontorius incurfare fines eorum coepit, annui muneris specie pendebant Byzantii terna aut quina aureorum millia; interdum et denum millium numeratione vastationem agrorum suorum redimientes. tandem vero etiam LXXX. annua talenta stipendii nomine a se exigī coacti fuerunt pati, vsque ad tempora Cauari: quo imperante regnum est euersum, et vniuersa gens a Thracibus versa vice debellata, funditus in-

ταβολῆς ἐπιπραττήσεν. ἐν οἷς καιροῖς ὑπὸ τῶν Φόρων πιεζόμενοι, τὸ μὲν πρῶτον ἐπρέσβευον πρὸς τὰς Ἑλληνας, δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν καὶ συγχωρηγεῖν εἰς τὰς περιεσῶτας καιρὸς. τῶν δὲ πλείων παρολιγαρήντων, ἐνεχείρησαν ἐπαναγκασθέντες παραγωγικῶς εἰς τὸν Πόντον πλούτας.

47. Μεγάλῃς δὲ γενομένης τῆς ἀλυσιτελείας καὶ δυσχρησίας πᾶσιν ἐκ τῆ τέλους πράττειν τὰς Βυζαντίως τῶν ἐξαγομένων ἐκ τῆ Πορτικῆ, δεινὸν ἠγῶντο, καὶ πάντες ἐνεκάλουν οἱ πλοικζόμενοι τοῖς Ῥοδίοις, διὰ τὸ δοκεῖν τότε προσεῖναι τῶν κατὰ Θάλατταν. ἐξ ἧ συνέβη Φῦναι τὸν πόλεμον, ὑπὲρ ἧ νῦν ἡμεῖς ἰσορεῖν μέλλομεν. οἱ γὰρ Ῥόδιοι συνεξεγερθέντες, μὲν ἅμα διὰ τὴν σφετέραν βλάβην, ἅμα δὲ καὶ διὰ τὴν τῶν πέλας ἐλάττωσιν τὸ μὲν πρῶτον παραλαβόντες τὰς συμμάχους, ἐπρέσβευον πρὸς τὰς Βυζαντίως, ἀξιῶντες καταλύειν αὐτὰς τὸ παραγωγίον. ἐκ ἐντροπομένων δὲ τοῖς ὅλοις, ἀλλὰ πεπεισμένων δίκαια λέγειν αὐτοῖς ἐκ τῆς ἀντικαταστάσεως τῆς γενομένης κατ' αὐτοῖς τῶν περὶ τὸν Ἑκατοντόδωρον καὶ Ὀλυμπιόδωρον πρὸς τὰς τῶν Ῥοδίων πρεσβευτὰς (ἅτοι γὰρ τότε προέστησαν τῆ τῶν Βυζαντίων πολιτεύματος) τότε μὲν ἀπῆλλάγησαν οἱ Ῥόδιοι, περᾶναντες ἑδέν. ἐπανελθόντες δὲ τὸν πόλεμον ἐψηφίσαντο τοῖς Βυζαντίοις, διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. καὶ

teriit. Illo tempore Byzantii tributorum magnitudine oppressi, principio legationes ad Graecos mittere, opem atque auxilium petentes, et in aduersis subsidium aliquod. Eam petitionem quum plerique omnes Graeci insuper habuissent, portorium ab iis qui in Pontum navigabant exigere instituerunt, necessitate eo adacti.

47. Vbi vero Byzantiis Ponticae merces vectigal pendere coeperunt, mox omnes ex ea re damnum ingens atque incommodum sentire, facinusque indignum dicere: Rhodios denique, maris ea tempestate potentes, omnes incusare qui maria exercebant. Atque ex istis causis bellum illud conflatum est, de quo iam dicturi sumus. Rhodii enim tum suis ipsorum detrimentis excitati, tum aliorum quoque damnis moti, principio legationem, sociis etiam assumtis, ad Byzantios mittunt, orantes, vt impositum recens portorium tollerent. Cuius legationis quum nullam omnino rationem illi habuissent persuasi aequas esse quas efferebant sui facti rationes, post peroratam vtrimque causam in ipsorum vrbe, Hecatondoro et Olympiodoro qui Byzantinae civitatis principes tunc erant, cum Rhodiorum legatis altercantibus; infecta re discesserunt Rhodii: et mox domum reuersi, bellum aduersus Byzantios, propter hanc causam decreuerunt. Itaque



παραυτίκα πρεσβευτὰς ἐξαπέ-  
 σελθον πρὸς Περσίαν, παρακκ-  
 λήντας καὶ τρίτον εἰς τὸν πόλε-  
 μόν· ἤδεσαν γὰρ τὸν Περσίαν  
 παρατριβόμενον ἐκ τινῶν πρὸς  
 τὰς Βυζαντίας.

48. Τὸ δὲ παραπλήσιον ἐποίησεν  
 καὶ Βυζάντιοι. πρότε γὰρ Ἀτ-  
 τάλου καὶ πρὸς Ἀχαιοὺς ἔπεμ-  
 πον πρέσβεις, δεόμενοι σφίσι  
 βοηθεῖν. ὁ μὲν ἔν' Ἀττάλος ἦν  
 πρόθυμος· εἶχε δὲ βραχεῖαν  
 τότε ῥοπήν, ὡς ἂν ὑπ' Ἀχαιῶν  
 συλληλαμένος εἰς τὴν πατρίαν  
 ἀρχὴν. ὁ δὲ Ἀχαιὸς κρατῶν  
 μὲν τῆς ἐπὶ τὰδε τῆ Ταύρε, βα-  
 σιλέα δὲ προσφάτως αὐτὸν ἀνα-  
 δεδειχώς, ἐπηγγέλλετο βοηθή-  
 σειν. ὑπάρχων δ' ἐπὶ ταύτης  
 τῆς προαιρέσεως, τοῖς μὲν Βυ-  
 ζαντίοις μεγάλην ἐλπίδα παρε-  
 σκεύαζε, τοῖς δὲ Ῥοδίοις καὶ  
 Περσίᾳ τὰναντία κατάπληξιν.  
 Ἀχαιὸς γὰρ ἦν μὲν Ἀντιόχῃ  
 συγγενὴς, τῆ παρεληφότες τὴν  
 ἐν Συρίᾳ βασιλείαν, ἐγκρατῆς  
 δ' ἐγένετο τῆς προειρημένης δυνα-  
 σείας, διὰ τινὰς τοιαύτας αἰτίας.  
 Σελεύκῃ μεταλλάξαντος τὸν  
 βίον, ὃς ἦν Ἀντιόχῃ τῆ  
 προειρημένῃ πατὴρ, διαδεξα-  
 μένῃ δὲ τὴν βασιλείαν, Σε-  
 λεύκῃ πρεσβυτάτῃ τῶν υἱῶν·  
 αἶμα τέτω διὰ τὴν οἰκειότητα  
 συνυπερέβαλε τὸν Ταῦρον, δυσὶ  
 μάλιστα πῶς ἔτεσι πρότερον τῶν  
 νῦν λεγομένων καιρῶν. Σέλευ-  
 κος γὰρ ὁ νέος, ὡς θῆτον  
 παρέλαβε τὴν βασιλείαν, πυν-  
 θανόμενος Ἀττάλου πᾶσαν ἤδη  
 τὴν ἐπὶ τὰδε τῆ Ταύρε δυνα-

miffis illico ad Prusiam lega-  
 tis, ad societatem belli ipsum  
 hortantur: norant enim Pru-  
 siam certis de causis esse  
 Byzantiis infensum.

48. Rhodiorum exemplum  
 fecuti sunt et Byzantii; qui  
 et ab Attalo, et ab Achaeo  
 per legatos auxilium petie-  
 runt. et erat quidem Attalo  
 voluntas prompta: sed qui ab  
 Achaeo intra paterni regni fi-  
 nes erat compulsus, momen-  
 tum ad victoriam afferre pot-  
 erat non sane magnum. A-  
 chaeus vero, qui in regionibus  
 Asiae cis Taurum late  
 dominans, rerum potiebatur,  
 quique regis nomen paullo  
 ante assumferat, auxilia By-  
 zantiis promisit. atque is  
 has partes amplexus, Byzantiis  
 spem magnam; Rhodiis  
 contra et Prusiae ingentem  
 terrorem iniecit. Hic siquidem  
 Achaeus cognatione Antiochum  
 illum contingebat, qui in regno  
 Syriae successerat. dominatum  
 vero quem diximus ob huiusmodi  
 causas erat consecutus. Postquam  
 Seleucus pater Antiochi modo  
 nominati fati concessisset,  
 regnumque illius Seleucus filiorum  
 natus maximus accepisset,  
 cum hoc Achaeus propter  
 ius cognationis Taurum super-  
 peravit, duobus circiter annis,  
 priusquam ea gererentur, de  
 quibus hic agimus. Iunior  
 enim Seleucus statim a suscepto  
 regno factus: certior de  
 Attalo, qui omnem iam cis

εείκν υφ' αὐτὸν πεποιθῆσαι, παρωρηθήσῃ βοηθεῖν τοῖς σφετέροις πράγμασιν. ὑπερβαλὼν δὲ μεγάλη δυνάμει τὸν Ταύρον, καὶ δολοφονηθεὶς ὑπὸ τῷ Ἀπατῦρίῳ τῷ Γαλάτῃ καὶ Νικάνορος, μετῆλλαξε τὸν βίον. Ἀχαιοὺς δὲ κατὰ τὴν συγγένειαν τὸν Φόνον αὐτῷ μετῆλθε παραχρῆμα, τῆς περὶ τοῦ Νικάνορα καὶ τὸν Ἀπατῦριον ἀποκτείναι τῶν δὲ δυνάμεων καὶ τῶν ὄλων πραγμάτων Φρονίμως καὶ μεγαλοψύχως προέστη. τῶν γὰρ καιρῶν παρόντων αὐτῷ, καὶ τῆς, τῶν ὄχλων ὁρμῆς συντρέχούσης εἰς τὸ διαδῆμα περιθέσθαι τῆτο μὲν ἢ προείλετο ποιῆσαι τῆρων δὲ τὴν βασιλείαν Ἀντιόχῳ τῷ νεωτέρῳ τῶν υἱῶν, ἐνεργῶς ἐπιπορευόμενος, ἀνεκτάτο τὴν ἐπὶ ταύτῃ Ταύρου πᾶσαν. τῶν δὲ πραγμάτων αὐτῷ παραδόξως εὐροκύντων, ἐπεὶ τὸν μὲν Ἀτταλον εἰς αὐτὸ τὸ Πέργαμον συνέκλεισε, τῶν δὲ λοιπῶν πάντων ἦν ἐγκρατής, ἐπαρθεὶς τοῖς εὐτυχήμασι, παρά πόδας ἐξώκειλε. καὶ διαδῆμα περιθέμενος καὶ βασιλεῖα προταγορεύσας αὐτὸν, βικρότατος ἦν τότε καὶ φοβερότατος τῶν ἐπὶ ταύτῃ Ταύρου βασιλέων καὶ δυναστῶν. ἧ καὶ μάλιστα τότε Βυζάντιοι πισεύσαντες, ἀνεδέξαντο τὸν πρὸς τῆς Ῥοδίας καὶ Πρωσίας πόλεμον.

49. Ὁ δὲ Πρωσίας ἐνεκάλει μὲν πρότερον τοῖς Βυζαντίοις, ὅτι ψηφισαμένων τινὰς εἰκόνας αὐτῷ, ταύτας ἐκ ἀντιθέταν, ἄλλ' εἰς ἐπισυρμὸν καὶ λήθην

cis Taurum Asiam suo imperio subiecerat, rebus suis cōsulendi impetum cepit. sed ubi Taurum magno cum exercitu esset transgressus, dolo appetitus ab Apaturio Gallo et Nicanore, vitam cum morte commutavit. Huius caedem Achaeus e vestigio ulciscens, tanquam occisi cognatus, Apaturium et Nicanorem trucidavit: copias vero et res universas cum prudentia, tum magnitudine animi singulari administravit. Nam quum diadematis capiti imponendi occasionem esset nactus, accederet etiam populorum voluntas regnum illi certatim deferentium, ipse inclinare animum in eam partem noluit: sed Antiocho iuniori filio imperium conservans, per omnes regiones bellum circumferens, quicquid cis Taurum fuerat amissum recepit. Verum idem, postquam Attalum in ipsam urbem Pergami conclusisset, omniaque alia in potestatem suam redegisset, inopinato rerum successu elatus, e vestigio ab honestis consiliis deflexit: et quum diadema sumpsisset, nomenque regium adscivisset, omnium cis Taurum regum ac dynastarum potentissimus erat, maximeque formidabilis. quo et Byzantii potissimum freti, beliare cum Rhodiis et Prusis sunt ausi.

49. Iampridem hic rex eo nomine Byzantiis succensebat, quod imagines quas sibi decreverant, non dedicassent; sed ludibrio atque obliuioni tra-

ἄγοιεν. δυσηρέσει δ' αὐτοῖς καὶ ἐπὶ τῷ πᾶσαν προσενέγκασθαι Φιλονεικίαν, εἰς τὸ διαλύσασθαι τὴν τῆ Ἀχαιῶν πρὸς Ἀτταλον ἐχθρὰν καὶ τὸν πόλεμον νομίζων κατὰ πολλὰς τρόπους ἀλυσιτελεῖ τοῖς αὐτῶν πράγμασιν ὑπάρχειν τὴν ἐκείνων Φιλίαν. Ἡρέδικε δ' αὐτὸν καὶ τὸ δοκεῖν Βυζαντίως πρὸς μὲν Ἀτταλον εἰς τὰς τῆς Ἀθηναῶν ἀγωνίας τὰς συνδύσουσας ἐξαπεσαλκέναι· πρὸς αὐτὸν δ' εἰς Σατήρια, μηδένα πεπομφέναι. Διόπερ ἐκ πάντων τῶν ὑποικηραμένης παρ' αὐτῷ τῆς ὀργῆς, ἄσμενος ἐπελάβετο τῆς τῶν Ῥοδίων προφάσεως, καὶ συγκαταθέμενος τοῖς πρεσβευταῖς, ἐκείνος μὲν ἔπειθε δὲν κατὰ θάλατταν πολεμῆν· αὐτὸς δὲ κατὰ γῆν ἐκ ἐλάττω βλάβειν ἔδοξε τὰς ὑπεναυτίως. Ὁ μὲν ἔν Ῥοδίων πρὸς Βυζαντίως πόλεμος, διὰ ταῦτα καὶ τοιαύτην ἔλαβε τὴν ἀρχήν.

50. Οἱ δὲ Βυζάντιοι τὸ μὲν πρῶτον ἐρρωμένως ἐπολέμουν, πεπεισμένοι, τὸν μὲν Ἀχαιῶν σφίσι βοηθεῖν· αὐτοὶ δὲ τὸν Τιβίτην ἐκ τῆς Μακεδονίας ἐπαγαγόντες, ἀντιπερισήσειν τῷ Πρυσίᾳ Φόβως καὶ κινδύνως, ὃς κατὰ τὴν προειρημένην ὁρμὴν πολεμῶν, παρείλετο μὲν αὐτῶν τὸ καλέμενον ἐπὶ τῆς σόματος Ἰερὸν, ὃ Βυζάντιοι μικροῖς ἀνώτερον χρόνοις μεγάλων ὠνησάμενοι χρημάτων ἐσφτερίσαντο διὰ τὴν εὐκαιρίαν τῆς τότε βελομέ-

didissent. Idem factum hoc insuper illorum non probabat, quod ad dirimendas inimicitias inter Achaeum et Attalum tantum studii adhibuerant, ut nihil supra: multis enim modis inutilem rebus suis esse eorum mutuam inter ipsos amicitiam existimabat. Accedebat etiam hoc irae incentium, quod Byzantii ad Attalum quidem Mineruae ludicrum celebrantem suos mitterent, rem diuinam simul facturos; ad se vero Soteriorum sollemne agitantem nemo ab illis fuerat missus. Qui igitur ex omnibus hisce causis latentem in praecordiorum penetralibus iram foueret, oblatam a Rhodiis occasionem auide arripuit, et cum legatis ita constituit, ut rem mari gerere illis suaderet; ipse non minora hostibus detrimenta se terra illaturum polliceretur. Hae sunt causae, hoc principium belli, quod Rhodii cum Byzantiis gesserunt.

50. Porro Byzantii per initia dum a partibus suis Achaeum stare confidunt, strenue bellum faciebant: accitoque e Macedonia Tibite, Prusiae quem metuebant, belli metum ac periculum vicissim se allaturos sperabant. nam Prusias illum animi sui impetum secutus de quo diximus, Byzantios bello aggressus, Hieron (id loci nomen) illis ademerat. quod quidem ipsi paucis ante annis magna pecuniae vi emptum propter opportunitatem loci quaesierant: ut



νοι μηδεμίαν ἀφορμὴν μηδενὶ καταλιπεῖν, μήτε κατὰ τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεόντων ἐμπορίων, μήτε περὶ τὰς δάλας, καὶ τὰς ἐξ αὐτῆς τῆς θαλάττης ἐργασίας. παρέειλετο δὲ καὶ τὴν ἐπὶ τῆς Ἀσίας χώραν, ἣν κατεῖχον Βυζάντιοι τῆς Μυσίας πολλὰς ἤδη χρόνος. Οἱ δὲ Ῥόδιοι πληρούσαντες ναῦς ἐξ, ἅμα δὲ ταύταις πηρὰ τῶν συμμαχῶν προσλαβόντες τέτταρας, καὶ ναύαρχον προχειρισάμενοι Ξενοφάντων, ἔπλεον ἐφ' Ἑλλησπόντια δέκα ναυσί. καὶ ταῦς μὲν λοιπαῖς ὀριωῦντες περὶ Σησόν, ἐκάλυον τὰς πλέοντας εἰς τὸν Πόντον· μᾶ δ' ἐκπλεύσας ὁ ναύαρχος, κατεπεύραξε τῶν Βυζαντιῶν, ἔπως ἤδη μεταμελοῦντο καταπεκληγμένοι τὸν πόλεμον. τῶν δ' ἂ προσεχόντων, ἀπέπλευσε. καὶ παραλαβὸν τὰς λοιπὰς ναῦς, ἀπῆρε πάσαις εἰς τὴν Ῥόδον. οἱ δὲ Βυζάντιοι πρὸς τὴν Ἀχαιοῶν ἔπειπον ἀξίηδες βοηθεῖν, ἐπὶ τὸν Τιβίτην ἐξαπέστειλον τὰς ἀξιώτας αὐτὸν ἐκ τῆς Μακεδονίας. ἐδόκει γὰρ εἶχ' ἦγγον ἢ Βιθυνῶν ἀρχὴ Τιβίτη καθήκειν ἢ Πρασίαι, διὰ τὸ πατρὸς ἀδελφοῦ αὐτὸν ὑπάρχειν τῶ Πρασίαι. Οἱ δὲ Ῥόδιοι θεωρῶντες τὴν τῶν Βυζαντιῶν ὑπόστασιν, πραγματικῶς διενεόθησαν πρὸς τὸ καθεκεῖσθαι τῆς προθέσεως.

51. Ὁρῶντες γὰρ τὸ συνέχου τοῖς Βυζαντιοῖς τῆς ὑπομονῆς τῆ πολέμου, κείμενον ἐν ταῖς κατὰ τὸν Ἀχαιοῶν ἐλπίσι, θεωρῶντες δὲ τὸν πατέρα τῆ Ἀχαιῶν

omnes omnibus nocendi occasionem eriperent, tum quod ad illos pertineret mercatores, qui in Pontum nauigant, tum quod ad seruos suos, aut ceterum quaestum quem e mari faciebant. Ademit praeterea iisdem Prusias eam Mysiae partem, quam in Asia a longo iam tempore obtinebant. Rhodii sex nauibus instructis, quatuor item aliis sociorum accedentibus, decem nauium classe, cui Xenophantum imposuerunt, Hellepontum petunt. ibi reliquae in ancoris stantes circa Sestum, nauigationem Pontum versus impediabant. vnam nauarchus abducit ad tentandos Byzantium animos, ecquid tanto belli apparatu territi, consilium mutarent. qui quum rationem eius nullam haberent, abiit; ceterisque assumtis nauibus Rhodum cum vniuersa classe est reuersus. Byzantii interea loci et ad Achaeum miserunt, qui auxilia poscerent; et ad Tibitem, qui ipsum e Macedonia adducerent. existimabatur enim Bithynorum regnum pari iure ad Tibitem pertinere, atque ad Prusiam, cuius ipse patruus erat. At Rhodii vbi constantem hanc fiduciam Byzantium cerunt, sollertem rationem excogitarunt, perficiendi quod optabant.

51. Animaduertentes enim hanc Byzantium constantiam circa belli negotium in eo praecipue niti, quod in Achaeo spes locatas habebant:

κατεχόμενον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τὸν δ' Ἀχαιοὺν περὶ πλείους ποιέμενον τὴν τῆ πατρὸς σωτηρίαν ἐπεβάλλοντο πρῆσβεύειν πρὸς τὸν Πτολεμαῖον, καὶ παραπειθᾶσαι τὸν Ἀνδρόμαχον. καὶ πρότερον μὲν ἐκ παρόργης τῆτο πεποιηότες, τότε δὲ ἀληθινῶς σπεύδοντες ὑπὲρ τῆ πράγματος, ἵνα προσευγκάμενοι πρὸς τὸν Ἀχαιοὺν τὴν χάριν ταύτην, ὑπόχρεων αὐτὸν ποιήσανται πρὸς πᾶν τὸ παρακαλούμενον. ὁ δὲ Πτολεμαῖος, παραγενομένων τῶν πρῆσβετων, ἐβέλετο μὲν παρακατέχειν τὸν Ἀνδρόμαχον, ἐλπίζων αὐτῷ χρησέσθαι πρὸς καιρὸν, διὰ τὸ τά τε πρὸς τὸν Ἀντίοχον ἀκρίτα μένειν αὐτῷ, καὶ τῷ τὸν Ἀχαιοὺν ἀναδεδειχότα προσφάτως αὐτὸν βασιλέα, πραγμάτων εἶναι κύριον ἰκανῶν τινῶν. ἦν γὰρ Ἀνδρόμαχος, Ἀχαιῶν μὲν πατήρ, ἀδελφὸς δὲ Λαοδικῆς τῆς Σαλεύκῃς γυναϊκός. ἔμην ἄλλα προσκλίνων τοῖς Ῥοδίοις ὁ Πτολεμαῖος κατὰ τὴν ὀλλὴν αἵρεσιν, καὶ πάντα σπεύδων χαρίζεσθαι, συνεχώρησε καὶ παρέδωκε τὸν Ἀνδρόμαχον αὐτοῖς ἀπονομίζειν ὡς τὸν υἱόν. οἱ δ' ἐπιτελεσάμενοι τῆτο, καὶ προσηπιτηρήσαντες τοῖς περὶ τὸν Ἀχαιοὺν τιμᾶς τινας, παρέβησαν τὴν ὀλοχερεσάτην ἐλπίδα τῶν Βυζαντιῶν. Συνενόρησε δὲ τι καὶ ἕτερον τοῖς Βυζαντιοῖς ἔμπονον. ὁ γὰρ Τιβίτης καταγόμενος ἐκ τῆς Μακεδονίας, ἔσφηλε τὰς ἐπιβολὰς αὐτῶν, μεταλλάξας τὸν βίον. ἔ συμβάντος, οἱ

quum non ignorarent Achaei patrem captiuum Alexandriae detineri, cuius libertatem atque euasionem maximi ipse aestimaret; consilium inierant legationem ad Ptolemaeum mittendi, qua Andromachum tradi sibi peterent. id quod iam et ante velut dicis caussa fecerant: tunc vero in eam curam serio incubuerunt: ut hoc beneficio Achaeum demeriti, obnoxium sibi illum redderent ad omnia quae postularent: Ptolemaeus, ubi venerunt legati, volebat ille quidem Andromachum retinere; sperans magno illum sibi tempore suo fore vsui, necdum enim ei controuersiae quam habuerat cum Antiocho, finis erat impositus; et Achaeus qui nuper regem se declarauerat, non pauca obtinebat. Erat enim Andromachus Achaei quidem pater, Laodicae vero frater coniugis Seleuci. verumtamen, qui tota voluntate in Rhodios inclinaret, atque omnibus rebus gratum facere illis cuperet: petitioni Rhodiorum adueniens, Andromachum ipsis tradidit, ut illum filio restituerent. qua re confecta, nonnullisque insuper honoribus Achaeo decretis, spem Byzantiis cui plurimum innitebantur, ademerunt. Sed et alia quoque res tunc incidit, parum illis opportuna: Tibites enim dum in patriam ex Macedonia reducitur, facto fungitur, et morte sua consilia ipsorum vehementer conturbat: ut eo casu isti By-

μὲν Βυζάντιοι ταῖς ὁρμαῖς ἀνέπατον, ὁ δὲ Πρυσίας ἐπιβρόωθεις ταῖς πρὸς τὸν πόλεμον ἐλπίσιν, ἅμα μὲν αὐτὸς ἀπὸ τῶν κατ' Ἀσίαν μερῶν ἐπολέμει, καὶ προσέκειτο τοῖς πράγμασιν ἐνεργῶς ἅμα δὲ τῆς Θρᾶκας μισθωσάμενος, ἐν ἑα τὰς πύλας ἐξιέναι τὰς Βυζαντίας ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην μερῶν. οἱ δὲ Βυζάντιοι τῶν σφετέρων ἐλπίδων ἐψευσμένοι, τῷ πολέμῳ πονῶντες πανταχόθεν, ἐξαγωγὴν περιέβλεπον εὐχήμενα τῶν πραγμάτων.

52. Καυάρη δὲ τῆ τῶν Γαλατῶν βασιλέως παραγενομένη πρὸς τὸ Βυζάντιον, καὶ σπευδάζοντος διαλύσαι τὸν πόλεμον, καὶ διέχοντος τὰς χεῖρας Φιλοτίμως, συνεχώρησαν τοῖς παρακαλημένοις, ὅτε Πρυσίας, ὅτε Βυζάντιοι. πυθόμενοι δὲ Ῥόδιοι τῆν τε τῆ Καυάρη σπευδῆν, καὶ τὴν ἐντροπὴν τῆ Πρυσίας σπευδάζοντες δὲ καὶ τὴν αὐτῶν πρόθεσιν ἐπὶ τέλος ἀγαγεῖν· προεχειρίσαντο πρὸς τῆς Βυζαντίας, Πολεμοκλῆν δὲ τρεῖς ἔχοντα τριήρεις οὐκ συναπέσειλαν, βυλούμενοι τὸ δὴ λεγόμενον, καὶ τὸ δόρυ καὶ τὸ κηρύκειον ἅμα πέμπειν πρὸς τῆς Βυζαντίας. ἐπιφανέντων δὲ τέτων, ἐγένοντο διαλύσεις, ἐπὶ Κώρωνος τῆ Καλλιγείτονος Ἱερουνημονῆντος ἐν τῷ Βυζαντίῳ. πρὸς μὲν Ῥοδίας ἀτλαῖ· Βυζαντίας μὲν, μηδένα πράττειν τὸ διαγώγιον τῶν εἰς τὸν

zantii animos desponderent. At Prusias noua spe ad bellum accensus, simul ipse ab Asiae partibus bello intendere, et rem acriter gerere: simul per Thraces mercede conductos, Byzantios impedire, quo minus ab Europae partibus pedem porta possent efferre. Byzantii quos omnes suae spes defecerant, vndique vexati bello, honestum aliquem rerum exitum circumspiciebant.

52. Eo tempore quum rex Cauarus Byzantium venisset, cuperetque bellum dirimere, et hinc inde qua Prusiae qua Byzantiis manus ingenti studio porrigeret, petitioni illius locum vtrique dederunt. Rhodii Cauari studium vt rescuerunt, et quantum illi Prusias tribueret: qui nihilo minus destinata perficere auerent, legatum vero Aridicem ad Byzantios decreuerunt: sed et Polemoclem cum tribus triremibus vna proficisci iusserunt: volentes, sicut dicitur, hastam et caduceum simul Byzantiis mittere. horum superuentu pax conuenit. erat tum Byzantii Hieromnemon Cothon Calligitonis filius et cum Rhodiis quidem pax simpliciter facta in haec verba. *Ne Byzantium populus portorii nomine quicquam ab ullo eorum exigeret, qui in Pon-*



Πόντον πλεόντων, Ῥοδίους δὲ καὶ τὰς συμμάχους τέττα γενόμενους, τὴν εἰρήνην ἀγεῖν πρὸς Βυζαντίους. πρὸς δὲ Πρυσίαν τοιαῦτε τινὲς εἶναι Πρυσία καὶ Βυζαντίοις εἰρήνην καὶ Φιλίαν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον. μὴ στρατεύειν δὲ μήτε Βυζαντίους ἐπὶ Πρυσίαν τρόπῳ μηδενί, μήτε Πρυσίαν ἐπὶ Βυζαντίους· ἀποδῆναι δὲ Πρυσίαν Βυζαντίοις τὰς τε χώρας, καὶ τὰ Φρέσια, καὶ τὰς λαῖς, καὶ τὰ πολεμικὰ σώματα χωρὶς λύτρων, πρὸς δὲ τέτοις τὰ πλοῖα τὰ κατ' ἀρχαίς ληφθέντα τῷ πολέμῳ, καὶ τὰ βέλη τὰ καταληφθέντα ἐν τοῖς ἐρύμασιν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ξύλα, καὶ τὴν λιθῆσαν, καὶ τὸν κέραμον τὸν ἐκ τῷ ἱερῷ χωρὶς. Ὁ γὰρ Πρυσίας ἀγωνίων τὴν τῷ Τιβίτῳ κἀθοδον, πάντα κατέειλε τὰ δοκῆντα τῶν Φερρίων ἐνκαίρως πρὸς τι κείσθαι. ἐπανάγκασαι δὲ Πρυσίαν καὶ ὅσα τινὲς τῶν Βιθυνῶν εἶχον ἐκ τῆς Μυσίας χώρας τῆς ὑπὸ Βυζαντίους ταττομένης ἀποδῆναι τοῖς γεωργοῖς. Ὁ μὲν ἔν Ῥοδίοις καὶ Πρυσίᾳ συστάς πόλεμος πρὸς Βυζαντίους, τοιαύτας ἔλαβε τὰς ἀρχαίς καὶ τὸ τέλος.

53. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τῶντον Κνώσσιοι πρεσβεύσαντες πρὸς Ῥοδίους, ἐπεισαν τὰς τε μετὰ Πολεμοκλέους ναῦς καὶ τρία

tum nauigant. Hoc si fieret, populum Rhodiorum ipsorumque socios cum Byzantiis pacem seruaturus. cum rege vero Prusia hisce legibus: Prusiae et populo Byzantium pax et amicitiam perpetuum esto. Neque Byzantii Prusiam infesto exercitu ullo modo inuadunto, neque Prusias populum Byzantium. Agros, Castella, populos, et bello capta mancipia sine pretio Prusias Byzantiis reddito: item naues per initia belli captas, quicquid telorum in munitio-nibus fuerit repertum: ad haec, materiam, marmora, lateres, et tegulas e loco sacro ablatas. Rex enim Prusias Tibitae aduentum metuens, omnia castella, in quibus aliqua videbatur esse ad res bello gerendas opportunitas, demolitus erat. Sed et quaecumque Bithynorum nonnulli habent e Mysiaco Byzantium agro rapta, omnia ut agrorum cultoribus reddantur, Prusias cogito. Hoc igitur modo et susceptum et confectum est bellum, quod fuit inter Prusiam et Byzantios.

53. Eodem vero tempore Cnossii, missa ad Rhodios legatione ab iis impetrarunt, ut et classem cui praeerat Polemo-

τῶν ἀφράκτων προσκατασπάσαντας, αὐτοῖς ἀποσεῖλαι. γενομένη δὲ τότε, καὶ τῶν πλοίων ἀφικομένων εἰς τὴν Κρήτην, καὶ ἐχόντων ὑποψίαν τῶν Ἐλευθερναίων, ὅτι τὸν πολίτην αὐτῶν Τιμαρχον οἱ περὶ τὸν Πολεμοκλῆν χαριζόμενοι τοῖς Κνωσσίοις ἀνηγήμασι· τὸ μὲν πρῶτον ῥύσια κατήγγειλαν τοῖς Ῥοδίοις· μετὰ δὲ ταῦτα πόλεμον ἐξήνεγκαν, περιέτεσον δὲ καὶ Λύττιοι βραχὺ πρὸ τῶν τῶν καιρῶν ἀνημέσω συμφορᾷ. καθόλου γὰρ τὰ κατὰ τὴν σύμπεσιν Κρήτην ὑπῆρχεν ἐν τοιαύτῃ τινὶ τότε καταστάσει. Κνωστίοι συμφρονήσαντες Γορτυνίοις, πᾶσιν ἐποίησαν τὴν Κρήτην ὑφ' αὐτῆς, πλην τῆς Λυττίων πόλεως. μόνος δὲ ταύτης ἀπειθέσης, ἐπεβάλοντο πολεμῆν, σπεύδοντες αὐτὴν εἰς τέλος ἀνάστατον ποιῆσαι, καὶ παροδείγματα καὶ Φέβη χάριν τῶν ἄλλων Κρηταίων. τὸ μὲν ἔν πρῶτον ἐπολέμην πάντες οἱ Κρηταῖες τοῖς Λυττίοις, ἐγγενομένης δὲ Φιλοτιμίας ἐκ τῶν τυχόντων, ὅπερ ἔθος ἐστὶ Κρησίν, ἐτασίσασαν πρὸς τὰς ἄλλας. καὶ Πολυρρήνιοι μὲν καὶ Κερέται καὶ Λαμπαῖοι, πρὸς δὲ ταῦτοις Ὀριοι μετ' Ἀρκαδῶν ὁμοθυμαδὸν ἀποσάντες τῆς τῶν Κνωσσίων Φιλίας, ἔγνωσαν τοῖς Λυττίοις συμμαχεῖν. τῶν δὲ Γορτυνίων οἱ μὲν πρεσβύτεροι τὰ τῶν Κνωσσίων, οἱ δὲ νεώτεροι τὰ τῶν Λυττίων εὐρόμενοι διεσάτισαν πρὸς ἄλληλας. οἱ δὲ Κνωστίοι παραδόξως γεγονότος αὐτοῖς τῆ περὶ τὰς συμ-

cles, et tria insuper aphraeta, ob id ipsum in mare deducta, sibi mitterent. quo facto, ubi naues in Cretam venerunt, Eleuthernaei suspicati occisum ciuem suum Timarchum a Polemocle in gratiam Cnossiorum, primo res repetendi a Rhodiis ius suis esse edixerunt: deinde bellum etiam indixerunt. Lytiis quoque non multo prius quam haec contingerent, immedicabilis fortuna contigit. Erat enim, vt summatim dicam, vniuersae Cretae huiusmodi fere tunc status. Cnossii et Gortynii conspiratione inter se facta, totam Cretam, vnica Lyttiorum vrbe excepta, sibi subiecerant. quum igitur sola haec eorum imperia negligeret, bello eam aggredi constituerunt: funditus Lyttios delere vehementer cupientes, vt eorum exemplo alii Cretenses terrerentur. Principio igitur Cretenses vniuersi contra Lyttios bellum gerebant: sed mox leui de causa contentione inter eos orta, sicuti mos est Cretensium, seditionem inuicem agitant. Polyrrhenii, Ceretae, Lampaei, item Orii cum Arcadibus communi consilio a Cnossiorum amicitia ad Lyttiorum societatem deficiunt. Gortyne quum seniores Cnossii fauerent, iuniores Lytiis, in graui seditione res erat. Cnossii hoc sociorum inopinato motu percussi, mil-

μάχης κινήματος, ἐπισκῶνται χιλίαι ἐξ Αἰτωλίας ἄνδρας κατὰ συμμαχίαν. ἔγενομένω, παρδαυτικά τῶν Γορτυνίων οἱ πρσβύτεροι καταλαμβανόμενοι τὴν ἄκραν, εἰσάγονται τὲς τε Κνωσσίας καὶ τὲς Αἰτωλίας· καὶ τὲς μὲν ἐξέβαλον, τὲς δὲ ἀπέκτειναν τῶν νέων, τὴν δὲ πόλιν ἐνεχείρισαν τοῖς Κνωσσίσις.

54. Κατὰ τὲς αὐτὰς καιρὸς Λυττιῶν ἐξωδευκότων εἰς τὴν πολεμίαν πανδημεί, συννοήσαντες οἱ Κνωσσιοὶ τὸ γεγονός, καταλαμβάνονται τὴν Λύττον, ἔρημον ἔσαν τῶν βοηθησόντων· καὶ τὰ μὲν τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας εἰς Κνωσσὸν ἀπέπεμψαν· τὴν δὲ πόλιν ἐμπρήσαντες, καὶ κατασκάψαντες, κῆλυθησάμενοι κατὰ πάντα τρόπον, ἐπανῆλθον. οἱ δὲ Λύττιοι παραγερόμενοι πρὸς τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς ἐξοδίας, καὶ συνθρασάμενοι τὸ συμβεβηκός, ἔτω περιπαθεῖς ἐγένοντο ταῖς ψυχαῖς, ὥστε μὴ εἰσελθεῖν μηδένα τολμῆσαι τῶν παρόντων εἰς τὴν πατρίδα, πάντες δὲ περιπυρρῶντες αὐτὴν κύκλῳ, καὶ πολλὰ κῆλυθησάμενοι καὶ καταλοφυράμενοι τὴν τε τῆς πατρίδος καὶ τὴν αὐτῶν τύχην, αὐτοῖς ἐξ ἀναστροφῆς ἐπανῆλθον εἰς τὴν τῶν Λαμπαίων πόλιν. Φιλανθρώπως δὲ αὐτὰς καὶ μετὰ πάσης προθυμίας τῶν Λαμπαίων ὑποδεξαμένων, ἔτοι μὲν ἀντὶ πολιτῶν ἀπόλιδες ἐν ἡμέρῃ μῆ κῆ ξένοι γεγονότες, ἐπολέμεν πρὸς τὲς Κνωσσίας ἅμα τοῖς συμμαχοῖς. Λύττος δ' ἡ Λακεδαιμο-

le ex Aetolia milites ad belli societatem arcessunt. quod vbi factum, illico seniores Gortyniorum arce occupata, Cnossis simul et Aetolis in urbem inductis, e iuuentute alios vrbe eiiciunt; alios occidunt, suamque Cnossis urbem tradunt.

54. Quo etiam tempore quum in hostilem agrum copias omnes suas Lytii eduxissent, Cnossii hac expeditione cognita, Lyttum oppidum omni vacuum praesidio occupant: et liberis coniugibusque Lyttiorum Cnossium missis, urbem incendunt, diruunt, omnique maleficio in eam saeuunt; itaque ad suos redeunt. Lyttiis ab expeditione ad suam urbem reuersis, vbi casum illius vident, tanta commiseratio luctusque animos subiit, vt pedem inferre in suam patriam ne vnus quidem illorum sustinuerit: sed omnes illius lustrato ambitu, multis eiulatibus et planctibus suam patriaeque fortunam profecuti, in Lampaeorum urbem retro itinere conuerso, sese conferrent. ab his humaniter et singulari benignitate suscepti Lytii, vnus diei spatio et extorres vrbe sua amissa, et hospites atque inquilini in aliena facti, cum fociis aduersus Cnossios bellum gerebant. Lyttus vero, quae colonia Lacedaemoniorum erat, et cognatione illi



νίων μὲν ἄποικος ἕσα καὶ συγγενής, ἀρχαιοτάτη δὲ τῶν κατὰ Κρήτην πόλεων, ἄνδρας δ' ὁμολογημένως ἀρίστους αἰεὶ τρέφουσα Κρηταίαν, ἕτως ἄρδην καὶ παρὰ λόγους ἀνηρπάθη.

55. Πολυρρήνιοι δὲ καὶ Λαμπαίοι, καὶ πάντες οἱ τέτων σύμμαχοι, θεωρῶντες τῆς Κνωσσίας ἀντεχομένους τῆς τῶν Αἰτωλῶν συμμαχίας, τὰς δ' Αἰτωλὰς ὁρῶντες πολεμίας ὄντας τῶν τε βασιλεῖ Φιλίππῳ καὶ τοῖς Ἀχαιοῖς, πέμπουσιν πρέσβεις πρὸς τε τὸν βασιλέα καὶ τὰς Ἀχαιὺς, περὶ βοηθείας καὶ συμμαχίας. οἱ δ' Ἀχαιοὶ καὶ Φίλιππος εἰς τε τὴν κοινὴν συμμαχίαν αὐτὰς προσεδέξαντο, καὶ βοήθειαν ἐξαπέστειλαν, Ἰθυριῶς μὲν τετρακοσίους, ὧν ἤγειτο Πλάτωρ, Ἀχαιῶς δὲ διακοσίους, Φωκίας δὲ ἑκατόν. οἳ καὶ παραγενόμενοι, μεγάλην ἐποίησαντο ἐπίδοσιν τοῖς Πολυρρήνιοις καὶ τοῖς τέτων συμμαχοῖς. πάνυ γὰρ ἐν βραχεῖ χρόνῳ τειχῆρεις καταστήσαντες, τὰς τ' Ἐλευθερναίων καὶ Κυδωνιάτας, ἔτι δὲ τὰς Ἀπτεραίων, ἠνάγκασαν ἀποσάντας τῆς τῶν Κνωσσιῶν συμμαχίας κοινωγῆσαι σφίσι τῶν αὐτῶν ἐλπίδων. τέτων δὲ συγγενομένων, ἐξαπέστειλαν Πολυρρήνιοι μὲν, καὶ μετὰ τέτων οἱ σύμμαχοι, Φιλίππῳ καὶ τοῖς Ἀχαιοῖς πεντακοσίους Κρητῶν. Κνωσσιοὶ δὲ μικρῶ πρότερον ἐξαπετάλκεισαν χιλίους τοῖς Αἰτωλοῖς. οἳ καὶ συνεπολέμουν ἀμφοτέροις τὸν ἐνεσῶτα πόλεμον. Κατελάβοντο δὲ καὶ τὸν λιμένα τῶν Φαισίων οἱ τῶν Γορ-

iuncta, omnium Cretae urbium antiquissima, civium educatrix, qui sine controuersia ceteris Cretensibus semper praestabant, ita inopinato deleta et oculis hominum est erepta.

55. Polyrrhenii, Lampaei, omnesque socii animaduertentes Cnosios uti auxiliis Aetolorum, quos hostes esse intelligebant cum regis Philippi, tum Achaeorum, et ad hos et ad illum de ferenda ope, et amicitia inuicem iungenda legatos mittunt. Achaei et Philippus acceptis in communem societatem suppetias mittunt, Illyrios quadringentos, duce Platore; Achaeos ducentos; Phocenses centum, quorum aduentu magnum res Polyrrheniorum et sociorum incrementum ceperunt. breui enim tempore conclusos intra moenia sua Eleuthernaeos, Cydoniatas, et Apteraeos renuntiare Cnosii societatem, et eandem secum fortunae aleam subire coegerunt. his igitur hoc modo adiunctis, Polyrrheniis auctoribus socii Philippo et Achaeis Cretas quingentos subsidio miserunt: iam enim aliquanto prius Cnosii mille e suis ad Aetolos miserant. ita Cretensium opera in hoc bello et hi et illi sunt usi. Inter haec Phaeftiorum portum occupant Gortyniorum exules: qui

τυνίων Φυγάδες· ὁμοίως δὲ καὶ τὸν αὐτῶν τῶν Γορτυνίων λιμένα παραβόλως διακατεῖχον· καὶ προσεπολέμουν ἐκ τῶν ὁρμώμενοι τῶν τόπων τοῖς ἐν τῇ πόλει. Τὰ μὲν ἔν κατὰ τὴν Κρήτην ἐν τῆτοις ἦν.

56. Περὶ δὲ τῆς κακρῆς τῆτης καὶ Μιθριδάτης ἐξήνεγκε Σινωπεῦσι πόλεμον, καὶ τις οὖν ἀρχὴ τότε καὶ πρόφασις ἐγένετο τῆς ἐπὶ τὸ τέλος ἀχθείσης ἀτυχίας Σινωπεῦσιν. εἰς δὲ τὸν πόλεμον τῆτον πρεσβευσάντων αὐτῶν πρὸς Ῥοδίους, καὶ παρακαλέντων βοηθεῖν, ἔδοξε τοῖς Ῥοδίοις προχειρίσασθαι τρεῖς ἄνδρας, καὶ δεῦναί τῆτοις δραχμῶν δεκατέσσαρας μυριάδας· τὰς δὲ λαβόντας παρασκευάσαι τὰ πρὸς τὴν χρεῖαν ἐπιτήδεια τοῖς Σινωπεῦσι. οἱ δὲ κατασαθέντες, ἤτοιμασαν οἷνε κεράμια μύρια, τριχὸς εἰργασμένης τάλαντα τριακόσια, νεύρων εἰργασμένων ἑκατὸν τάλαντα, πανοπλίας χιλίας, χρυσοῦς ἐπισήμης τριχιλίας, ἔτι δὲ λιθοφόρος τέτταρας, καὶ πρὸς, τὰς ἀφέτας τῆτοις. ἀ καὶ λαβόντες οἱ τῶν Σινωπέων πρέσβεις ἐπανῆλθον. ἦσαν γὰρ οἱ Σινωπεῖς ἐν ἀγῶνι, μὴ πολιορκεῖν σφᾶς ὁ Μιθριδάτης ἐγχειρήσει, καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν· διὸ καὶ τὰς παρασκευὰς πρὸς τῆτο τὸ μέρος ἐποιῦντο πάσας. Ἡ δὲ Σινώπη κείται μὲν ἐν τοῖς δεξιοῖς μέρεσι τῆ Πόντου παρὰ τὸν εἰς Φάσιον πλῆν· οἰκεῖται δὲ ἐπὶ τινος χερσονήσου προτεινύσει εἰς τὸ πέλαγος· ἥς

etiam vrbis suae Gortynis portum mira audacia in sua retinebant potestate; iisque locis belli arcibus vsi, cum iis qui erant in vrbe bellum gerebant. et in Creta quidem status rerum hic fuit.

56. Per idem vero tempus etiam Mithridates bellum Sinopensibus indixit: coeperuntque eius calamitatis quam ad extremum sunt experti, quasi fundamenta iaci et occasiones nasci. Quum autem de auxilio ad hoc bellum legatos ad Rhodiorum populum misissent, tres viri constituti sunt a Rhodiis, quibus centum quadraginta drachmarum millia attribuerunt, vt ex ea summa Sinopensibus necessaria pararent. Igitur tres viri doliorum vini decem millia compararunt: capilli praeparati sexaginta pondo supra trecenta: neruorum praeparatorum centum viginti pondo: armaturas mille: aureorum signatorum tria millia. ad haec catapeltas quae lapides mitterent \* quatuor; et viros simul, qui his recte vti scirent. quibus rebus omnibus acceptis legati Sinopensium domum redierunt. erant id temporis Sinopenses in metu, ne terra marique obsidere ipsos Mithridates aggredetur: propterea apparatus omnes suos ad illum metum referebant. Navigantibus ad Phasim occurrit ad dextram Sinope: in peninsula quadam sita, quae longe in mare prominet. huius

τὸν μὲν αὐχένα τὸν συναπτοντα πρὸς τὴν Ἀσίαν, (ὃς ἐστὶν ἢ πλείων δυοῖν σταδίων,) ἢ πόλις ἐπικειμένη διακλείει κυρίως. τὸ δὲ λοιπὸν τῆς χερρόνησος πρόκειται μὲν εἰς τὸ πέλαγος· ἐστὶ δ' ἐπίπεδον καὶ πανευέφοδον ἐπὶ τὴν πόλιν. κύκλω δ' ἐκ θαλάττης ἀπότομον καὶ δυσπροσέρμιτον, καὶ παντελῶς ὀλίγας ἔχον προσβάσεις. Διόπερ ἀγωνιῶντες οἱ Σινοπεῖς, μήποτε κατὰ τὴν ἀπὸ τῆς Ἀσίας πλευρῆν, ὁ Μιθριδάτης συστησάμενος ἔργα, κατὰ γῆν ἀπέναντι ταύτης ὁμοίως ποιησάμενος ἀπόβασιν κατὰ θαλάτταν εἰς τὰς ὀμαλὰς καὶ τὰς ὑπερκειμένης τῆς πόλεως τόπους, ἀγχειρήσῃ πολιορκεῖν αὐτὰς· ἀπεβάλοντο τῆς χερρόνησος κύκλω τὸ νησίζον ὄχυρῶν, ἀπεταυρῶντες καὶ περιχαρᾶ κινῶντες τὰς ἐκ θαλάττης προσβάσεις· ἅμα δὲ καὶ βέλη καὶ σφαιρίσματα τιθέντες ἐπὶ τὰς εὐκαίρους τῶν τόπων. ἐστὶ γὰρ τὸ πᾶν μέγεθος αὐτῆς ἢ πολὺ· τελείως δ' ἄνευ κατακρατήτου καὶ μέτριον. καὶ τὰ μὲν περὶ Σινώπης ἐν ταῖσις ἦν.

57. Ὁ δὲ βασιλεὺς Φίλιππος ἀναζεύξας ἐκ Μακεδονίας μετὰ τῆς δυνάμεως (ἐν γὰρ ταύταις ταῖς ἐπιβολαῖς ἀπελίπορεν ἄρτι τὸν συμμαχικὸν πόλεμον) ὤρμησεν ἐπὶ Θετταλίας καὶ τῆς Ἠπείρου· σπεύδων ταύτη ποιήσασθαι τὴν εἰσβολὴν τὴν πρὸς Αἰτωλίαν. Ἀλέξανδρος δὲ καὶ Δορίμαχος κατὰ τὸν καιρὸν τῶν ἔχοντες πρᾶξιν κατὰ τῆς τῶν

peninsulae fauces, (eae duo non amplius patent stadia;) quibus Asiae coniungitur, vrbs ista posita in medio, plane intersepit. reliqua peninsulae pars in altum procurrit, vbi-que plana, et ex qua facillime in urbem fieri impetus queat. extrema tantum ad mare ab omni parte praerupta loca sunt, ad quae difficillime nauis possit appellere: aditus-que omnino paucos habet. Itaque metuentes Sinopenfes, ne Mithridates dispositis ab ea parte quae Asiam spectat tormen-tis, similiterque ab altera ter-rae parte e regione huius, ex-posito e nauibus milite in loca plana et ea quae vrbi immi-nent, oppugnationem illius tentaret: ambitum peninsulae qua mari cingitur munire insti-tuerunt: omnesque aditus ab ea parte sudibus ac vallis prae-cludere institerunt: pariterque ob eundem metum tela etiam et praesidia in locis omnibus opportunis collocarunt. est ve-ro peninsulae huius vniuersae spatium haud adeo magnum: et modico praesidio facile de-fendi ipsa potest.

57. Dum haec Sinopae agun-tur, Philippus rex cum exer-citu e Macedonia profectus, (in his enim eramus, cum a sociali bello orationem desle-ximus) in Thesialiam et Epi-rum duxit: habens in animo per has regiones in Aetoliam facere impressionem. Eodem vero tempore Alexander et Dorimachus, proditores na-ti qui Aegiratarum urbem

Αἰγαιρα-



Αἰγειρατῶν πόλεως, ἀθροίσαν-  
 τες τῶν Αἰτωλῶν περὶ χιλίαις  
 καὶ διακοσίαις εἰς Οἰνάνθειαν τῆς  
 Αἰτωλίας, ἣ κείται καταντικρὺ  
 τῆς προειρημένης πόλεως, καὶ  
 πορθεῖα τάτοις ἐτοιμάσαντες,  
 πλῆν ἐτήρην πρὸς τὴν ἐπιβολήν.  
 τῶν γὰρ ἠυτομοληκότων τις ἐξ  
 Αἰτωλίας, καὶ πλείω χρόνον δια-  
 τετραφῶς παρὰ τοῖς Αἰγειράταις,  
 καὶ συντεθεωρηῶς τὰς Φυλάτ-  
 τοντας τὸν ἀπ' Αἰγίαις πυλῶνα  
 μεθυσκομένους καὶ ῥαθύμως δι-  
 ἐξήγοντας τὰ κατὰ τὴν Φυλα-  
 κίην, πλεονάκις προβαλλόμενος  
 καὶ διαβαίνων πρὸς τὰς περὶ  
 Δορίμαχον, ἐξεκέλητο πρὸς  
 τὴν πρᾶξιν αὐτὰς, ἅτε λίαν οἰ-  
 κείας ὄντας τῶν τοιαύτων ἐγχει-  
 ρημάτων. ἡ δὲ τῶν Αἰγειρατῶν  
 πέλις ἔκτισται μὲν τῆς Πελοπον-  
 νήσε κατὰ τὸν Κορινθιακὸν κόλ-  
 πον, μεταξὺ τῆς Αἰγίαιος καὶ  
 Σικυωνίων πόλεως· κείται δ' ἐπὶ  
 λόφων ἐρυμνῶν καὶ δυσβάτων·  
 νεύει δὲ τῇ θέσει πρὸς τὸν Παρ-  
 νασσόν, καὶ ταῦτα τὰ μέρη τῆς  
 ἀντίπερα χώρας· ἀπέχει δὲ τῆς  
 θαλάττης ὡς ἑπτὰ στάδια. πα-  
 ραπεσόντος δὲ πλῆ τοῖς περὶ τὸν  
 Δορίμαχον ἀνήχθησαν, καὶ  
 καθορμίζονται νυκτὸς ἔτι πρὸς  
 τὸν παρὰ τὴν πόλιν καταρρέον-  
 τα ποταμόν. οἱ μὲν ἦν περὶ  
 τὸν Ἀλέξανδρον καὶ Δορίμαχον,  
 αἷμα δὲ τάτοις Ἀρχίδαμον τὸν  
 Πανταλέοντος υἱόν, ἔχοντες πε-  
 ρὶ αὐτὰς τὸ πλῆθος τῶν Αἰτα-  
 λῶν, προτέβαινον πρὸς τὴν πό-  
 λιν κατὰ τὴν ἀπ' Αἰγίαις φέρουσαν  
 ὁδόν. ὁ δ' αὐτόμολος ἔχων ἑικοσι

sibi tradere constituerant, coa-  
 ctis Aetolorum ad mille du-  
 centos Oenanthiae, quod est  
 oppidum ex aduerso situm eius  
 quam nominauimus vrbis, pon-  
 tonibus etiam ad horum traie-  
 ctionem prouisis, opportunita-  
 tem nauigandi ad rem exse-  
 quendam opperiebantur. Qui-  
 dam enim eorum qui ex Ae-  
 tolia profugerant, longo tem-  
 pore in Aegiratarum oppido  
 moratus, animaduerso custo-  
 des eius portae, quae ab Ae-  
 gio venientibus patet, vino  
 crapulaeque indulgentes ne-  
 gligenter admodum custodias  
 agere; re saepius proposita  
 Dorimacho, quum ad illum  
 ventitaret, gnarus virum esse  
 huiusmodi inceptis parem at-  
 que assuetum; ad rem perficiendam illum vocauerat. Op-  
 pidum porro Aegira, situm  
 est in Peloponnesi parte, quam  
 Corinthiacus sinus alluit, in-  
 ter Aegium et Sicyonem, col-  
 libus quibusdam imposita egre-  
 gie munitis et inaccessis. spe-  
 ctat eius situs Parnassum et  
 vicina loca in regione oppo-  
 sita; distatque a mari stadia se-  
 ptem. Igitur Dorimachus  
 nauigationi opportunum tem-  
 pus nactus, oram soluit; et  
 dum adhuc nox erat, naues  
 in statione locat prope illum  
 amnem, qui oppidum prae-  
 terlabitur. mox Alexander,  
 Dorimachus et vna cum his  
 Archidamus Pantaleontis fi-  
 lius, manum Aetolorum se-  
 cum habentes, urbem ab ea  
 parte qua Aegio iter est, ad-  
 oriuntur. Transfuga vero

τῆς ἐπιτηδαιοτάτης, εὐκύνσας τῆς ἀνοδίας τῆς κρημνῆς θᾶτον τῶν ἄλλων διὰ τὴν εὐπειρίαν, καὶ διαδὺς διὰ τινος ὑδροβείας, ἔτι κοιμωμένους κατέλαβε τὰς ἐπὶ τῷ πυλῶνος. κατσοφάξας δ' αὐτὰς ἀκίην ἐν ταῖς κώταις ἔντας, καὶ οἰκίους τοῖς πελέεσι τῆς μοχλῆς, ἀνέβη τοῖς Αἰτωλοῖς τὰς πύλας. οἱ δ' παρειστεσόντες ἀπερινοήτως, λαμπρῶς ἐχρήσαντο τοῖς πράγματι. ὃ καὶ παρατίεν ἐγένετο τοῖς μὲν Αἰγυράταις τῆς σωτηρίας, τοῖς δ' Αἰτωλοῖς τῆς ἀπωλείας. ὑπολαμβάνοντες γὰρ τῆτο τέλος εἶναι τῆ κατασχῆν ἄλλοτρίαν πόλιν, τὸ γενέσθαι τῶν πυλῶνων ἔντος, τῆτον τὸν τρόπον ἐχρῶντο τοῖς πράγμασι.

58. Διὸ καὶ βραχὺν παντελῶς χρόνον ἀθροῖσι συμμείναντες περὶ τὴν ἀγοράν, λοιπὸν ἐκπαθεῖς ὄντες πρὸς τὰς ἀφελείας διέβρεον. καὶ παρεισπίπτοντες εἰς τὰς οἰκίας διήσπεζον τὰς βίβας, ἥδη φαιτὸς ἔντος. Οἱ δ' Αἰγυράται, τῆ πράγματος αὐτοῖς ἀνεπίσκη καὶ παραδόξῃ τελῶς συμβεβηκίτος, οἷς μὲν ἐπέσθησαν οἱ πολέμιοι κατὰ τὰς οἰκίας, ἐκπλαγεῖς ἦσαν, καὶ περιφοβοὶ γενόμενοι πάντες ἐτρέποντο πρὸς Φυγὴν ἔξω τῆς πόλεως, ἥδη βεβύλιως αὐτῆς κρατημένης ὑπὸ τῶν πολεμίων. ὅσοι δὲ τῆς κραυγῆς ἀκούοντες ἐξ ἀπερκαίων τῶν οἰκιῶν ἐξεβόησαν, καὶ πάντες εἰς τὴν ἄκραν συνέτρεχον. ὅσοι μὲν ἔν αἰεὶ πλείους ἐγένοντο, καὶ θαρβύλαώτεροι

cum expeditissimis viginti militibus deuis calibus propter locorum peritiam ceteris citius praecipitia emensus, et per quemdam aquae ductum urbem clam ingressus, custodes portae adhuc dormientes inuenit. quibus occisis dum adhuc in lectis iacent, diffractis vestibus securium ictibus, portas Aetolis patefecit. illi temere atque inconsiderate irumpere; pro victoribus praedam sese gerere. quae res ut Aegiratis salutis, ita illis exitio vertit. existimantes enim hostilis urbis occupationem tum demum esse consummatam, cum intra portas aliquis penetrauit, eo quem diximus modo res administrarunt.

58. Itaque postquam breue admodum tempus conferti in foro constitissent, de cetero praedam auide inhiantes dilabi coeperunt: et primam quamque domum obuiam introeuntes, clara iam luce fortunas ciuium diripiebant. Eo casu inopinato et nouitate ipsa terribili ita percussi sunt Aegiratae, ut quotquot illorum ab hoste in suis aedibus sunt deprehensi, attoniti plerique metus omnes fuga se extra urbem proriperent; quam non dubia iam victoria inimici tenerent. quicumque vero ex in tactis adhuc aedibus suis clamore aliorum audito ad ferendam opem profiluerant, omnes in arcem concurrunt. et hi quidem sicut numero semper crescebant, ita etiam fiducia

τὸ δὲ τῶν Αἰτωλῶν σύσρεμμα, τὸ ναυτίον ἔλαττον καὶ ταραχωδέστερον διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. ἢ μὴν ἀλλὰ συνορῶντες οἱ περὶ τὸν Δορίμαχον ἤδη τὸν περιεσῶτα κίνδυνον αὐτὰς, συστραφέντες ὤρμησαν ἐπὶ τὰς κατέχοντας τὴν ἄκραν, ὑπολαμβάνοντες τῇ θρασύτητι καὶ τόλμῃ καταπληξάμενοι τρέψασθαι τὰς ἠθροισμένας ἐπὶ τὴν βοήθειαν. οἱ δ' Αἰγειράται παρακαλέσαντες σφᾶς αὐτὰς, ἡμύνοντο καὶ συνεπλέκοντο τοῖς Αἰτωλοῖς γενναίως. ἔσης δὲ τῆς ἄκρας ἀτειχίστα, καὶ τῆς συμπλοκῆς ἐκ χειρὸς καὶ κατ' ἄνδρα γινομένης, τὸ μὲν πρῶτον ἦν ἀγὼν οἶον εἰκός· ἄτε τῶν μὲν ὑπὲρ πατρίδος καὶ τέκνων, τῶν δ' ὑπὲρ σωτηρίας ἀγωνιζομένων· τέλος γε μὴν ἐτράπησαν οἱ παρεισπεπτιωότες τῶν Αἰτωλῶν. οἱ δ' Αἰγειράται λαβόντες ἀφορμὴν ἐπιλήματος, ἐνεργῶς ἐπέκειντο καὶ καταπληκτικῶς τοῖς πολεμίοις. ἐξ ἧς συνέβη τὰς πλείους τῶν Αἰτωλῶν διὰ τὴν πτόλιν, αὐτὰς ὑφ' αὐτῶν φεύγοντας ἐν ταῖς πύλαις συμπατηθῆναι. Ὁ μὲν ἐν Ἀλέξανδρος ἐν χειρῶν νόμῳ κατ' αὐτὸν ἔπεσε τὸν κίνδυνον· ὁ δὲ Δορίμαχος ἐν τῷ περὶ τὰς πύλας ὀδισμῶν καὶ πνιγμῶν διεφθάρη. τὸ δὲ λοιπὸν πλήθος τῶν Αἰτωλῶν, τὸ μὲν συνεπατήθη, τὸ δὲ κατὰ τῶν κρημνῶν φεύγον ταῖς ἀνοδίαις ἐξετραχηλίσθη. τὸ δὲ καὶ διασωθῆν αὐτῶν μέγρος πρὸς τὰς ναῦς, ἐβρίφος τὰ ὄπλα πάντ' αἰχρῶς, ἅμα δ' ἀνελ-

animorum: quum contra corpus Aetolorum propter expositas causas et numero minueretur, et tumultu magis magisque repleretur. Dorimachus ubi circumstantis periculi magnitudinem sensit, collectis suis in cuneum, arcem et qui illam tenebant inuadit: ratus se peruicaci hac audacia territurum et in fugam versurum collectam hanc pro defensione loci multitudinem. Aegiratae vero, sese inuicem cohortari, vim defendere, et cum Aetolis fortiter manum conferere. Erat arx sine muris: pugnabaturque cominus, et vir cum viro. itaque prima commissio talis fuit, qualem par erat pugnam eorum existere, qui hinc pro patria et liberis, illinc pro salute dimicabant. tandem is fuit exitus, ut qui irruperant Aetoli terga darent. Aegiratae inclinati hostis occasione utentes, acriter instare, et cum terrificis minis terga fugientium cedere. ex quo factum, ut prae consternatione Aetoli plerique fugientes in portis sese alius alium conculcarent. Alexander in ipso certamine inter dimicandum caesus est. Archidamus in turba eorum qui ad portas, dum inuicem trudunt ac truduntur, sese enecabant, periit. reliqua multitudo Aetolorum, partim conculcata fuit, partim per abrupta fugiens, inter inuia rupium aspreta cervices fregerunt. qui ad naues euaserant, proiectis armis omnibus, turpiter simul atque



πίσως ἐποίησαντο τὸν ἀπόπλεον. Αἰγειράται μὲν ἦν διὰ τὴν ὀλιγωρίαν ἀποβαλόντες τὴν πατρίδα, διὰ τὴν εὐφυλίαν καὶ γενναϊότητα πάλιν ἔσωσαν παραδόξως.

59. Κατὰ δὲ τῆς αὐτῆς καιρῆς Εὐριπίδας, ὃς ἦν ἀπεσταλμένος ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγὸς τοῖς Ἡλείοις, καταδραυῶν τὴν Δυμαίων καὶ Φαραιῶν, ἔτι δὲ καὶ Τριταίων χώραν, καὶ περιελασάμενος λείπε πλῆθος ἱκανόν, ἐποίητο τὴν ἀποχώρησιν αἰς ἐπὶ τὴν Ἡλείαν. ὁ δὲ Μίκος ὁ Δυμαῖος, ὅσπερ ἐτύχχανε κατ' ἐκείνης τῆς καιρῆς ὑποστράτηγος ὢν τῶν Ἀχαιῶν, ἐκβοηθήσας πανδημεῖ τῆς τε Δυμαίικας καὶ Φαραιεῖς, αἷμα δὲ καὶ Τριταεῖς ἔχων, προτέκειτο τοῖς πολεμίοις ἀπαλλαττομένοις. κεργότερον δ' εὐπετῶν εἰς ἐνέδραν, ἐτθάλη, καὶ πολλὰς ἀπέβαλε τῶν ἀνδρῶν. τετταράκοντα μὲν γὰρ ἔπεσον, ἐάλωσαν δὲ περὶ διακοσίας τῶν πεζῶν. ὁ μὲν ἦν Εὐριπίδας ποιήσας τῆτο τὸ προτέρημα, καὶ μετewριοθεῖς ἐπὶ τῷ γενομένῳ, μετ' ὀλίγας ἡμέρας αὐθις ἐξελθὼν, κατέλαβε παρὰ τὸν Ἄραξον Φράριον τῶν Δυμαίων ἔνκαυρον, τὸ καλούμενον Γεῖχος· ὃ Φασίν οἱ μῦθοι, τὸ πηλαϊὸν Ἡρακλέα πολεμῶντα τοῖς Ἡλείοις ἐποικοδομήσας, βεβλόμενον ὀρητηρίῳ χρηθῆθαι τῆτω κατ' αὐτῶν.

60. Οἱ δὲ Δυμαῖοι καὶ Φαραιεῖς καὶ Τριταεῖς, ἠλαττωμένοι μὲν περὶ τὴν βοήθειαν, δεδιότας δὲ τὸ μέλλον ἐκ τῆς τε Φερρίας καταλήψεως, τὸ μὲν πρῶτον

inopinato salutem naēti discefferunt. Ita Aegiratae, qui per negligentiam patriam amiserant, per virtutem et generosam fortitudinem, eandem receperunt.

59. Per idem etiam tempus Euripidas, quem Aetoli ducem exercitus Eleis miserant, Dymaeorum, Pharaeensium, nec non Tritaeensium fines populatus, nec mediocri inde ablata praeda, in Elidem se recepit. Micus vero Dymaeus, qui ea tempestate praetoris Achaeorum legatus erat, eductis copiis omnibus Dymaeorum, Pharaeensium, nec non Tritaeensium, recedentes hostes persequi institit. in quos dum fertur acrius, insidias illatus, detrimentum accepit, et multos suorum amisit: occisis quadraginta, captis e numero peditum ad ducentos. Euripidas quod prosperam pugnam fecisset successu elatus, post dies paucos iterum exercitu educto, castellum Dymaeorum propter Araxum, Tichos dictum, loco situm opportuno, occupat. Id castellum fabulae narrant ab Hercule fuisse olim exstructum, bellum gerente aduersus Eleos: quo veluti receptaculo ad bellum vteretur, fines eorum infestans.

60. Dymaei, Pharaenses, Tritaenses, et quod hostem insequentes male pugnauerant; et quia post captum castellum metuebant in posterum; nuntios initio ad

ἔπεμπον

ἔπεμπον ἀγγέλους πρὸς τὸν στρατηγὸν τῶν Ἀχαιῶν, δηλῶντες τὰ γεγονότα, καὶ δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν· μετὰ δὲ ταῦτα προσβευτὰς ἐξαπέστειλον τὰς περὶ τῶν αὐτῶν ἀξιόστονας. ὁ δ' Ἀρατος, ἔτε τὸ ξενικὸν ἐδύνατο συστήσασθαι, διὰ τὸ κατὰ τὸν Κλεομενικὸν πόλεμον ἔλλοιπέναι τινα τῶν ὀφωνίων τὰς Ἀχαιῆς τοῖς μισθοφόροις καθόλου δὲ ταῖς ἐπιβολαῖς, καὶ συλλήβδην πᾶσι τοῖς τῷ πολέμῳ πράγμασιν ἀτόλμως ἐχρῆτο, καὶ νωθρῶς. διόπερ ὅτε Λυκῆργος εἶλε τὸ τῶν Μεγαλοπολιτῶν Ἀθήναιον, ὅτ' Εὐριπίδας ἐξῆς τοῖς εἰρημένοις Γόργον τὸν τῆς Τελφυσσίας. οἷτε Δυμαῖοι καὶ Φαραεῖς καὶ Τριταεῖς, δυσελπισήσαντες ἐπὶ ταῖς τῷ στρατηγῷ βοηθείαις, συνεφρόνησαν ἀλλήλοις εἰς τὸ τὰς μὲν κοινὰς εἰσφοράς τοῖς Ἀχαιοῖς μὴ συντελεῖν· ἰδίᾳ δὲ συστήσασθαι μισθοφόρους, πεζοὺς μὲν τριακοσίους, ἵπκεις δὲ πεντήκοντα, καὶ διὰ τῶν ἀσφαλίσασθαι τὴν χώραν. τῆτο δὲ πράξαντες, ὑπὲρ μὲν τῶν καθ' αὐτὰς πραγμάτων ἐχδεχομένως ἐδοξάν βεβληῦσθαι· περὶ δὲ τῶν κοινῶν τάναντία. πονηρὰς γὰρ ἐφόδους καὶ προφάσεως τοῖς βελομένοις διαλύειν τὸ ἔθνος, ἐδόξαν ἀρχηγοὶ καὶ καθηγεμόνες γεγονέναι. ταύτης δὲ τῆς πράξεως τὸ μὲν πλείστον τῆς αἰτίας ἐπὶ τὸν στρατηγὸν ἂν τις ἠαφέροι ἐκαίως, τὸν ὀλιγωρῶντα καὶ καταμέλλοντα καὶ προϊέμενον αἰεὶ τὰς δεομένας. πᾶς

praetorem Achaeorum mittere, ut illum de eo quod acciderat facerent certiore, et simul subueniri sibi rogarent: deinde iisdem de rebus etiam legatio ab iis populis est missa. Aratus vero neque mercenarium militem conscribere poterat; quod belli Cleomenici tempore partem aliquam stipendiorum Achaei conductitio militi non persoluerant: et omnino in vniuersis inceptis, atque vno verbo, in omnibus iis quae ad bellum pertinebant, cunctatorem et segnem se praebebat. idcirco et Lycurgus Athenaeum Megalopolitanorum occupauit: et Euripidas post illa quae diximus, Gorgum Telphussiae. Dymaei vero, Pharaeenses et Tritaeenses vbi de auxilio a praetore mittendo desperare coeperunt, communi consilio decreuerunt, nihil amplius in commune Achaeis contribuere: sed priuatim sibi militem mercede conducere: pedites nempe trecentos; equites vero quinquaginta, quorum praesidio fines suos tutarentur. Qui cum hoc fecerunt, suis illi quidem priuatis commodis non male existimati sunt consuluisse: publicae vero vtilitati omnium Achaeorum pessime. Cupientibus enim gentis corpus dissipare mali consilii et occasionis duces a quo auctores se praebuisset sunt crediti. Huius autem admissi culpam maximam iure aliquis in praetorem coniciat, per negligentiam et cunctationem eorum spes semper frustrari so-

γὰρ ὁ κινδυνεύων, ἕως μὲν ἄν  
 τινος ἐλπίδος ἀντέχεται παρὰ  
 τῶν αἰκείων καὶ συμμάχων,  
 προσαπέχει Φίλει ταύταις ὅ-  
 ταν δὲ δυσχερῶν ἀπογυῖ, τέτ-  
 ῆσθε βαρθεῖν ἀναγκάζεται αὐ-  
 τῶν κατὰ δύναμιν. διὸ καὶ Τρι-  
 ταιεῦσι καὶ Φαραεῦσι καὶ Δυ-  
 μαεῦσιν, ὅτι μὲν ἰδίᾳ συνή-  
 σκοντο μεθοφόρος, κατακυβέου-  
 τος τῆ τῶν Ἀχαιῶν ἡγεμόνος,  
 ἢ ἐγκλητέον· ὅτι δὲ τὰς εἰς  
 τὸ κοινὸν εἰσφορὰς ἀπέπον,  
 μισυμοιρητέον. ἐχρῆν γὰρ  
 τὴν μὲν ἰδίαν χρεῖαν μὴ πα-  
 ραλιπεῖν· ἐυκαρῶντας γὰρ δὴ  
 καὶ δυναμένους τὰ γὰρ πρὸς τὴν  
 κοινὴν πολιτείαν δίκαια συντη-  
 ρεῖν, ἄλλως τε δὴ καὶ κοι-  
 δῆς ὑπαρχίσης ἀδιαπτῶτα κα-  
 τὰ τὰς κοινὰς νόμους. τὸ δὲ  
 μέγιστον, γεγενησας ἄρχηγὸς τῆ  
 τῶν Ἀχαιῶν εὐσῆματος.

61. Τὰ μὲν ἄν κατὰ Πελοπόν-  
 νησον ἐν ταύτοις ἦν. ο δὲ βασιλεὺς  
 Φίλιππος διελθὼν τὴν Θεσσαλίαν,  
 παρῆν εἰς Ἡπειρον. ἀναλαβὼν δὲ  
 τὰς Ἡπειρώτας ἅμα τοῖς Μακε-  
 δόσι πανδημί, καὶ τὰς ἐξ Ἀχαιῶν  
 αὐτῶ συνηγηγέτας σφενδουῖτας  
 τριακοσίας, ἔτι δὲ τὰς παρὰ Πο-  
 λυρρήνιων ἀπεσπυμένους Κρήτας  
 τριακοσίας, προῆγε καὶ διελ-  
 θὼν τὴν Ἡπειρον, παρῆν εἰς  
 τὴν τῶν Ἀμβρακιωτῶν χεῖραν.  
 Εἰ μὲν ἄν ἐξ ἐφόδου κατὰ τὸ  
 συνεχὲς ἐνέβαλεν εἰς τὴν μετό-  
 γειαν τῆς Αἰτωλίας, ἄφνω καὶ  
 παραδόξως ἐπιπεσὼν δυνάμει

litum, quibus esset opus auxi-  
 lium. Nempe ita fieri semper  
 amat: qui in periculo versatur,  
 quamdiu spes superest opis  
 impetrandae ab amicis et so-  
 ciis, in ea acquiescit: ubi ve-  
 ro aduersis conflictatus spem  
 illam auiferit, tunc ipsemet  
 sibi pro viribus subuenire co-  
 gitur. quamobrem Tritaecen-  
 sibus, Pharaeensibus, et Dy-  
 maeensibus, quod priuatim mi-  
 litem conduxerint, cessante  
 Achaeorum praetore; eo no-  
 mine succensendum non est: at  
 quod erogare in commune  
 quicquam recusarunt, id vero  
 facinus indignum haberi debet.  
 oportebat enim neque propria  
 praetermittere commoda, et  
 postquam data ipsis est oppor-  
 tunitas atque facultas, commu-  
 nia Reipublicae iura seruare:  
 quum praesertim per commu-  
 nes leges recepturi omnino es-  
 sent quod consulissent: et quod  
 maximum est, auctores ipsi  
 corporis ac concilii Achaeorum  
 instituendi, exstitissent.

61. Dum in Peloponneso  
 haec geruntur, rex Philippus  
 Thessaliam emensus in Epi-  
 rum venerat: ibique astuntis  
 Epirotis, qui omnes suas vi-  
 res Macedonibus coniunxe-  
 rant, et funditoribus trecentis  
 qui ex Achaia missi fuerant,  
 Cretensibus item trecentis,  
 quos Polyrrhenii miserant, per-  
 gebat ire: transgressusque E-  
 pirum, ad Ambraciotarum si-  
 nes accessit. Quod si absque  
 vlla mora primo statim impetu  
 in mediterranea Aetoliae du-  
 xisset, eosque repente et ino-



βαρεία, τοῖς ὅλοις πράγμασιν ἐπιτεθήκοι ἀντέλος. νῦν δὲ καὶ πειθεῖς τοῖς Ἠπειρώταις, πρῶτον ἐπιτολιορηῆσαι τὸν Ἀμβρακόν, ἔδωκε τοῖς Αἰτωλοῖς ἀνασραφῆν, εἰς τὸ καὶ εἶναι καὶ προνοηθῆναί τε καὶ παρασπνευᾶσθαι πρὸς τὸ μέλλον. οἱ γὰρ Ἠπειρώται τὸ σφέτερον ἀναγκαιότερον τιθέμενοι τῆ κοινῆ παρὰ τῶν συμμαχόν, καὶ μεγάλως σπαράζοντες ὑφ' αὐτὰς ποιῆσαι τὸν Ἀμβρακόν, ἐδέοντο τῆ Φιλίππου ποιήσασθαι πολιορκίαν περὶ τὸ χωρίον, καὶ τῆτο πρότερον ἐξελεῖν· περὶ πλείετα ποικίμενοι, τὸ κομίσασθαι τὴν Ἀμβρακίαν παρὰ τῶν Αἰτωλῶν. τῆτο δὲ γενέσθαι μόνως ἂν ἐλπίζοντες, εἰ τῆ προειρημένε τότῃ κυριεύσαντες, ἐπικαθίσαιεν τῇ πόλει. Ὁ γὰρ Ἀμβρακός ἐστὶ μὲν χωρίον εὖ κατεσκευασμένον, καὶ προτειχίσμασι καὶ τείχει. κῆται δ' ἐν λίμναις, μία ἀπὸ τῆς χώρας σενῆν καὶ χωστῆν ἔχων πρόσδοον. ἐπίκειται δ' εὐκαίρως τῇ τε χώρᾳ τῶν Ἀμβρακικῶν καὶ τῇ πόλει. Φίλιππος μὲν ἔν πειθεῖς Ἠπειρώταις καὶ κατασρατοπεδεύσας περὶ τὸν Ἀμβρακόν, ἐγίνετο περὶ τὴν παρασπνευῆν τῶν πρὸς τὴν πολιορκίαν.

62. Σκόπας δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τῆτον ἀναλαβὼν τὰς Αἰτωλὰς πανδημῆ, καὶ ποιησάμενος τὴν πορείαν διὰ Θεσσαλίας, ἐνέβαλεν εἰς Μακεδονίαν, καὶ τὸν\* τέριον ἐπιπορευόμενος τὸν κατὰ

pinato cum valido exercitu inuasisset; uniuerso bello finem impositurus videtur fuisset. nunc ab Epirotis persuasus, ut Ambracum prius expugnaret, otium Aetolis dedit obfirmandi se ad resistendum et prouidendi prospiciendique necessaria in posterum. Epirotae enim potiore suae priuatae utilitatis rationem ducentes, quam communis sociorum, magnoque desiderio flagrantes potiundi Ambraco, petierant a Philippo ut locum obsideret, atque ante omnia caperet, quippe maximi aestimabant, si recipere ab Aetolis Ambraciam possent. quod alia nulla ratione fieri posse sperabatur, nisi ut locum quem diximus in potestate habentes, Ambraciae infesti imminerent. Est enim Ambracus locus probe instructus cum castellis pro moenibus, tum muris ipsis. situs est in mediis paludibus; aditum a circumiacente regione vnum habet, eumque angustum et ex aggesta terra manu factum: imminet opportune ad nocendum qua regioni Ambraciotarum, qua vrbi. Igitur Philippus Epirotarum suasu, positis ante Ambracum castris, necessaria ad obsidionem parabat.

62. At Scopas per idem tempus Aetolorum copias uniuersas secum trahens, habito per Thessaliam itinere, in Macedoniam fecit impressionem: vbi per planitiem quae in Pie-

τὴν Πιερίαν, ἔφθειρε· καὶ λείας περιβαλλόμενος πλῆθος ἐπανῆγε, ποικίμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τὸ Δῖον· ἐκλιπόντων δὲ τῶν κατοικούντων τὸν τόπον εἰτελθῶν, τὰ τείχη κατέσκαψε καὶ τὰς οἰκίας, καὶ τὸ γυμνάσιον πρὸς δὲ τῆτοις ἐνέτρησε τὰς σοὰς τὰς περὶ τὸ τέμενος, καὶ τὰ λοιπὰ διέφθειρε τῶν ἀναθημάτων, ὅσα πρὸς κόσμον, ἢ χρεῖαν ὑπῆρχε τοῖς εἰς τὰς πανηγύρεις συμπορευομένοις. ἀνέτρεψε δὲ καὶ τὰς εἰκόνας τῶν βασιλέων ἀπάσας. Οὗτος μὲν ἔν' εὐθείας κατὰ τὴν ἔννεσιν τῆς πολέμου καὶ τὴν πρώτην πρῆξιν, ἢ μόνον τοῖς ἀνδράποισι, ἀλλὰ καὶ τοῖς θεοῖς πόλεμον ἐξανηνοχῶς ἐπανήγει. καὶ παρχαγεύμενος εἰς Αἰτωλίαν, ἔχ' ὡς ἠτεβηκῶς, ἀλλ' ὡς ἀγαθὸς ἀνὴρ εἰς τὰ κοινὰ πράγματα γενοῦναι, ἐτιμῶτο καὶ περιεβλέπετο, πλήρεις ἐλπίδων καινῶν καὶ φρονήματος λόγῳ πεποιηκῶς τῆς Αἰτωλίας. ἔχον γὰρ ἐκ τῶν διὰ ληψιν, ὡς τοῖς μὲν Αἰτωλοῖς ἐδ' ἐγγίξαι τολμήσαντος ἀδενός· αὐτοὶ δὲ πορθέσαντες ἀδεῶς ἢ μόνον τὴν Πελοπόννησον, καθάπερ ἔθος ἦν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ τὴν Θεσσαλίαν καὶ τὴν Μακεδονίαν.

63. Φίλιππος δὲ τὰ περὶ τὴν Μακεδονίαν ἀκίεσας, καὶ παρχαχρῆμα τῆς Ἡπειρωτῶν ἀγνοίας καὶ φιλοεικίας τὰ ἐπίχειρα κερκομισαένος, ἐπολιόρκει τὸν Ἀμβρακικόν. χρητάμενος δὲ τοῖς τὸ χώμασιν ἐνεργῶς, καὶ τῇ λοιπῇ παρασκευῇ, ταχέως κατε-

ria est vagans impune, omnia vastavit: praedaeque ex iis locis facta non mediocri. Diu iter auertit: urbemque ab incolis derelictam ingressus, muros ac parietes et gymnasium solo aequavit; porticus ad haec circa sanum incendit; cetera omnia donaria corruptit, quae vel ornatus causa eo loci posita erant, vel ad usus eorum qui ad solennium celebrationem undique iluc soliti convenire. Regum item omnium imagines subvertit. Atque hic qui in ipso statim belli principio et expeditione prima, non solum hominibus, verum etiam diis bellum indixerat, ubi in Aetoliam fuit reuersus, non pro impio et conscelerato est habitus: sed tamquam vir fortis beneque de communi re meritus, magno honore exceptus, omnium ora in se convertit: quum nouorum processuum spe quam verbis iactitabat, spiritus Aetolis addidisset. quippe ita ipsi secum cogitabant; Aetolis quidem ausurum neminem vel appropinquare: se vero non Peloponnesum dumtaxat, quod solenne iam ipsis erat, sed etiam Thessaliam ac Macedoniam sine timore populaturos.

63. Philippus vero auditis quae in Macedonia gesta fuerant, quum peruersitati et contentioso Epirotarum ingenio debitas poenas statim ipse luisset. Ambracum obsidebat: et modo aggeribus excitandis, modo apparatu cetero nauiter vtendo, ter-

πλήξατο τὰς ἐνόοντας, καὶ παρέλαβε τὸ χωρίον ἐν ἡμέραις τεταράκοντα ταῖς πάσαις. ἄφεις δὲ τὰς Φυλάττοντας ὑποσπόνδης, ὄντας εἰς πεντακοσίης Αἰτωλῶν τὴν μὲν τῶν Ἑπειρωτῶν ἐπιθυμίαν ἐπλήρωσε, παραδὼς τὸν Ἀμβρακον· αὐτὸς δ' ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, προῆγε παρὰ Χαράδραν, σπεύδων διαβῆναι τὸν Ἀμβρακικὸν καλούμενον κόλπον· ὃς σενώτατος ἐστὶ κατὰ τὸ τῶν Ἀκαρνάνων ἰσθμὸν, καλούμενον Ἀκτιον. Ὁ γὰρ προειρημένος κόλπος, ἐκτίπτει μὲν ἐκ τῆς Σικελικῆς πελάγους μεταξὺ τῆς Ἑπίρου καὶ τῆς Ἀκχρνανίας, σενῶ παντελῶς σόματι· λείπει γὰρ τῶν πέντε σταδίων· προβαίνων δ' εἰς τὴν μεσόγαιαν, κατὰ μὲν τὸ πλάτος ἐφ' ἑκατὸν στάδια κεῖται. κατὰ δὲ τὸ μῆκος ἀπὸ τῆς πελάγους προσπίπτει περὶ τριακόσια στάδια. διορίζει δὲ τὴν Ἑπίρου, καὶ τὴν Ἀκχρνανίαν, ἔχων τὴν μὲν Ἑπίρου ἀπὸ τῶν ἄρκτων, τὴν δ' Ἀκαρνανίαν ἀπὸ μεσημβρίας. περιβάσας δὲ κατὰ τὸ προειρημένον σόμα τὴν δύναμιν, καὶ διελεύσων τὴν Ἀκαρνανίαν, ἦκε τῆς Αἰτωλίας πρὸς τὴν καλεσμένην πόλιν Φοιτείης, συμπαρεληφώς Ἀκαρνάνων μὲν πεζῆς διχιλίης, ἵπποις δὲ διακοσίης. περιερατοπεδεύσας δὲ τὴν προειρημένην πόλιν, καὶ προσβολὰς ἐνεργῆς καὶ καταπληκτικῆς ἐπὶ δύο ἡμέρας ποιητάμενος, παρέλαβε καθ' ὁμολογίαν, ἄφεις ὑποσπόνδης τῆς ὄντας τῶν Αἰτωλῶν. τῆς δὲ ἐπίστασης νυκτός, ὡς ἔτι μενέσσης ἀναλώτῃ τῆς πόλεως, ἦκον βοή-

77. Φίλιππος μὲν ἔν κατὰ τὴν ὁμίλιαν τὴν πρὸς τὰς ὑπαίθροις συνδιατρίβοντας, καὶ κατὰ τὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς πράξιν καὶ τόλμαν, ἔ μόνον παρὰ τοῖς στρατευομένοις, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς λοιποῖς πᾶσι Πελοποννησίοις εὐδοκίμει. Βασιλέα γὰρ πλείοσιν ἀφορμαῖς ἐν Φύσεως κερχορηγημένον πρὸς πραγμάτων κατάκτησιν, ἐν ἐυμαρῆς εὐρεῖν. καὶ γὰρ ἀγχίνοια καὶ μνήμη, καὶ χάρις ἐπὶν αὐτῷ δικέμεντα· πρὸς δὲ τούτοις, ἐπίφασις βασιλικὴ καὶ δύναμις· τὸ δὲ μέγισον, πράξις καὶ τόλμη πολεμική. Καὶ τί δὴ ποτ' ἦν τὸ ταῦτα πάντα καταγωνισάμενον, καὶ ποιῆσαν ἐν βασιλέως εὐφύης τύραννον ἄγριον, ἐν ἐυχερῆς διὰ βραχέων δηλώσασα. διὸ καὶ περὶ μὲν τούτων σκέπτεσθαι καὶ διαπορεῖν ἄλλος ἀρμόσει καιρὸς, μᾶλλον τῆ νῦν ἐνεσῶτος. Ὁ δὲ Φίλιππος ἐκ τῆς Ὀλυμπίας ἀναζεύσας τὴν ἐπὶ Φαραίαν, παρῆν εἰς Τέλφασσαν, καὶ κείθεν εἰς Ἡραίαν. καὶ τὴν μὲν λείαν ἐλαφυροπώλει· τὴν δὲ γέφυραν

ruissent: ad Philippum adit Aratus, orienti malo resistere fixum animo habens, neque cunctari. Ex huius igitur colloquio, vbi Philippus quae acciderant cognouit, iuuenes quidem bono vt essent animo iubet; nihil enim simile deinceps fore illis patiendum: Apelli vero praecipit, ne quid posthac Achaeis praetore ipsorum inconsulto imperaret.

77. Philippus itaque cum propter instituta, quibus erga expeditionis socios in castris utebatur; tum propter singularem in re bellica nauitatem atque audaciam, non solum apud castrensem multitudinem, verum etiam apud reliquos omnes Peloponnesios bene audiebat. Enimuero non est facile regem inuenire, maioribus a natura dotibus ad parandum imperium necessariis ornatum. nam et sollertia mentis, et memoria, et venustate eximia praestabat: accedebat eo vultus speciesque regia et quaedam maiestas: supra omnia erat nauitas et audacia bellica. Quid autem illud fuerit, quod omnia haec expugnauit, et praestantis ingenii regem in ferum tyrannum mutauit, non est facile paucis exsequi. itaque ista considerandi et inuestigandae causae erit alius conuenientior, quam hic nunc sit, locus. Philippus castra mouet ab Olympia Pharaeam versus, et mox Telphussam venit: inde Heraeam; vbi praeda di-

ἐπεσκευάζει τὴν κατὰ τὸν Ἀλ-  
 Φειὸν βηλούμενος ταύτη ποιή-  
 σασθαι τὴν εἰς Τρυφαλίαν εἰσβο-  
 λήν. Κατὰ δὲ τὴν αὐτῆς καιρῶς  
 Δορίμαχος ὁ τῶν Αἰτωλῶν στρα-  
 τηγός, δεουμένων τῶν Ἠλείων  
 σφίσι βοηθεῖν πορευθέντοισι, ἐξα-  
 κοσίης Αἰτωλῶν καὶ στρατηγὸν Φυ-  
 λίδην αὐτοῖς ἐξέπειψεν. ὃς πα-  
 ραγευόμενος εἰς τὴν Ἠλείαν, καὶ  
 παραλαβὼν τὴν μισθοφόρην τῶν  
 Ἠλείων, ὄντας εἰς πεντακοσίης  
 καὶ πολιτικῶν χιλίας, ἅμα δὲ  
 τάτοις τὴν Ταραντίνης, ἣκα βοη-  
 θῶν εἰς τὴν Τρυφαλίαν ἢ τῆς  
 μὲν προσηγορίας τέτευχε ταύ-  
 τῆς ἀπὸ Τρυφαλῆ τῶν Ἀρκά-  
 δων παιδός· κείται δὲ τῆς Πελο-  
 ποννήτης παρὰ θάλατταν, μετα-  
 ξὺ τῆς Ἠλείων καὶ Μεσσηνίων  
 χώρας, τέτραπται δὲ εἰς τὸ Λι-  
 βυκὸν πέλαγος, ἔχαστεύκτα τῆς  
 Ἀχαΐας ὡς πρὸς χειμερινὰς δύ-  
 σεως. ἔχει δ' ἐν αὐτῇ πόλεις ταύ-  
 τας, Σαυικὸν, Λέπρεον, Ὑπά-  
 ναν, Τυπαναίαν, Πύργον, Αἰ-  
 πυδὸν, Βάλακα, Στυλλάγιον, Φρί-  
 ξαν. ὧν ὀλίγοις χρόνοις πρότε-  
 ρον ἐπικρατήσαντες Ἠλεῖοι,  
 προσελάβοντο καὶ τὴν τῶν Ἀλι-  
 Φειραίων πόλιν, ἣσαν ἐξ ἀρχῆς  
 Ἀρκαδίας, καὶ Μεγαλόπολιν,  
 Ἀλλιάδα τῆ Μεγαλοπολίτι κα-  
 τὰ τὴν τυραννίδα πρὸς τινὰς ἰδίαις  
 πράξεσι ἀλλοαγὴν δόντος τοῖς Ἠ-  
 λείοις. πλὴν ὄγε Φυλίδης τὴν  
 μὲν Ἠλείαν εἰς Λέπρεον, τὰς δὲ  
 μισθοφόρας εἰς ἈλίΦειραν ἀπο-  
 σείλας, αὐτὸς δὲ τὴν Αἰτωλῶν  
 ἔχων ἐν Τυπαναίαις, ἐκαραδύκει  
 τὸ συμβησόμενον.

vendita, pontem Alpei in-  
 stauravit; facturus per illum  
 in Tryphaliam impressionem.  
 Eodem etiam tempore Dori-  
 machus Aetolorum praetor,  
 petentibus Eleis auxilia ad-  
 versus eos, qui ipsorum a-  
 gros vrebant. Aetolos sex-  
 centos duce Phylida eis mi-  
 sit. qui vbi in Eleam venit,  
 assumtis Eleorum mercena-  
 riis ad quingentos, e ciuili-  
 bus copiis mille militibus,  
 et simul Tarentinis, suppe-  
 tias venit Tryphaliam. Ea  
 regio nomen inuenit a Try-  
 phalo ex Arcadia puero.  
 sita est in maritima Peio-  
 nesi parte, inter Eleorum  
 et Messeniorum fines, spe-  
 ctatque mare Libycum, in  
 extremo Achaiae quod ad  
 hibernum occasum vergit.  
 Vrbes regionis huius sunt,  
 Samicum, Lepreum, Hypa-  
 na, Typanaea, Pyrgus, Ae-  
 pyum, Bolax, Styllagium,  
 Phrixia. has quum paucis  
 ante annis Elei ditionis suae  
 fecissent, urbem quoque Ali-  
 pheraeorum adiecerunt, quae  
 ab initio Arcadiae attribue-  
 batur: adiecere et Megalo-  
 polim, Alliada Megalopolita-  
 no tempore tyrannidis suae  
 tradente in permutatione pro-  
 pter priuatas quasdam caus-  
 las ab eo cum Eleis institu-  
 ta. Phylidas, missis Le-  
 preum Eleis, mercenariis Ali-  
 pheram; ipse cum suis Ae-  
 tolis quid rex pararet solli-  
 citus exspectabat.



78. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀποδέμενος τὴν ἀποσκευὴν. καὶ διαβάς τῇ γεφύρᾳ τὸν Ἀλφειὸν ποταμὸν, ὃς ῥεῖ παρ' αὐτὴν τὴν τῶν Ἑρᾶϊων πόλιν, ἦκε πρὸς Ἀλιφείραν· ἣ κῆται μὲν ἐπὶ λόφῳ κρημνώδεις πανταχόθεν, ἔχουτος πλείον ἢ δέκα σαδίων πρόσβασιν· ἔχει δ' ἄκραν ἐν αὐτῇ τῇ κορυφῇ τῆς σύμπαντος λόφου, καὶ χαλιῶν Ἀθηναῖς ἀνδριάντα, κάλλει καὶ μεγέθει διαφέροντά. Ἡ τὴν μὲν αἰτίαν ἀπο ποίας προθέσεως ἢ χορηγίας ἔλαβε τὴν ἀρχὴν τῆς κατασκευῆς, ἀμφιθετεῖσθαι συμβαίνει καὶ παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις· ἅτε γὰρ πόθεν, ἅτε τίς ἀνέθηκεν, εὐρίσκειται τραυῶς. τὸ μὲν τοῖ γε τῆς τέχνης ἀποτελέσματα συμφανεῖται παρὰ πᾶσι, ὅτι τῶν μεγαλοπρεπεστάτων καὶ τεχνικωτάτων ἔργων ἐστίν, Ἐκατοδώρας καὶ Σωφράτης κατασκευαστῶν. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιγενομένης ἡμέρας αἰθρίας ἢ λαμπρῆς διατάξας ὑπὸ τὴν ἐωσθινήν ὁ βασιλεὺς κατὰ πλείους τόπους, τὰς τε τὰς κλίμακας φέροντας, καὶ τὰς τῶν μισθοφόρων ἐφεδρείας πρὸ τῶν ἐπὶ δὲ τοῖς προειρημένοις τὰς Μακεδόνας διηρημένους κατόπι ἐκάστοις ἐπισητάς, ἅμα τῶ τὸν ἥλιον ἐπιβάλλειν πᾶσι προσέταξε προσβαίνειν πρὸς τὸν λόφον. ποικύτων δὲ τὸ παραγγελθὲν ἐκθύμως ἢ καταπληκτικῶς τῶν Μακεδόνων, συνέβαινε τὰς Ἀλιφείρας πρὸς τὰς ἐρμῶν αἰεὶ καὶ συντρέχειν τὰς τόπους, οἷς μάλιστα τὰς Μακεδόνας ἐώρων προσπελάζοντας, κατὰ δὲ

78. Philippus impedimentis depositis liber, et Alphei ponte traiecto, (is amnis urbem ipsam Heraeorum alluit) Alipheram venit. Imposita est vrbs ista colli ab omni parte praerupto: ad quem ascenditur per stadia amplius decem. arcem habet in ipso vertice collis totius, et aeream Mineruae statuam, specie atque magnitudine praestantem. Causam eius posita, quorsum, et cuius sumtibus initio confecta fuerit, ipsi quoque indigenae parum norunt: neque enim satis explorato constat. qua ex causa, aut a quo fuerit dedicata. de artificibus ex quorum officina prodiit, consentiunt omnes: Hecatodori nempe et Softrati opus esse, inter magnificentissima et exquisitissima artis, quae sint ab iis facta. Ceterum Philippus sub auroram sereno quodam die et claro, dispositis per varia loca qui scallas gestarent, praemissisque mercenariis qui praesidio ipsis forent; ad haec Macedonum manu separatim singulos eorum sequi iussa, simul cum exoriente sole omnibus imperat, ut colli succedant. quod quum Macedones animose et formidabiliter exsequerentur, accidit, ut Alipherenses ad ea potissimum loca facto concursu se conferrent, ad quae plurimos Macedonas videbant accedere. at Philippus per idem tempus cum lecto milite ex

τὸν

τὸν καιρὸν τῆτον αὐτὸς ὁ Εὐσιλεύς  
ἔχων τὰς ἐπιτηδειοτάτας, διὰ τι-  
νων κρημνῶν ἔλαθε πρὸς τὸ τῆς  
ἄκρας προἄσειον ἀναβάς. ἀπογε-  
θέντος δὲ τῆ συνθήματος, πάν-  
τες ἅμα προσερείσαντες τὰς κλί-  
μακας, κατεπέραζον τῆς πόλεως.  
Πρῶτος μὲν ἔν ὁ βασιλεύς κατέ-  
χε τὸ προἄσειον τῆς ἄκρας ἔρημον  
καταλαβών. τάτῃ δ' ἐμπιπρα-  
μένῃ, προϊδόμενοι τὸ μέλλον οἱ  
τοῖς τείχεσιν ἐπαμύνοντες, καὶ  
περιδεδεῖς γενόμενοι, μὴ τῆς ἄκρας  
προκαταληφθεῖσης τερηθῶσιν καὶ  
τῆς τελευταίας ἐλπίδος, ἄρμησαν  
ἀπολιπόντες τὰ τείχη Φεύγειν  
πρὸς τὴν ἀκρόπολιν. οἱ δὲ Μακε-  
δόνες, γενομένε τάτῃ, παραχρη-  
μα καὶ τῶν τειχῶν καὶ τῆς πό-  
λεως, ἐκυρίευσαν. μετὰ δὲ ταῦ-  
τα διαπρεσβευσασμένων τῶν ἐκ  
τῆς ἄκρας πρὸς τὸν Φίλιππον, δὲς  
τὴν ἀσφάλειαν, παρέλαβε καὶ  
ταύτην κατ' ὁμολογίαν.

79. Συντελεθέντων δὲ τῶτων,  
καταπλαγεῖς γεγονότες πάντες οἱ  
κατὰ τὴν Τρυφάλιαν, ἐβηλείου-  
το περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἑῶν  
πατρίδων. ὁ δὲ Φυλίδας ἐκλιπῶν  
τὰς Τυπανέας, προσδιαρπάτας  
τινάς τῶν οἰκείων, ἀπεχώρησε εἰς  
τὸ Λέπρεον. Ταῦτα γὰρ ἐπίχαι-  
ρα τότε τοῖς Αἰτωλῶν ἐγένετο  
συμμαχίας, τὸ μὴ μόνον ἐν τοῖς  
ἀναγκαιοτάτοις καιροῖς δυνατα-  
λείπεσθαι προφανῶς, ἀλλὰ καὶ  
διαρπαγέντας ἢ προδοθέντας τέ-  
τοις περιπίπτειν ὑπὸ τῶν συμμά-  
χων, ἢ τοῖς κρατηθεῖσιν ὑπὸ τῶν  
πολεμίων ὀφείλεται πάχειν. οἱ  
δὲ Τυπανεάται παρέδοσαν τῷ Φι-

cohortibus, in arcis subur-  
bium nemine animaduertente  
per quaedam praecipitia et  
abrupta loca ascendit. tum  
autem dato signo, simul o-  
mnes scalas admouere, et  
urbem conari inuadere. Pri-  
mus omnium rex ipse sub-  
urbium arcis, quod nudatum  
praesidio inuenerat, tenuit.  
eo incenso, qui pro muris  
pugnabant, ubi ignem vi-  
dent, imminens malum pro-  
spicientes, et metuentes ne  
occupata arce ultimam illam  
spem amitterent; impetu moe-  
nia deferunt, et in arcem  
confugiunt. quo facto, ili-  
cet Macedones et muris et  
vrbe potiri. Post haec qui  
in arce erant legationem ad  
Philippum mittere: et fide  
ab eo accepta de sua salute,  
ex pacto deditionem faciunt.

79. Quibus rebus gestis,  
passim consternati metu omnes  
tota Tryphalia, de sua et  
patriae suae salute consulta-  
bant. Phylidas vero Typa-  
neis desertis, nonnullis etiam  
sociorum direptis, Lepreum  
concessit. Hoc enim prae-  
mium ea tempestate focii Ae-  
tolorum referre soliti; ut  
non solum necessariis maxi-  
me temporibus manifeste ab  
illis derelinquerentur: sed  
etiam, direpti aut proditi,  
ea paterentur a fociis Aeto-  
lis, quae victis ab hoste vi-  
ctore sunt exspectanda. Ty-  
paneatae urbem Philippo tra-  
diderunt: secutique sunt eo-

λίπρωτήν πόλιν. τέτοις δὲ τὸ παραπλήσιον ἐποίησαν οἱ τὴν Ὑπάναν κατοικοῦντες. ἅμα δὲ τέτοις Φιαλεῖς ἀκούοντες τὰ περὶ τὴν Τρυφαλίαν, καὶ δυσαρεσέμενοι τῇ τῶν Αἰτωλῶν συμμαχίᾳ, κατέλαβον μετὰ τῶν ὄπλων τὸν περὶ τὸ Πολεμάρχειον τόπον. οἱ δὲ τῶν Αἰτωλῶν πειραταί, διατρίβοντες ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, διὰ τὰς ἐκ τῆς Μεσσηνίας ὠφελείας, τὸ μὲν πρῶτον οἶδι τ' ἦσαν ἐγχειρεῖν καὶ κατατολιᾶν τῶν Φιαλέων ὄρωντες δὲ τὰς πολίτας ὁμοθυμαδὸν ἀθροισμένους πρὸς τὴν βοήθειαν, ἀπέστησαν τῆς ἐπιβολῆς. σπείσάμενοι δὲ, καὶ λαβόντες τὰς αὐτῶν ἀποσκευάς, ἀπῆλθον ἐκ τῆς πόλεως· οἱ δὲ Φιαλεῖς διαπρεσβευσάμενοι πρὸς τὸν Φίλιππον, ἐνεχείρισαν σφᾶς αὐτὰς καὶ τὴν πόλιν.

80. Ἐτι δὲ τέτων πραττομένων οἱ Λεπρεῖται καταλαβόμενοι τόπον τινα τῆς πόλεως, ἠξίου ἐκχωρεῖν τῆς ἀρχας καὶ τῆς πόλεως τὰς Ἡλείας, καὶ τὰς Αἰτωλὰς, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς παρὰ Λακεδαιμονίων ἦκε γὰρ καὶ παρ' ἐκείνων αὐτοῖς βοήθεια. τὸ μὲν ἔν πρῶτον οἱ περὶ τὸν Φυλίδαν ἢ προσεῖχον, ἂλλ' ἔμενον, ὡς καταπληξόμενοι τὰς ἐν τῇ πόλει. τῆ δὲ βασιλείᾳ εἰς μὲν τὴν Φιαλίαν Ταυρίωνα μετὰ στρατιωτῶν ἐξαποσεύλαντος, τῆ δὲ προάγοντος εἰς τὸ Λέπρεον, καὶ συνεγίζοντος ἤδη τῇ πόλει συνέντες οἱ περὶ τὸν Φυλίδαν, ἐταπεινώθησαν. οἱ δὲ Λεπρεῖται προσεβρώθησαν ταῖς ὁρμαῖς. καλὸν γὰρ δὴ τῆτο

rum exemplum Hypanae ciues et habitatores. cum quidem etiam Phialenses de iis quae in Tryphalia acciderant facti certiores, societatem Aetolorum auersati animis, aream vbi Polemarchorum curia erat, siue statio, vi armata occupant. Aetoli vero piratae qui ad praedam faciendam ex agro Messeniaco Phialae morabantur; quum principio, mouendi se et tentandi aliquid aduersus Phialenses animum prae se tulissent: mox vbi conspirare omnes ciues ad vim arcendam senserunt, incepto defititeri: ac deinde accepta fide cum omnibus sarcinis suis vrbe excefferunt. Phialenses oratoribus, ad Philip-pum missis, seque et suam illi urbem tradunt.

80. Dum haec agebantur, Lepreatae parte vrbis suae occupata, vt arce et oppido exeant Elei atque Aetoli postulant: itemque illi quos Lacedaemonii, auxilii caussa istis submiserant. nihil principio hic motus Phylidam turbauit: neque eo segnus in tenenda vrbe perstitit, tamquam oppidanis terrorem iniecturus. vbi vero Philippus Taurionem cum praesidio militum Phialiam misit; atque ipse Lepreum versus itinere suscepto, appropinquare vrbi iam coepit; Phylidas re cognita, animum despondere: Lepreatae contra eo nuntio confirmati, animosiores fieri. Praeclarum enim



Λεπρεάταις ἔργον πέπρακται, τὸ χιλίων μὲν ἔνδον ὄντων Ἠλείων, χιλίων δὲ σὺν τοῖς πειραταῖς Αἰτωλῶν, πεντακοσίων δὲ μισθοφόρων, διακοσίων δὲ Λακεδαιμονίων πρὸς δὲ τάτοις, τῆς ἄκρας κατεχομένης ὅμως ἀντιποιήσασθαι τῆς τῶν ἑαυτῶν πατρίδος, καὶ μὴ πρόβῃαι τὰς σφετέρας ἐλπίδας. ὁ δὲ Φυλίδας ὄρων τὰς Λεπρεάτας ἀνδρωδῶς ὑφισταμένους, καὶ τὰς Μακεδόνας ἐγγίζοντας, ἐξεχώρησε τῆς πόλεως, ἅμα τοῖς Ἠλείοις, καὶ τοῖς παρὰ τῶν Λακεδαιμονίων. οἱ μὲν ἔν περὶ τῶν Σπαρτιατῶν Κρήτες διὰ τῆς Μεσσηνίας εἰς τὴν οἰκίαν ἐπανῆλθον· οἱ δὲ περὶ τὸν Φυλίδαν ἐποιῶντο τὴν ἀπόλυσιν ὡς ἐπὶ τὸ Σαμικόν· τὸ δὲ τῶν Λεπρεατῶν πλῆθος ἐγκρατὲς γεγονὸς τῆς πατρίδος, ἐξάπέσθη πρὸς βουτὰς, ἐγχειρίζοντας τῷ Φιλίππῳ τὴν πόλιν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀνάσας τὰ γεγονότα, τὴν μὲν λοιπὴν δύναμιν εἰς τὸ Λέπρεον ἀπέστειλε· τὰς δὲ πελτακὰς καὶ τὰς ἐυζώνους ἀναλαβῶν ἠγεῖτο, συναΐσαι σπεύδων τοῖς περὶ τὸν Φυλίδαν καταλαβῶν δὲ, τῆς μὲν ἀποσκευῆς ἐγκρατῆς ἐγένετο πάσης· οἱ δὲ περὶ τὸν Φυλίδαν κατετάχισαν εἰς τὸ Σαμικόν παραπεσόντες. προστρατοπεδεύσας δὲ τῷ χωρίῳ, καὶ τὴν λοιπὴν ἐπιστατάμενος ἐκ τῆς Λεπρεῆς δύναμιν, ἔμφασιν ἐποίησε τοῖς ἔνδον ὡς πολιορκήσων τὸ χωρίον. Οἱ δ' Αἰτωλοὶ μετὰ τῶν Ἠλείων ἔδην ἔχοντες ἑτοιμον πρὸς πολιορκίαν πλὴν χειρῶν, καταπλαγέντες τὴν περίσασιν ἐλά-

vero Lepreatarum hoc facinus existit: quod in vrbe ipso- rum quum essent Elei mille, mercenarii quingenti, Lacedaemonii ducenti; ad haec in hostium potestate quum arx esset; de patria tamen liberanda cogitare sunt ausi, neque propriam salutem ignavia prodiderunt. Phylidas vbi animose et fortiter resistere sibi Lepreatas videt, vrbe cum Eleis, et qui Lacedaemone venerant, excedit. ac Cretenso quidem, quos Spartiatae miserant, per Messeniam in patriam redierunt, Phylidas vero Samicum se recepit: Lepreatae post recuperatam patriam, decreta ad Macedonem legatione, urbem suam Philippo in potestatem tradunt. Rex nuntio eius rei accepto, reliquas copias Lepreum proficisci iubet: ipse cum cetratis et expeditis ire pergit, habens in animo praelium cum Phylida committere: quem consecutus, impedimentis quidem omnibus et praeda potitur: at Phylidas summa celeritate vsus, Samicum prius quam caperetur irrupit. Rex ante Samicum positis castris, et reliquo exercitu qui Leprei erat, accito, speciem oppidanis praebat, quasi urbem obsidere vellet. Itaque Aetoli et Elei, quibus ad tolerandam obsidionem praeter manus suas nihil prouisum vsquam erat, inopinato malo perterriti, de impunitate sua mentionem

λαν περι ἄσφαλείας πρὸς τὸν Φίλιππον. λαβόντες δὲ συγχάριμα, μετὰ τῶν ὀπλων ποιήσασθαι τὴν ἀπόλυτιν, ἔτοι μὲν ὤρμησαν εἰς τὴν Ἠλείαν, ὃ δὲ βασιλεὺς τῷ μὲν Σαμικῷ παραυτίκα κύριος ἐγένετο. μετὰ δὲ ταῦτα παραγενομένων πρὸς αὐτὸν καὶ τῶν ἄλλων μεθ' Ἰκετηρίας, παρέλαβε Φοῖξαν, Στυλαίγιον, Ἐπειὸν, Βωάκκα, Πύργον, Ἐπιτάλιον. Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος, ἐπανῆλθε πάλιν εἰς τὸ Λέπρεον, πᾶσαν ὕφ' ἑαυτὸν ποιησάμενος τὴν Τρυφαλίαν, ἐν ἡμέραις ἕξ. παρακαλέσας δὲ τὰς Λεπρεάτας τὰ πρέποντα τῷ καιρῷ, καὶ Φυλακὴν εἰσαγαγὼν εἰς τὴν ἄκραν, ἀνέβη ἕξ μετὰ τῆς δυνάμεως ἐφ' Ἡραίας ἀπολιπὼν ἐπιμελητὴν τῆς Τρυφαλίας Λαδικὸν τὸν Ἀκαρνᾶνα. παραγενομένου δ' εἰς τὴν προειρημένην πόλιν, τὴν μὲν λείαν διένειμε πᾶσι τὴν δ' ἀποσκευὴν ἀναλαβὼν ἐκ τῆς Ἡραίας, ἦλθε μέσσω χειμῶνος εἰς Μεγάλην πόλιν.

81. Κατὰ δὲ τὰς αὐτὰς καιρὰς Φίλιππος ἔπραττε τὰ κατὰ τὴν Τρυφαλίαν, καὶ Χίλων Λακεδαιμόνιος, ὑπολαμβάνων αὐτῷ καθῆκειν κατὰ γένος τὴν βασιλείαν, καὶ βαρέως φέρων τὴν γεγενημένην ὑπεροψίαν περὶ αὐτὸν ἐκ τῶν Ἐφόρων ἐν τῇ κατὰ τὸν Λυκῆργον κρίσει περὶ τῆς βασιλείας, κινεῖν ἐτεβάλετο τὰ καθεστῶτα. νομίσας δὲ, εἰ τὴν ὁδὸν τὴν αὐτὴν εἰλθοὶ Κλεομένηι, καὶ τοῖς πολλοῖς ὑποδείξαι τὴν ἐλπίδα τῆς κληρονομίας καὶ τῶν ἀναδασμῶν, ταχέως ἐπα-

fecerunt apud Philppum: quo concedente vt cum armis exirent, in Eleam sese receperunt. Rex sine mora Samico potitur. deinde ad ipsum accedentibus cum infulis etiam aliis populis, accepit in fidem Phrixam, Styllagium, Epium, Bolacem, Pyrgum, Epitalium. Secundum haec Lepreum repetit, sex dierum spatio vniuersa Tryphalia in potestatem redacta. Deinde vbi apud Lepreatas ea disse-ruisset quae res et tempus monebant, inducto in arcem praesidio, vasis conclamatis Heraeam castra mouet; relicto in Tryphalia Ladico Acarnane, cui rerum omnium curam commisit. Heraeam vt ventum, ceteram quidem praedam inter omnes diuisit: impedimentis vero exercitus acceptis, ex Heraea Megalopolin media hieme contendit.

81. Dum in Tryphalia haec a Philippo geruntur, Chilo Lacedaemonius existimans regnum ad se praerogatiua generis pertinere, animoque ferens iniquo spretum se ab Epioris, quando regnum Lycurgo potius quam sibi detulerant; ad res nouandas animum appulit. et qui persuasum haberet, si exemplo Cleomenis et aliorum multorum, spem populo ostenderet nouae diuisionis agrorum et fortitionis initauran-

κολυθήσειν αὐτῶ τὸ πλῆθος, ἄρ-  
 μησε πρὸς τὴν πρᾶξιν. συμφρο-  
 νήσας δὲ περὶ τῶν πρὸς τὰς Φί-  
 λας, καὶ λαβῶν τὰς κοινωνίας τῆς  
 τόλης εἰς διακοσίας τὸ πλῆθος,  
 ἐγένετο πρὸς τὸ τυντελεῖν τὴν ἐπί-  
 νοϊαν. Θεωρῶν δὲ μέγιστον ἐκπό-  
 διον ὑπάρχειν αὐτῶ πρὸς τὴν ἐπι-  
 βολὴν τοῦ Λυκῆργου καὶ τὰς Ἐ-  
 φόρας τὰς προειδέντας ἐκείνῃ τὴν  
 βασιλείαν, ἄρμησε πρῶτον ἐπὶ  
 τῆς. τὰς μὲν ἔν Ἐφόρας δε-  
 πνῆντας καταλαβῶν, πάντας αὐ-  
 τὰς κατέσφαξε, τῆς τύχης τὴν  
 ἀρμόζουσαν αὐτοῖς ἐπιδείξας δί-  
 κην. καὶ γὰρ ὑπὲρ αὐτῶ καὶ ὑπὲρ  
 ταῦτ' ἔπαθον, δικαίως αὐτὰς ἄν-  
 τις φήσεις παπονθέναι. ὁ δὲ  
 Χίλων τὰ κατὰ τῆς συνταλα-  
 σάμενος παρῆν ἐπὶ τὴν οἰκίαν τῆ  
 Λυκῆργου καὶ κατέλαβε μὲν ἔν-  
 δον, ἔ μὴν ἠδυνήθη γ' ἐγγρατῆς  
 αὐτῆ γενέσθαι. διὰ γὰρ τινῶν Φί-  
 λων καὶ γειτόνων ἐκκλαπίεις καὶ  
 διαδράς, ἔλαθεν αὐτόν. ἔτος  
 μὲν ἔν ἀνεχώρησε ταῖς ἀνοδίαις,  
 εἰς τὴν ἐν τῇ Τριπόλει προσαγο-  
 ρευομένην Πελοπόννησον. Ὁ δὲ Χί-  
 λων ἀπεσφαλιμένος τῆ κυριωτά-  
 τα πρὸς τὴν ἐπιβολὴν, ἀθύμως  
 διέκειτο· πράττειν δ' οὐ μὴν ἠναγ-  
 κάζετο τὸ συνεχές. Διόπερ εἰς  
 τὴν ἀγορὰν εἰσβαλὼν, τοῖς μὲν  
 ἐχθροῖς προσέφερε τὰς χεῖρας,  
 τὰς δ' οἰκίαις καὶ Φίλας παρεκά-  
 λει, τοῖς δὲ λοιποῖς ὑπεδείκνυε τὰς  
 ἄρτι ῥηθείσας ἐλπίδας· ἄδενός  
 δὲ προσέχοντος αὐτῶ, τὰναντία  
 δὲ συστροφόμενων ἐπ' αὐτὸν τῶν  
 ἀνδρῶν, συννοήσας τὸ γιγνώ-  
 μενον, ἀπεχώρει λαθραίως· καὶ

dae, extemplo secuturam esse  
 multitudinem; ad id consilium  
 exsequendum se accinxit. Igitur,  
 re cum amicis communi-  
 cata, nactus circiter ducentos  
 qui secum conspirarent, id  
 agebat, ut rem quam primum  
 ad finem perduceret. Sed quia  
 non ignorabat, praecipuo sibi  
 impedimento in iis quae para-  
 bat Lyeurgum ipsum fore, et  
 Ephoros, qui regem illum  
 creauerant, in hos primum se-  
 cit impetum. et quum Epho-  
 ros coenantes inuenisset, in  
 ipsa coenatione omnes truci-  
 dauit. Fortuna ab iis poenas  
 exigente quas erant commere-  
 riti. nam siue illum spectes  
 a quo occidebantur, siue il-  
 lum cuius gratia, dices hoc il-  
 los fuisse dignos exitio. Chi-  
 lon patrata horum caede, re-  
 cta ad Lyeurgum, et inuenit  
 quidem illum domi: sed ut  
 ipso potiretur efficere non po-  
 tuit: amicorum enim et vici-  
 norum opera furtim abreptus,  
 inscio Chilone aufugit euasit-  
 que: deinde per vias inuias Pel-  
 lenen in Tripoli, ut vocant,  
 se contulit. At Chilo, quod  
 in ea re frustra fuerat, quae  
 ad destinata perficienda erat  
 praecipua, nihil boni ille qui-  
 dem de exitu ominabatur:  
 pergere tamen de cetero ut  
 inceperat, cogebatur. Itaque  
 in forum magna vi irrumperе,  
 inimicis manus afferre; ne-  
 cessarios et amicos hortari; ce-  
 teris spes illas, de quibus dixi-  
 mus, ostentare. quum nemo ra-  
 tionem illius haberet, sed e con-  
 trario potius, aduersus illum



διελθὼν τὴν χώραν, ἦκε μόνος εἰς τὴν Ἀχαιῶν ἐκπεπτωκῶς. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι δέσσαντες τὴν τῆ Φιλίππου παρσίαν, τὰ ἀπὸ τῆς χώρας ἀπεσκευάζοντο, καὶ τὸ τῶν Μεγαλοπολιτῶν Ἀθήναιοι κατασκάψαντες ἐξέλιπον. Λακεδαιμόνιοι μὲν ἔν ἀπὸ τῆς Λυκεργε νομοθεσίας, καθίστη χρησάμενοι πολιτεία, καὶ μεγίστην ἔχοντες δύναμιν, ἕως τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης, αὐτῆς ἐπὶ τὰναντία τραπίσης αὐτοῖς τῆς τύχης, καὶ τῆς πάλιν ἐπὶ τὸ χεῖρον αἰεὶ καὶ μᾶλλον τῆς πολιτείας αὐτῶν προβαυνέσης, τέλος πλείων μὲν πόνων καὶ σάσεων ἐμφυλίων πείραν εἶχον· πλείοσι δ' ἐπάλαυσαν ἀναδασμοῖς καὶ Φυγαῖς· πικροτάτης δὲ δικλείας πείραν ἔλαβον, ἕως τῆς Νάβιδος τυραννίδος· οἱ τὸ πρὶν εἰς τὴν οὐρανὸν ἀναχέσθαι βραδίως αὐτῆς. Τὰ μὲν ἔν παλαιῇ καὶ τὰ πλείω περὶ Λακεδαιμονίων εἰς ἐνάτερον μέρος παρὰ πολλῶν εἰρηται· τὰ δ' ἐναργέστατα, (αὐτὰ δ' ἐστὶν, ἀφ' ἧς Κλεομένης ὀλοχερῶς κατέλυσε τὸ πάτριον πολίτευμα) νῦν ὑφ' ἡμῶν ῥηθήσεται κατὰ τὰς ἀρμόζοντας αἰεὶ καιρῶς.

82. Ὁ δὲ Φίλιππος ἀναξεύξας ἐκ τῆς Μεγάλης πόλεως, καὶ πορευθεὶς διὰ τῆς Τεγέας, παρὴν εἰς Ἄργος, καὶ κεῖ τὸ λοιπὸν μέρος τῆ χειμῶνος διέτριβε. κατὰ τε τὴν λοιπὴν ἀνα-

coitiones a ciuibus fierent, re animaduersa, clam se subducit: Laconicamque emensus vniuersam, extorris a patria in Achaiam solus concessit. Lacedaemonii praesentia Philippi territi, omnes raris copias convehunt; et Athenaeum Megalopolitanorum euertunt atque deferunt. Ita ergo Lacedaemonii, qui post latas a Lycurgo leges pulcherrima Reip forma vfi fuerant maximamque potentiam ad praelium vsque Leuctricum obtinuerant: postquam fortunam ipsis in contrarium vertit, coepitque eorum Resp. magis magisque in dies retro sublabi, ac ferri in peius: ad extremum aerumnas plurimas, seditionesque intestinas sunt experti; repetitis agrorum diuisionibus atque exiliis saepissime sunt agitati; acerbissimam denique feruitutem seruiuerunt, ad Nabidis vsque tyrannidem: qui tamen olim ne nomen quidem ipsum tyrannidis ferre poterant. Sed Lacedaemoniorum res antiquitus gestas, atque adeo pleraque omnia illorum in vtramque partem multi edisseruerunt: verum euidentissima omnium illa sunt, quae post euersam funditus antiquam Rempublicam a Cleomene sunt consecuta, de quibus, prout cuiusque rei tempus venerit, sumus dicturi.

82. Philippus Megalopoli profectus, per Tegeam ducto agmine Argos venit, ibique reliquam hiemis partem egit: tum propter ceteram vitam, tum ob rerum gestarum magni-

εροφὴν καὶ κατὰ τὰς πράξεις  
 τεθαυμασμένος ὑπὲρ τὴν ἡλι-  
 κίαν, ἐν ταῖς προειρημέναις  
 στρατείαις. Ὁ δ' Ἀπελλῆς,  
 εἰς ὡς ἔληγε τῆς ἐπιβολῆς,  
 ἀλλ' οἷός τ' ἦν ἔχειν ὑπὸ τὸν  
 ζυγὸν τῷ κατὰ βραχὺ τῆς  
 Ἀχαιοῖς. ὄρων δὲ τῇ τοιαύτῃ  
 προθέσει τὰς περὶ τὸν Ἄρα-  
 τον ἐμποδῶν ἰσαμένους, καὶ  
 τὸν Φίλιππον αὐτοῖς προσέ-  
 χοντα, καὶ μᾶλλον τῷ πρῶ-  
 σβυτέρῳ, διὰ τε τὴν πρὸς Ἀν-  
 τίγονον σέβασιν, καὶ διὰ τὸ  
 πλείον ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς ἰχθυεῖν  
 καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἐπιειχί-  
 τητα καὶ κνηχεῖαν ταύτης,  
 περὶ τῆς ἐπαβάλετο γίνεσθαι,  
 καὶ κατοπραγεῖν τοιαύτην  
 νικητικῶν. ἐξατάζων τὰς ἀν-  
 τιπολιτευομένους τοῖς περὶ τὸν  
 Ἄρατον τινές εἰσιν, ἐκάστος ἐκ  
 τῶν πόλεων ἐπεπάσατο, καὶ  
 λαμβάνων εἰς τὰς χεῖρας ἐψυ-  
 χαγῶγει, καὶ παρεκάλει πρὸς  
 τὴν ἐκυτῶν Φιλίαν. συνίστανε  
 δὲ καὶ τῷ Φιλίππῳ, προσεπι-  
 δεκνύων αὐτῷ παρ' ἑαυτοῦ  
 ὡς εἴαν μὲν Ἄρατῳ προσέχη,  
 χρήσεται τοῖς Ἀχαιοῖς κατὰ  
 τὴν ἔγγραπτον συμμαχίαν·  
 εἴαν δ' αὐτῷ πείθεται, καὶ  
 τοιαύτης προσλαμβάνῃ Φίλιαν,  
 χρήσεται πᾶσι τοῖς Πελοπον-  
 νησίοις κατὰ τὴν αὐτῆ βέλη-  
 σιν. περὶ τε τῶν ἀρχαιρε-  
 σίων ἐνθὺς ἐσπάδαζε, βυλό-  
 μενος τῆτων τινὶ περιποιῆσαι  
 τὴν στρατηγίαν· τὰς δὲ περὶ  
 τὸν Ἄρατον ἐμβαλεῖν ἐκ τῆς  
 ὑποθέσεως. δι' αὐτὸν δὲ καὶ πεί-

tudinem, maiorem quam pro  
 aetate admirationem hominum  
 ex narratis haecenus expeditioni-  
 bus consecutus. Apelles vero  
 ille de quo diximus, ne sic qui-  
 dem a proposito discedebat;  
 quin id agere ipsum apparebat,  
 ut paullatim progrediendo A-  
 chaeos iugo subderet. Ac quo-  
 niam inceptum suum ab Arato  
 utroque videbat impediri: (mag-  
 ni enim Philippus eos facie-  
 bat, maiorem natu praesertim  
 Aratum; tum propter notitiam  
 quae illi cum Antigono inter-  
 cesserat; tum quod auctoritate  
 in Achaeorum gente plurimum  
 valebat; maxime vero propter  
 singularem hominis dexterita-  
 tem et prudentiam: ) hos sibi  
 adoriendos esse statuit, et astu  
 aliquo circumueniendos: ita  
 autem fecit. Cura adhibita ut  
 eos, qui ab Aratis in Rep. diffi-  
 debant, nosset, quinam essent,  
 omnes ex suis urbibus ad se vo-  
 care, admissosque in familiari-  
 tatem blanditiis pellicere, ut  
 iungere secum amicitiam vel-  
 lent vltro hortari, eosdem apud  
 Philippum in gratiam ponere.  
 cui quidem hoc subinde cona-  
 batur demonstrare; si Arato ad-  
 haereret, ex formula societatis  
 agendum ipsi fore cum Achaeis:  
 sin autem sibi morem gereret,  
 atque hosce potius amicos sibi  
 adiungeret, cum vniverfis Pello-  
 ponnensis ex animi sententia  
 ipsum acturum. Max et ad co-  
 mitia curam conuertit; id stu-  
 dens, ut aliquis istorum opera  
 sua praeturam consequeretur:  
 et ut Aratos ab administratione  
 rerum velut ex argumento fa-

Θει Φίλιππον παραγενέσθαι πρὸς τὰς τῶν Ἀχαιῶν ἀρχαιρεσίας εἰς Αἴγιον, ὡς εἰς τὴν Ἥλειαν ἅμα ποιέμενον τὴν πορείαν. πειθέντος δ' αὐτῶ τῆ βασιλέως, παρῶν αὐτὸς ἐπὶ τῆ κειρῆ, καὶ πρὸς μὲν παρακλιῶν, οἷς δ' ἀνατεινόμενος, μόλις μὲν ἤνυσε, κατεκράτησε δ' ἔν ὅμως τῆ γενέσθαι στρατηγὸν Ἐπήρατου Φαρραεῖα· τὸν δὲ Τιμόξενον ἐκπεσεῖν, τὸν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀρατον εἰσαγόμενον.

83. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀναζεύξας ὁ βασιλεὺς, καὶ ποιητάμενος τὴν πορείαν διὰ Πατρῶν καὶ Δύμης, ἦκε πρὸς τὸ Φρέριον, ὃ καλεῖται μὲν Τεῖχος, πρόκειται δὲ τῆς Δυμαίων χώρας· κατέχου δ' αὐτὸ μικροῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, καθάπερ ἀνώτερον εἶπον, οἱ περὶ τὸν Εὐριπίδαν. σπεύδων δὲ τῆτο κατὰ πάντα τρόπον ἀνακομίσασθαι τοῖς Δυμαίοις, προετραποπέδευσε μετὰ πάσης δυνάμεως. καταπλαγόντες δ' οἱ Φυλάττοντες τῶν Ἥλειῶν, παρέδωσαν τὸ Φρέριον τῷ Φιλίππῳ· χωρίον ἔ μέγα μὲν, ἡσθαλισμένον δὲ διαφερόντως. τὴν μὲν γὰρ περίμετρον ἔχει ἔ πλείω τριῶν ἡμισαδίων· τὸ δ' ὕψος τῆ τείχους, ἔδαμῆ τριάκοιτα πήχων ἔλαττον. παραδὲς δὲ τῆτο τοῖς Δυμαίοις, ἐπήει πορθεῶν τὴν τῶν Ἥλειῶν χώραν· φθείρας δὲ ταύτην, καὶ πολλὴν περιβαλλόμενος λείαν, ἐπανῆλθε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς τὴν Δύμην.

84. Ὁ δ' Ἀπελλῆς δοικῶν ἠνυκένου τι τῆς προδέσεως, τῆ δὲ

bulae, submoueret. propterea auctor est Philippo, vt per speciem itineris in Eleam, ad comitalem conuentum Achaeorum Aegium ipse veniat. Paret consilio rex; et in ipso tempore adest in loco. vbi, alios rogando, alios minis terendo, aegre ille quidem, sed tamen obtinet tandem, vt praetor crearetur Eperatus Pharaeensis; et vt repulsam Timoxenus pateretur, quem Aratus commendabat.

83. Post haec castra rex movet, ac per Patras et Dymam transiens, ad castellum accedit, Tichos dictam; quod in aditu situm est terrae Dymaeorum, non multo ante, sicut antea diximus, ab Euripida occupatum. Id castellum Philippus quum vehementissime optaret Dymaeis recuperare, ante ipsum cum vniuerso exercitu confedit. ac statim praesidium Eleorum quod intus erat, prae metu castellum regi tradidit: locum non magnum illum quidem, sed excellenter munitum: cuius ambitus, maior non est stadio vno cum dimidio: altitudo vero muri, nusquam minor cubitis triginta. Rex Dymaeis Tichos tradit; deinde per omnem Eleorum agrum populabundus infestum agmen ducit: tum ea vastata, onustum praeda ingenti exercitum Dymam reducit.

84. Apelles autem qui se existimabat promouisse nonni-



αὐτῆ καθεστᾶσθαι τὸν τῶν Ἀχαιῶν στρατηγὸν, αὐθις ἐνεχίρει τοῖς περὶ τὸν Ἄρατον, βεβλόμενος εἰς τέλος ἀποστᾶσθαι τὸν Φίλιππον ἀπὸ τῆς πρὸς αὐτὴς Φιλίας. ἐπεβάλετο δὲ τὴν διαβουλὴν πλάττειν διὰ τοιαύτης τιμῆς ἐτιμοίας. Ἀμφίδαμος ὁ τῶν Ἠλείων στρατηγὸς ἐν ταῖς Θαλάμεις ἀλλῆς ἅμα τοῖς συμπεφροσῖσι, καθάπερ ἀνώτερον ἡμῖν εἰρηθῆ περὶ τῆτων, ὡς ἦκε μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων ἀγόμενος εἰς Ὀλυμπίαν, ἔσπευτε διὰ τινῶν εἰς λόγους εἰσελθεῖν τῷ βασιλεῖ. τυχὼν δὲ τῆτος, διελέγετο, Φάσιων εἶναι δυνατὸς ἐπαγαγέσθαι τὰς Ἠλείους εἰς τὴν πρὸς αὐτὸν Φιλίαν καὶ συμμαχίαν. ὁ δὲ Φίλιππος πειθεῖς, ἐξάπεσε τὸν Ἀμφίδαμον χωρὶς λύτρων· καλεύσας ἐπαγγέλλεσθαι τοῖς Ἠλείοις, εἰ ἐὰν ἔλονται τὴν πρὸς αὐτὸν Φιλίαν, ὅτι τὰ μὲν αἰχμαλώτα πάντα χωρὶς λύτρων ἀποδώσει, τῇ δὲ χάρα τὴν αὐτὴν Φάσειαν αὐτὸς ἀπὸ πάντων τῶν ἐπὶ παρασκευάσει· πρὸς δὲ τῆτοις, αὐτὴς ἐλευθέρους, ἀφρορήτας, ἀφορολογήτας, χρωμένους τοῖς ἰδίοις πράγμασι διατηρήσει. Οἱ μὲν ἔν Ἠλείοι διακῆσαντες τῆτων, εἰδὲν προσέχον, καίπερ ἐπισπασικῶν καὶ μεγάλων εἶναι δοκόντων τῶν προτεινομένων. ὁ δὲ Ἀπελλῆς ἐκ τῆτος τῆ πράγματος πλάσας τὴν διαβολὴν, προσήνεγκε τῷ Φιλίππῳ, Φάσιων τὰς περὶ τὸν Ἄρατον ἐκ εἰληρικῆ τὴν Φιλίαν ἄγειν πρὸς τὰς Μακεδόνας, εἰδ' ἀληθῶς εὐνοεῖν αὐτῷ. καὶ γὰρ νῦν, τῆς

hil in suo incepto, quod ex animi sui sententia praetor Achaeorum fuerat creatus, Aratos iterum est aggressus; quo penitus ab eorum amicitia Philippum abduceret. Igitur calumniam fingere hoc sere modo institit. Amphidamus Eleorum dux, qui Thalamis, una cum ceteris qui eo confugerant, sicut antea exposuimus, fuerat captus, postquam inter reliquos captivos ductus, Olympiam venit, per certos homines operam dedit, ut cum rege colloqueretur. qua re impetrata, eiusmodi sermonem apud eum habuit, ut in sua potestate esse diceret, Eleos regi amicos et socios reddere. cui fidem habens Philippus, sine pretio ipsum dimisit: iussum promittere Eleis, si amicitiam secum velint iungere, omnes se captivos gratis restitutum: agro securitatem ab omni externo hoste praestitutum: ad haec libertatem ipsis suam conservatum, ita ut sine ullo praesidio, sine ullius stipendii pensitatione, legibus suis utantur. Et si autem hae quae offerebantur conditiones amplae erant et ad pelliciendum efficaces; Eleos tamen cum illas audirent nihil quicquam moverunt. Hinc data occasio Apelli fingendae calumniae, quam ad Philippum detulit Aratos incusans, quasi parum sincere amicitiam cum Macedonibus colerent, parumque sincero affectu regis studerent commodis. Nam et quod alieno ab rege nunc animo sint Elei,

Ἠλείων

Ἡλείων ἀλλοτριότητος τέττες αὐ-  
 τῆς γεγονέναι. Καθ' ὃν γὰρ και-  
 ρὸν Ἀμφίδαμον ἐξ Ὀλυμπίας εἰς  
 Ἡλιν ἀπέσειλε, τέττες ἔφη κατ'  
 ἰδίην λαβόντας, ἐπιτρέψαι τὸν  
 ἄνθρωπον, καὶ λέγειν, ὅτι κατ'  
 ἄδυνα τρόπον συμφέροι τοῖς Πε-  
 λοποννησίοις τὸ γενέσθαι Φίλιπ-  
 πον Ἡλείων κύριον· καὶ διὰ ταύ-  
 την τὴν αἰτίαν, πάνθ' ὑπεριδόν-  
 τας τὰ προτεινόμενα τὰς Ἡλείας,  
 διατηρεῖν μὲν τὴν πρὸς Αἰτωλῶς  
 Φιλίαν, ὑπομένειν δὲ τὸν πρὸς  
 Μακεδόνας πόλεμον.

85. Τὸ μὲν ἐν πρῶτον Φίλιπ-  
 πος δεξάμενος τὰς λόγους, καλεῖν  
 ἐκέλευε τὰς περὶ τὸν Ἀρατον,  
 καὶ λέγειν ἐναντίον ἐκείνων ταῦ-  
 τα τὸν Ἀπελλῆν· τῶν δὲ παρα-  
 γενομένων, ἔλεγε τὰ προειρημέ-  
 νη τολμηρῶς καὶ καταπληκτικῶς  
 ὁ Ἀπελλῆς· καί τι προσεπέειπε  
 τοῖσιν ἔτι σιωπῶντος τῷ βασι-  
 λέως· ἐπέειπε ἄτως ἀχαρίστους ὑ-  
 μᾶς ὁ βασιλεὺς, Ἀρατε, καὶ  
 λίαν ἀγνώμονας εὐρίσκει, κρίνει  
 συναγαγὼν τὰς Ἀχαιῆς, καὶ πε-  
 ρὶ τῶν ἀπολογισμῶς ποιησάμε-  
 νος, ἀπαλλάττεσθαι πάλιν εἰς Μα-  
 κεδονίαν. ὁ δὲ πρῶτος Ἀ-  
 ρατος ὑπολαβὼν, καθόλου μὲν  
 ἠξίε τὸν Φίλιππον, μηδενὶ τῶν  
 λεγομένων ὀξέως μηδ' ἀκρίτως  
 μηδέποτε πιθεύειν· ὅταν δὲ κα-  
 τά τινος τῶν Φίλων ἢ συμμάχων  
 προσπέσῃ τις αὐτῷ λόγος, τὸν ἀ-  
 κριθέτερον ἔλεγχον ποιεῖσθαι, πρὶν  
 ἢ δεῖξασθαι τὴν διαβολήν. καὶ γὰρ  
 βασιλικὸν εἶναι τὸ τοῖσιν, καὶ πρὸς  
 πάντων συμφέρον. Διὸ καὶ νῦν ἠξίε  
 περὶ τῶν ὑπ' Ἀπελλῆ λεγομένων,  
 καλεῖν τὰς ἀνηκούσας, ἀγεῖν εἰς τὸ

in causâ ipsos esse. quo  
 enim tempore Amphidamus  
 Elidem ab Olympia ire est  
 iussus, Aratos seductum ho-  
 minem conuenisse et in aliam  
 traduxisse sententiam; cum  
 dicerent, plane non expedire  
 Peloponnesiis, vt Eleos Phi-  
 lippus in potestate habeat: at-  
 que hanc esse causam, cur  
 Elei spretis omnibus quae a  
 Philippo offerebantur, in Ae-  
 tolorum amicitia manentes,  
 bellum aduersus Macedones  
 tolerant.

85. Haec vt primum Phi-  
 lippus audiuit, Aratos vocari  
 iubet; vt coram ipsis eadem  
 Apelles diceret. venire illi:  
 Apelles quae dixerat repetere  
 audacter et minaci vultu: qui  
 etiam rege adhuc silente, eius-  
 modi dictum adiecit. Quan-  
 doquidem vsque adeo ingratos  
 rex vos experitur, Arate,  
 beneficiis suis tam insigniter  
 indignos; sedet illi animo  
 Achaeorum concilium con-  
 vocare, et vbi de his rebus  
 verba apud illos fecerit, in  
 Macedoniam reuerti. excipit  
 sermonem maior natu Aratus;  
 et cum in vniuersum monet Phi-  
 lippum, ne quicquam temere  
 aut inconsiderate eorum quae  
 audierit credat: tum vero  
 quoties aut amici aut focii ac-  
 cusatio aliqua delata fuerit,  
 diligentissime vt omnia prius  
 inquirat, quam accusationi fi-  
 dem habeat. nam et regium  
 hoc esse, et ad omnia condu-  
 cible. Non igitur aequum  
 censere, vt ad illa diiudican-  
 da quae dicebat Apelles, vo-  
 caret eos qui audierant; pro-



μέσον τὸν εἰρηκότεα πρὸς αὐτὸν, μὴδὲν παραλιπεῖν τῶν δυνατῶν εἰς τὸ γυῶναι τὴν ἀλήθειαν, πρὶν ἢ πρὸς τὰς Ἀχαιῶς ἀνακαλύπτειν τὶ τῶτων.

86. Τῷ δὲ βασιλεῶς, εὐκρασή-  
σαυτος τοῖς λεγομένοις, καὶ Φί-  
σαυτος ἐκ ὀλιγαρήσειν, ἀλλ' ἐξε-  
τάσειν, τότε μὲν διελύθησαν.  
ἐν δὲ ταῖς ἐξῆς ἡμέραις ὁ μὲν  
Ἀπελλῆς ἰδεύσαν ἀπόδειξιν  
προσῆγε τοῖς εἰρημένοις· τοῖς δὲ  
περὶ τὸν Ἄρατον ἐγένετό τι συγ-  
κέρεια τοιῶτον. Οἱ γὰρ Ἡλείοι  
καθ' ὃν καιρὸν ὁ Φίλιππος αὐ-  
τῶν ἐπόρθει τὴν χώραν, ὑπο-  
πτεύσαντες τὸν Ἀμφίδαμον, ἐπ-  
εβάλλοντο συλλαβεῖν, καὶ δῆσαν-  
τες εἰς τὴν Αἰτωλίαν ἐκπέμπειν.  
ὁ δὲ προκισθόμενος αὐτῶν τὴν ἐπί-  
νοιαν, ἀπεχώρησε τὰς μὲν ἀρ-  
χὰς εἰς Ὀλυμπίαν· μετὰ δὲ ταῦ-  
τα, πυθανόμενος τὸν Φίλιππον  
ἐν τῇ Δύμῳ περὶ τὴν τῶν λαφύ-  
ρων οἰκονομίαν διατρίβειν, ἔσπευ-  
σε πρὸς τῶτον διαπετεῖν. ὅθεν οἱ  
περὶ τὸν Ἄρατον ἀκίταντες τὸν  
Ἀμφίδαμον ἐκ τῆς Ἡλίδος ἐκ-  
πεττωτότα παρεῖναι, γινόμενοι  
περὶ χρεῖς, διὰ τὸ μὴδὲν αὐτοῖς  
συνεῖδέναι, προσεβόουσαν ἄουτο  
δεῖν τὸν βασιλῆα καλεῖν τὸν Ἀμ-  
φίδαμον· καὶ γὰρ εἰδέναι περὶ  
τῶν κατηγορημένων ἐκεῖνον βέλ-  
τιστα, πρὸς ἀνῆρθεῖν, καὶ δηλώ-  
σειν τὴν ἀλήθειαν· πεφευγότα  
μὲν ἐξ οἴου διὰ τὸν Φίλιππον,  
τὰς δ' ἐλπίδας ἔχοντα τῆς σω-  
τηρίας κατὰ τὸ παρὲν ἐν ἐκεῖνω.  
πειθεῖς δὲ τοῖς λεγομένοις, ὁ βα-  
σιλεύς, καὶ μεταπειψάμενος τὸν  
Ἀμφίδαμον, εἶρε τὴν διαβολὴν

duceret illum in medium, qui  
haec ipsi dixerat; nihil denique  
praetermitteret eorum, per  
quae ad veri cognitionem pos-  
set perueniri, priusquam Achae-  
is quicquam horum aperiret.

86. Approbante rege Arati  
sententiam, dicenteque, non  
neglecturum se eam rem, sed  
diligenter inquisitionem, tunc  
quidem ita discessum est. Pro-  
ximis ab hoc colloquio diebus,  
Apelle dictorum a se nullam  
probationem asserente, caus-  
sam Aratorum huiusmodi for-  
tuitus casus adiuvit. Elei, quo  
tempore ipsorum agrum Phi-  
lippus deuastabat, suspectam  
Amphidami fidem habentes,  
manus in illum iniiciendi, et  
vincitum in Aetoliam mittendi  
consilium inierant. ille prae-  
sentiens aliquid de eorum vo-  
luntate, Olympiam primo con-  
cessit; cognito deinde Philip-  
pum in curandis iis quae ad  
praedam pertinebant occupa-  
tum Dymae haerere, festinato  
ad illum se proripuit. Aratus  
vt accepit Amphidamum fuga  
elapsum, ex Elide aduenisse,  
alacer gaudioque exultans; vt  
qui nullius rei sibi esset con-  
scius, ad regem adire, orare vt  
Amphidamum ad se vocet: nam  
et scire hunc optime delati cri-  
minis veritatem: quando ipse  
sit, cui res fuerit communica-  
ta et quod res est vtique de-  
claraturum; qui in Philippi  
gratiam extorris ab solo patrio  
exulet, omnesque suas spes in  
praesentia fitas in ipso habeat.  
aequa Arati postulatio regi est  
visa: qui mox accito Amphi-  
damo, criminationem falsam



ἔσαν ψευδῆ· διὸ καὶ τὸν μὲν Ἄρατον ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας, αἰεὶ καὶ μᾶλλον ἀπεδέχετο καὶ κατηξίει· πρὸς δὲ τὸν Ἀπελλῆν, λοξότερον εἶχε· τῆ γε μὴν ὀλοχερεῖ προκατεχόμενος ἀποδοχῆ, πολλὰ παροραῖν ἠναγκάζετο τῶν ὑπ' αὐτῆ γινομένων.

87. Ὁ δ' Ἀπελλῆς ἑδαμῶς ἀφίστατο τῆς προθέσεως· ἀλλ' ἅμα μὲν τὸν Ταυρίωνα τὸν ἐπὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ τεταγμένων διέβραλλεν· ἐψέγων, ἀλλ' ἐπαινῶν, καὶ Φάσκων ἐπιτήδειον αὐτὸν εἶναι μετὰ τῆ βασιλείῳ ἐν τοῖς ὑπαίθεροις συνδιατρίβειν· βελλόμενος ἕτερον ἐπισαθῆναι δι' αὐτῆ ἐν τοῖς ἐν Πελοποννήσῳ πράγμασι. Καινὸς γὰρ δὴ τις ἔτος ἔυρηται τρόπος διαβολῆς, τὸ μὴ ψέγοντας, ἀλλ' ἐπαινεύοντας λυμαίνεσθαι τὰς πέλας. ἔυρηται δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον τοιαύτη κακεντρέχεια καὶ βασκανία καὶ δόλος ἐκ τῶν περὶ τὰς αὐλας διατριβόντων, καὶ τῆς τῆτων πρὸς ἀλλήλους ζηλοτυπίας καὶ πλεονεξίας. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ἐπὶ τῆς Θεραπείας τεταγμένον Ἀλέξανδρον, ὅτε λάβοι καιρὸν διέδανκε, βελλόμενος καὶ τὴν περὶ τὸ σῶμα Φυλακὴν τῆ βασιλείῳ δι' αὐτῆ γενέσθαι, καὶ καθόλου κινήσασθαι τὴν ὑπ' Ἀντιγόνη καταλειφθεῖσαν διάταξιν. Ἀντιγόνης γὰρ καλῶς μὲν ζῶν προέβη τῆς τε βασιλείας καὶ τῆ παιδὸς αὐτῆ· καλῶς δὲ τὸν βίου μεταλλάττων, προενοήθη πρὸς τὸ μέλλον, περὶ πάντων τῶν πραγμάτων. Ἀπολιπὼν γὰρ διαθήκη, ἔγραψε Μα-

fuisse comperit: ac propterea ab illo die magis magisque Aratum est complexus, et in pretio habuit: de Apelle vero minus bene sentire coepit: quantumuis praeoccupato animo gratia illa qua apud ipsum in omni re pollebat Apelles, conuiuere in multis, quae fecus ab eo fiebant, cogebatur.

87. Apelles interim nihilo segnus propositum vrgere: qui etiam Taurionem Peloponnesi praefectum traducebat: non vituperans ille quidem, sed laudans potius; et dignum esse dictitans, qui regem in expeditionibus sub dio versantem comitetur: id studens, vt opera sua Peloponnesi rebus alius praeficeretur. Novus enimvero calumniandi modus hic est inuentus; cum non obtrectando, sed laudando alicui nocetur. quae malignitas, invidia et fraus, ab illis primo fuit excogitata, qui in aulis principum vitam degunt: ea est illorum hominum aemulatio inter ipsos, ea avaritia. Similiter etiam Alexandrum satellitum praefectum, quoties dabatur occasio, maligno dente appetebat: in animo habens etiam satellitium regis ex animi sententia constituere: et vt summatim dicam, vniuersam ordinationem quae ab Antigono fuerat relicta, immutare. Antigonus namque et dum viueret, qua regnum, qua puerum ipsum sapienter rexit: et cum moreretur, rebus omnibus in posterum sapienter prouidit Testamentum enim reliquit, quo Macedonibus ad-

κεδόντιν ὑπὲρ τῶν διοικημένων·  
 ομοίως καὶ περὶ τῆς μέλλοντος διέ-  
 ταξε, πῶς καὶ διὰ τίνων ἕκαστα  
 χειρίζεσθαι· βεβλόμενος μηδα-  
 μίαν ἀδορυμὴν καταλιπεῖν τοῖς  
 περὶ τὴν αὐλήν τῆς πρὸς ἀλλή-  
 λας φιλοτιμίας καὶ εἰσεως. Ἐν  
 οἷς τῶν τότε συστρατευομένων,  
 αὐτὸς μὲν Ἀταλῆς ἐν τοῖς ἐπι-  
 τρόποις ἀτελέλειπτο, Λεόντιος  
 δ' ἐπὶ τῶν πελτασῶν, Μεγαλέας  
 δ' ἐπὶ τῆ γραμματείᾳ, Ταυρίων δ'  
 ἐπὶ τῶν κατὰ Πελοπόννησον,  
 Ἀλέξανδρος δ' ἐπὶ τῆς θεραπέας.  
 Τὸν μὲν ἦν Λεόντιον καὶ Μεγα-  
 λέα ὕφ' αὐτὸν εἶχεν ὀλοχερῶς·  
 τὸν δ' Ἀλέξανδρον καὶ Ταυρίωνα  
 μετασησάμενος ἀπὸ τῆς χρείας,  
 ἔσπευδε καὶ ταῦτα καὶ τὰλλα  
 πάντα δι' αὐτῆ καὶ διὰ τῶν ἰδίων  
 φίλων χειρίζειν. ὃ δὲ καὶ ῥαδίως  
 ἂν ἐπετέλεσται, μὴ παρασκευάσας  
 ἀνταγωνιστὴν Ἀρατοῦ αὐτῶ· νῦν  
 δὲ ταχέως πείραν ἔλαβα τῆς  
 σφετέρως ἀφροσύνης καὶ τλεο-  
 νεξίας. ὃ γὰρ αὐτὸς ἐπαβάλετο  
 πρᾶξαι κατὰ τῶν πέλας, τῶν  
 ἔπαθε, καὶ λίαν ἐν πάνυ βρα-  
 χεῖ χρόνῳ. Πῶς δὲ καὶ τίνι τρό-  
 πῳ τῆτο συνέβη γενέσθαι, κατὰ  
 μὲν τὸ παρὸν ὑπερθησόμεθα,  
 καὶ κατατρέψομεν τὴν βίβλον  
 ταύτην· ἐν δὲ τοῖς ἐξῆς, πειρα-  
 σόμεθα σαφῶς ὑπὲρ ἐκάστων ἐξ-  
 αγγέλλειν. Φίλιππος δὲ τὰ προ-  
 ειορημένα διαταξάμενος, ἐπανῆλ-  
 θεν εἰς Ἀργος. κἀνταῦθα τὴν  
 παρχχειριστῆσαν ἐποίησεν μετὰ τῶν  
 φίλων, τὰς δὲ δυνάμεις ἀπέ-  
 λυσεν εἰς Μακεδονίαν.

ministrationis qua usus erat, ra-  
 tiones exponere: deinde etiam  
 in futurum tempus pari cura or-  
 dinavit, quomodo et per quos  
 singula essent administranda:  
 eo maxime spectans, ut omnem  
 ministris aulicis mutuae discor-  
 diae et seditionis occasionem  
 eriperet. Atque inter ceteros  
 qui tempore illo in regio com-  
 mitatu erant, Apelles ipse vnus  
 e tutoribus fuerat relictus;  
 Leontius cetratis praefectus;  
 Megaleas regionum scribarum  
 collegio; Taurion, rebus Pe-  
 loponnesi; Alexander, satellitio  
 fuerat praepositus. Sed qui  
 Leontium et Megaleam in sua  
 penitus potestate haberet, id  
 iam conabatur efficere, ut  
 summotis Alexandro et Taurio-  
 ne a cura rerum, et haec et alia  
 omnia aut per se aut per ami-  
 cos suos ipse administraret.  
 quod quidem facillimum illi  
 futurum erat, si istud cum Ara-  
 to certamen non suscepisset.  
 nunc stultitiae suae periculum  
 breui ipse fecit, et auaritiae fru-  
 ctum cepit, quod enim mali in  
 alios cogitauerat, id ipse est ex-  
 pertus, et quidem breui admo-  
 dum interiecto tempore. Id ve-  
 ro quomodo et qua ratione con-  
 tingerit, in praesentia dicere  
 omittemus, et huic libro finem  
 imponemus: in sequentibus  
 vero perspicue singula et dili-  
 genter edifferemus. Philippus  
 igitur post illas res gestas, quae  
 haecenus sunt expositae, Argos  
 est reuersus, atque ibi vna cum  
 amicis, exercitu in Macedo-  
 niam dimisso, hibernavit.



ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ  
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΕΜΠΤΗ.

POLYBII MEGALOPOLITANI  
HISTORIARVM LIBER V.

**Τ**ὸ μὲν ἔτι κατὰ τὴν Ἀρά-  
τη τῆ νεωτέρῃ στρατη-  
γίαν ἔτος ἐτύγχανε  
διεληλυθὸς περὶ τὴν τῆς Πλειά-  
δος ἐπιτολήν· ἔτι γὰρ ἦγε τὰς  
χρόνας τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος.  
Διόπερ ἔτος μὲν ἀπετίθετο τὴν  
ἀρχὴν, Ἐπίρατος δὲ παρελάμ-  
βανε τὴν τῶν Ἀχαιῶν ἡγεμο-  
νίαν· Αἰτωλῶν δὲ Δορύμαχος  
ἐστράτηγει. Κατὰ δὲ τὰς αὐτὰς  
καιρὰς, ἀρχομένης τῆς Θερείας,  
Ἀννίβας μὲν ἐκ Φανῶς ἤδη τὸν  
πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ἀνελη-  
Φῶς, ὀρυήσας ἐκ Καινῆς πόλεως,  
καὶ διαβάς τὸν Ἰβηρα ποταμὸν,  
ἐνήρχετο τῆς ἐπιβολῆς καὶ πο-  
ρείας τῆς εἰς Ἰταλίαν. Ῥωμαῖοι  
δὲ Τιβέριον μὲν Σεμπρόνιον εἰς  
Λιβύην μετὰ δυνάμεως, Πόπλιον  
δὲ Κορνήλιον εἰς Ἰβηρίαν ἐξαπέ-  
σελδον. Ἀντίοχος δὲ καὶ Πτο-  
λεμαῖος ἀπεγνωκότες τὰς πρε-  
σβείας, καὶ τὸ λόγῳ διεξάγειν τὴν  
ὑπὲρ κοίτης Συρίας ἀμφοισβήτη-  
σιν, ἐνήρχοντο πολεμεῖν ἀλλή-  
λοις. Ὁ δὲ βασιλεὺς Φίλιππος  
ἐνδεὴς ὢν σίτε καὶ χρημάτων εἰς  
τὰς δυνάμεις, συνῆγε τὰς Ἀχαιεὺς  
διὰ τῶν ἀρχόντων εἰς ἐκκλησίαν.

**I**am ille annus quo iunior  
Arator praetura est fun-  
ctus, in Vergiliarum ex-  
ortu circumagebatur. ita  
enim tempestate illa gens A-  
chaeorum tempora putabat.  
Arato igitur exeunte magi-  
stratu, Eperatus summum apud  
Achaeos imperium suscepit:  
eratque tum praetor Aetolo-  
rum Dorimachus. quo tem-  
pore Hannibal manifesto iam  
suscepto aduersus Romanos  
bello, initio aestatis Carthagi-  
ne noua profectus, Iberum-  
que amnem transgressus, con-  
siliium simul suum et profec-  
tionem in Italiam exsequi  
coepit. Romani Tiberium  
Sempronium in Africam,  
Publ. Cornelium in Hispa-  
niam cum exercitu miserunt.  
Antiochus quoque et Ptole-  
maeus, postquam sperare de-  
sierant exortam inter ipsos de  
Coele Syria controuersiam le-  
gationibus ac colloquiis feda-  
ri posse, bellare inuicem ag-  
grediebantur. At rex Philip-  
pus et frumento et pecunia  
ad alendum militem destitu-  
tus, per magistratus confi-  
lium Achaeorum conuocat.



ἄθροισθέντος δὲ τῆ πλήθους εἰς Αἴγιον κατὰ τῆς νόμης, ὁρῶν τὰς μὲν περὶ τὸν Ἄρατον ἐθλοκακῆντας, διὰ τὴν περὶ τὰς ἀρχαιρεσίας γεγενημένην εἰς αὐτὰς τῶν περὶ τὸν Ἀπελλῆν κακοπραγμοσύνην· τὸν δ' Ἐπῆρατον ἄπρακτον ὄντα τῇ Φύσει, καὶ καταγινωσκόμενον ὑπὸ πάντων· συλλογισάμενος ἐκ τῶν προειρημένων τὴν ἄγνοιαν τῶν περὶ τὸν Ἀπελλῆν καὶ Λεόντιον, ἔκριεν αὐθις ἀντέχεσθαι τῶν περὶ τὸν Ἄρατον. πείσας ἔν τῆς ἄρχοντας μεταγαγεῖν τὴν ἐκκλησίαν εἰς Σικυῶνα, λαβὼν τὸν τε πρεσβύτερον καὶ τὸν νεώτερον Ἄρατον εἰς τὰς χεῖρας, καὶ πάντων τῶν γεγενομένων ἀναθεῖς τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὸν Ἀπελλῆν, παρακάλει μένειν αὐτὰς ἐπὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς αἰρέσεως· τῶν δὲ συγκαταθεμένων ἐτοίμως, εἰσελθῶν εἰς τῆς Ἀχαιῶς, καὶ χρυσάμενος συνεργοῖς τοῖς προειρημένοις, πάντα κατέπραξε τὰ πρὸς τὴν ἐπιβολήν. Πεντήκοντα μὲν ἔδοξε τάλαντα τοῖς Ἀχαιοῖς εἰς τὴν πρώτην ἀναζυγὴν αὐτῶ ὄνσι παραχοῆμα, τριμηναῖα μισθοδοτήσαι τὴν δύναμιν, καὶ σίτα προθεῖναι μυριάδα. τὸ δὲ λοιπὸν ἕως ἂν παρὼν ἐν Πελοποννήσῳ συμπολεμῇ, τάλαντα λαμβάνειν ἐκάστη μηνὸς παρὰ τῶν Ἀχαιῶν ἑπτακκίδεκα.

2. Δοξάντων δὲ τῶτων, οἱ μὲν Ἀχαιοὶ διελύθησαν ἐπὶ τὰς πόλεις· τῶ δὲ βασιλεῖ Βελευομένῳ μετὰ τῶν Φίλων, ἐπειδὴ

coacta autem Aegii, vt leges iubebant, multitudine, animaduertens rex. Aratum quidem propter fraudem et malas artes Apellis, quibus comitiorum iura violauerat, auctoritatem qua pollebat apud suam gentem vltro remittere: Eperatum vero natura inhabilem ad res agendas esse, eundemque ab omnibus vituperari: cognito per haec Apellis et Leontii errore, praecipuam deinceps Arati habere rationem statuit. mox vbi a magistratibus impetrasset, vt concilium Sycionem transferrent, assumtis et seniore et iuniore Arato ad familiare colloquium, praetitorum omnium culpa in Apellem translata, petiit ab illis, vt quo prius erga se fuerant animo, eodem etiam in posterum esse vellent. quod quum ab ipsis prompta voluntate esset ei promissum, rex in Achaeorum concilium venire, atque ibi, dictorum virorum ope nixus, omnia facile impetrare ad ea quae moliebatur necessaria. Decretum est ab Achaeis, numeratis extemplo talentis quinquaginta, quo die primum castra rex moueret, trimestre stipendium militi diuidere; et hoc amplius, decem millia modium frumenti adiicere. in posterum vero quamdiu in Peloponneso praesens ipse bellum gereret, vt menstrua talenta ab Achæis septena dena acciperet.

2. Hoc decreto facto, solutum est Achaeorum concilium, et ad suas quique vrbes sunt reuersi. Secundum haec,

συνῆλθον

συνηλθον αἱ δυνάμεις ἐν τῆς πα-  
 ραχειμασίας, ἔδοξε χρῆσθαι κα-  
 τὰ θάλατταν τῷ πολέμῳ. ἔτω  
 γὰρ ἐπέπεισο μόνως, αὐτὸς μὲν  
 δυνήσεσθαι ταχέως πανταχόθεν  
 ἐπιφαίνεσθαι τοῖς πολεμίοις· τὰς  
 δ' ὑπεναντίας ἤκιστ' ἂν δύνασθαι  
 παραβοηθεῖν ἀλλήλοις· ἄτε δι-  
 σπασμένως μὲν ταῖς χώραις, δε-  
 διότας δ' ἐκάστας περὶ σφῶν διὰ  
 τὴν ἀδελότητη καὶ τὸ τάχος τῆς  
 κατὰ θάλατταν παροστίας τῶν  
 πολεμίων. πρὸς γὰρ Αἰτωλίας καὶ  
 Λακεδαιμονίας, ἔτι δ' Ἠλείας ὁ  
 πόλεμος ἦν αὐτῶ. Κριθέντων δὲ  
 τέτων, ἤθροισε τὰς τε τῶν Ἀ-  
 χαιῶν νῆας, καὶ τὰς σφετέρας εἰς  
 τὸ Λέχαιον· καὶ συνεχεῖς ποιί-  
 μενος ἀναπέρας, ἐγύμναζε  
 τὰς Φαλαγγίτας, καὶ συνείδιζε  
 ταῖς εἰρασίαις, προθύμως αὐτῶ  
 πρὸς τὸ παραγγελλόμενον συν-  
 υπακούντων τῶν Μακεδόνων.  
 Πρὸς τε γὰρ τὰς ἐν γῆ κινδύνους  
 ἐκ παρατάξεως δοκιμώτατοί γε  
 καὶ γενναϊώτατοι, πρὸς τε τὰς κα-  
 τὰ θάλατταν ἐκτελευτῆς χρείας  
 ἐτοιμώτατοι, λειτουργοί γε μὴν  
 περὶ τὰς ταφρείας καὶ χαραιο-  
 ποιίας, καὶ πᾶσαν τὴν τοιαύτην τα-  
 λαιπωρίαν φιλοπονῶτατοί τινες,  
 οἷος Ἡσίοδος παρεισάγει· τὰς  
 Αἰακίδας, πολέμῳ μεχαρηότας,  
 ἤγεγε δαυτί. Ὁ μὲν ἔν βασιλεύς  
 καὶ τὸ τῶν Μακεδόνων πλήθος ἐν  
 τῇ Κορίνθῳ διέτριβε περὶ τὴν κα-  
 τὰ θάλατταν ἀσκήσιν καὶ παρα-  
 σκευὴν γιγνόμενος· ὁ δ' Ἀπελλῆς  
 ἔτ' ἐπικρατεῖν τῆ Φιλίππου δυνά-  
 μενος, ἔτε φέρειν τὴν ἐλάττασιν  
 παρορώμενος, ποιῶται συνωμο-

consultanti regi cum amicis,  
 vbi iam ex hibernis in castra  
 copiaē redierant, visum est  
 faciendum, vt bellum mari  
 gereretur. quippe hanc ra-  
 tionem esse vnicam opprimen-  
 di vndique hostes imparatos:  
 qui subuenire sibi inuicem ne-  
 quaquam sint valituri: et re-  
 gionibus diuisi, et sibi quis-  
 que metuentes, tam incerti  
 quo tendat hostis, quam pro-  
 be gnari, facillimum illi esse,  
 quoscumque voluerit cito in-  
 vadere. cum Aetolis enim,  
 Lacedaemoniis et Eleis res il-  
 li erat, Quae vbi statuit rex,  
 et suas et Achaeorum naues  
 Lechaeum conuenire iubet.  
 ibi continuis experimentis Ma-  
 cedonicae phalangis miles  
 exercens, remis tractandis  
 eos affuefaciebat: Macedoni-  
 bus, quicquid esset impera-  
 tum prompto alacrique animo  
 exsequentibus. Tuim vero  
 Macedones et in acie proba-  
 tissimi fortissimique milites  
 sunt; et si forte ita postulet  
 vsus atque occasio, ad mariti-  
 mae rei ministeria promptissi-  
 mi; ad haec, in fossis ducen-  
 dis, castris muniendis, et to-  
 to illo durorum operum gene-  
 re, laboris patientissimi; qua-  
 les Hesiodus facit Aeacidas,  
*bello quam mensis gaudere pa-  
 ratos.* Dum Philippus et Ma-  
 cedones Corinthi in exercita-  
 tione et apparatu rei naualis  
 occupantur: Apelles qui ne-  
 que expugnare regis propo-  
 situm poterat, neque hono-  
 ris sui imminutionem ex re-  
 gis contemptu tolerare; cum

σίαν

σίαν πρὸς τὰς περὶ Λεόντιου καὶ Μεγαλέαν ὡς ἐκείνης μὲν συμπαρόντας ἐπ' αὐτῶν τῶν καιρῶν, ἐφελοκακῆν καὶ λυμναίνεσθαι τὰς τῷ βασιλέως χρείας· αὐτὸς δὲ χωρισθεὶς εἰς Χαλκίδα Φροντίζειν, ἵνα μηδαμῶθεν αὐτῷ χορηγία γίγηται πρὸς τὰς ἐπιβολάς. Οὗτος μὲν ἂν τοιαῦτα συνδόμενος, καὶ μακροτροπευσάμενος πρὸς τὰς προειρημένους, ἀπῆρεν εἰς τὴν Χαλκίδα, σκήψεις τινὰς ἀλόγους πρὸς τὸν βασιλέα πορισάμενος· κακῆ δὲ τριβῶν, ἔτω βεβαίως ἐτήρει τὰ κατὰ τῆς ὁρμῆς, πάντων αὐτῶν πειθαρχήντων κατὰ τὴν προγεγενημένην πίσιν· ὡς τὸ τελευταῖον ἀναγκαζῆναι τὸν βασιλέα δι' ἀπορίαν ἐνάχυρα τιθέντα τῶν πρὸς αὐτὴν τὴν χρείαν ἀργυρομαμάτων, ἀπὸ τῶν ποιῆσθαι τὴν διαγωγὴν. ἤθροισμένων δὲ τῶν πλοίων, καὶ τῶν Μακεδόνων ἤδη ταῖς εἰρεσίαις κατηρητισμένων, σιτομετρήσας καὶ μισθοδοτήσας ὁ βασιλεὺς τὴν δύναμιν, ἀνήχθη καὶ κατῆρε δευτεραῖος εἰς Πάτρας, ἔχων Μακεδόνας μὲν ἑξακισχιλίους, μισθοφόρους δὲ χιλίους καὶ διακοσίας.

3. Κατὰ δὲ τὰς αὐτὰς καιρὸς, Δορίμαχος ὁ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγὸς Ἀγέλαον καὶ Σκόπαν ἐξαπέστειλε τοῖς Ἠλείοις μετὰ Νουκρήτων πεντακοσίων· οἱ δ' Ἠλείοι δεδιότες, μὴ τὴν Κυλλήνην ὁ Φίλιππος ἐπιβάληται πολιορκεῖν, στρατιώτας τε μισθοφόρους συνῆθροίζον, καὶ τὰς πολιτι-

demonstratur. Post haec de capite Polybianae historiae agitur, et causae explicantur, cur a bello Punico secundo iusti operis sui materiam auctor sit exorsus. Docet deinceps, cur fuerit sibi necesse ad historiam suam duorum librorum apparatu viam lectori munire. Secundum quae afferuntur a Polybio causae, quare hoc opus historiae vniuersalis componendum suscepit, atque ibi de vtilitate historiae καθοδικῆς differitur; eiusque praestantia singularis imagine pulcherrima ingeniose probatur. Postremo praeparationis ipsius principium cum cura indicatur. vbi etiam de capite recte assignando ei historiae, quae ratione recta et cum iudicio instituitur, praeclare disputatur.

### I. *Historiae πραγματικῆς utilitates variae.*

I. 1. Πρὸς τὴν αἴρεσιν καὶ παραδοχὴν τῶν τοιούτων ὑπομνημάτων) Non est otiosa vox τοιούτων. Nam quum multa sint genera historiarum, multae formae diuersae, non omnes eadem vim habent, verum ea demum quae sit τοιαύτη, hoc est, Polybianae similis, et ad πραγματικῆς ἰστορίας genus pertineat, qua de re mox dicemus. αἴρεσιν et παραδοχὴν noster, quod Diodorus Siculus in simili argumento ἀνάληψιν ἰστορίας.

Ibid. Διὰ τὸ μηδεμίαν ἐτοιμότεραν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις διόρθωσιν τῆς τῶν προγεγενημένων πράξεων ἐπισήμης.) Tria argumenta affert Polybius, ad commendationem historiae, quae circa rerum gestarum narrationem versatur. Primum est διόρθωσις, vitae emendatio. Haec posita est in duabus rebus, correctione vitiorum, qua publicorum, qua priuatorum vnus cuiusque, et aliorum institutorum emendatione, quae ad melius et commodius degendam hanc vitam faciunt. Prioris generis beneficium, quod sui studiosis historia confert, T. Liuius fecit tanti, vt solum hunc statuat suae scriptionis fructum. Hoc illud est, inquit, praecipue in cognitione rerum salubre, ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: inde tibi, tuae reip. quod imitere capias: inde foedum inceptu, foedum exitu quod vites. Et noster quoque libro tertio extremo propterea scribit, ea quae de Romanorum institutis sit narraturus, politicis hominibus vtilia futura, siue illi mutare in melius reip. suae formam velint, siue nouam instituere. Via autem et modus percipiendi huius fructus est ἐπίσασις, diligens observatio causarum, euentuum atque omnium, ex quibus prudentia potest

potest augeri: iccirco dicunt Graeci philosophi, politici studii tirones debere esse *ἐπιστημῆς*, attentos ad talium documentorum obseruationem. Ad huiusmodi obseruationes faciendas multis locis Polybius lectoribus studiose viam praeit. vt quum pagina l. memorabili illa Xanthippi victoria et Reguli clade exposita addit in earum rerum narratione multa posse obseruari, per quae errores vitae hominum corrigantur: deinde illa cuiusmodi sint, diligenter explicat. Ad posterius genus *διορθώσεως* pertinet, locorum descriptionibus prioris aetatis adhibendam esse correctionem ex historia recente, quae multa patefecerit, antea incognita, aut male cognita. Eodem referendum, quod non semel Polybius affirmat; adeo iam sua aetate peritia artium ad res agendas necessariorum, et rerum vsu esse profectum; vt facile sit futurum *πραγματικῆς* historiae peritis ciuilia omnia negotia *μεθοδικῶς*, hoc est arte quadam ac ratione certa administrare. Libri ix. initio causam sibi scribendae huius historiae vel praecipuam fuisse ait *τῶ τὰς ἐμπειρίας καὶ τέχνας ἐπὶ τοσούτον προκοπὴν εἰληφέναι κατ' ἡμᾶς, ὥστε πᾶν τὸ παραπίπτον ἐκ τῶν καιρῶν ὡσάνει μεθοδικῶς δύνασθαι χειρίζειν τὰς φιλομαθῆντας*. Libro x. cap. 44. *ἔφαμεν πάντα τὰ θεωρήματα κατ' ἡμᾶς ἐπὶ τοσούτον εἰληφέναι τὰς προκοπὰς, ὥστε τῶν πλείστων τρόπων τινὰ μεθοδικῶς εἶναι τὰς ἐπισήμας*. Non negat autem Polybius alias quoque praeter hanc vitae corrigendae esse rationes: sed nullam esse neque expeditionem neque tutiorem ista affirmat. Inferius libro eodem dicitur duas esse proficiendi vias; per ipsa rerum pericula; et per alienos casus, quorum cognitio lectione historiarum est parabilis: atque hanc rationem longe et faciliorem et tutiorem esse altera. His duobus modis tertium mox adiciemus ex eodem. In proximis verbis *τῆς τῶν προγεγενημένων πράξεων ἐπισήμης*, malim scribi *τῆς διὰ τῆς τῶν προγεγ. πρ. ἐπ.*

Ibid. *Ἐπεὶ δ' ἔτινές, καὶ ἐπὶ ποσὸν, ἀλλ' ἅπαντες, ὡς ἔπος εἶπεν ἀρχ.*) Ergo historici omnes, qui ante Polybium scripserunt, locum illum communem de vtilitate historiae vixerunt? Atqui apud Herodotum, Thucydidem, Xenophontem, quos habemus hodie solos ex omnibus Graecis rerum scriptoribus, Polybio antiquiores, de ea re ne verbum quidem. Sed cauit sibi illa exceptione, *ὡς ἔπος εἶπεν*, prope dixerim. Ex iis, qui post hunc scripserunt, non pauci laudationem historiae instituerunt; vt e meliore seculo Diodorus



Siculus, scriptor nobilissimus: e recentioribus, quos non pigeat legisse, Nicephorus Gregoras, Procopius, et Agathias leuiter attigerunt.

Ibid. ἀρχῇ καὶ τελεί κέχρηται τέττω.) Vertimus vt sonant verba, sed est dictum prouerbio affine, ad crebram rei vsurpationem significandam. idem enim est cum eo, quod Graeci dicunt, θρυλλεῖν ἄνω κάτω. B. Hieronymus aduersus Pelagianos, *sursum deorsum iaditare*.

Ibid. ἀληθινωτάτην μὲν εἶναι παιδείαν, καὶ γυμνασίαν πρὸς τὰς πολιτικὰς πράξεις τὴν ἐκ τῆς ἰστορίας μάθησιν.) Alterum hoc est argumentum, quo probatur historiae πραγματικῆς utilitas; quia versari in eius lectione, fit quasi in ipso rerum actu et negotiorum ciuiliū aut militarium administratione versari. nam et hoc et illo modo ciuilis disciplinae candidos praeparari, et rerum viris politicis necessariarum cognitione instrui. Scitum est enim, nihil hodie fieri, quod non prius sit factum: nihil olim, quod non et hodie. Aristoteles Rhetoricorum libro primo. δῆλον, ὅτι πρὸς μὲν τὴν νομοθεσίαν αἱ τῆς γῆς περίοδοι χρήσιμοι. ἐντεῦθεν γὰρ λαβεῖν ἐστὶ τὰς τῶν ἐθνῶν νόμους. πρὸς δὲ τὰς πολιτικὰς συμβεβλῆσ, τὰς τῶν περὶ τὰς πράξεις γραφόντων ἰστορίας. ἅπαντα δὲ ταῦτα πολιτικῆς ἔργου ἐσὶ. Dicit Philosophus idem cum Polybio, sed more suo accurate et cum distinctione. Politicae disciplinae partes diuersae sunt Platoni et Aristoteli, ἡ νομοθετικῆ, quae leges condit, vt olim Draco, Solon, Lycurgus et alii, quorum catalogum habes in III. politicorum capite vltimo: et ἡ βουλευτικῆ, quae etiam augustiore significatione πολιτικῆ appellatur; et qui hanc colunt politici, vt Themistocles, Alcibiades, Pericles. Haec facultas adeo est a superiore diuersa, vt plerique omnes antiqui legum latores ἰδιῶται vixerint, sicut obseruat Aristoteles, neque vllam partem vel suae vel alienae reip. attigerint. His ait Philosophus esse legendos illos historicos, qui γῆς περίοδος ediderunt: hoc est priicos geographos, qui praeter locorum situm leges populorum et varia instituta soliti breuiter adnotare: illis vero, qui remp. sint recturi et administraturi, eos historicos esse volutandos, qui res gestas descripserunt, siue vt mox dicturus est Polybius, historias πραγματικὰς. Alibi docet Philosophus, saepe euenire in consultationibus super publicis rebus, vt occurrentis alicuius difficultatis remedium ex historia vtiliter queat peti. In primo etiam politico admonentur homines politici attendere

τοῖς λεγομένοις σποράδην, δι' ὧν ἐπιτετυχῆκασιν τινές: diuulgatis exemplis eorum, quibus consilii alicuius experientia bono cessierit. Quo etiam spectat illa exemplorum copia, quibus politicum suum in secundo oeconomicorum Philosophus ipse instruit: quae omnia vir omniscius partim ex historiis scriptis didicerat, partim auditione et fando acceperat. Huiusmodi exempla Graeci, postquam in literas redegerant, Ἀκυσματα vocabant. Extat liber Ἀκυσμάτων Aristotelis, sed diuersi generis, neque ad usum politicum scriptus: quod testatur index; Θυμασιῶν ἀκυσμάτων enim appellatur: quia miracula dumtaxat eo recensentur auditione cognita. Sed fuerunt alii, qui apta prudentiae ciuili et bellicae exempla collegerant, et hoc titulo libros ediderant. in his Aeneas veterrimus scriptor rei militaris: de quo Polybius libro x. Est in manibus excellentissimus huius Τακτικὸς liber, πῶς δὲ πολιορκούμενον ἀντέχειν, de toleranda obsidione, in quo sunt haec verba sub finem, vbi de eorum animaduersione agit, qui vrbe obsessa in obeundis vigiliis fuerint omissores: Ἐὺ δὲ τινες δὲ μετιέναι ἀμελῶντας καὶ ἀκοσμῶντας, τὴν τὰ πλεῖστα κερκτημένους καὶ ἐν τῇ πόλει δυναμένους μάλιστα μετέχοντας, μετιέναι δὲ, εἴη γὰρ αὐτὶ τὸ τοῦτο καὶ τοῖς ἄλλοις παράδειγμα. ἐν οἷς δὲ καιροῖς ἕκαστα τῶν δὲ παρῆναι, ἐν τοῖς ἀκυσμασι γέγραπται. De vtilitate historiae ad bellicam artem, quae est species aut pars πολιτικῆς, Marcus Tullius Hortensio. *Vnde facilius quam ex annualium monumentis, aut res bellica, aut omnis reip. disciplina cognoscitur? Vnde ad agendum aut dicendum copia depromi maior grauissimorum exemplorum, quasi incorruptorum testimoniorum potest?* Polybius in pulcherrimo fragmento, quod inter cetera e Suida de criplimus, parandae artis militaris tres vias cordatis suae aetatis ducibus scribit fuisse vsitatas. Primam earum esse, τὴν διὰ τῶν ὑπομνημάτων καὶ τῆς ἐκ τῶν κατασκευῆς; ea est historiae πραγματικῆς lectitatio et diligens obseruatio. Alteram τὸν μεθοδικὸν τρόπον καὶ τὴν παρὰ τῶν ἐμπείρων παράδοσιν, quum aliquis Τακτικὸς magistro aut Tribuno operam nauat, et more militari sese exercet, quae doctrina vmbraica solet appellari. Tertiam διὰ τῆς ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἔξεως καὶ τριβῆς, per ipsam rerum experientiam vsu collectam in veris certaminibus. sic accipe ista e libro ix. in pergrauo digressione de institutione imperatoria. pag. DCCLXIX. τῶν προειρημένων, τὰ μὲν ἐκ τριβῆς, τὰ δὲ ἐξ ἰσορίας, τὰ δὲ κατ' ἐμπει-

*ἐμπειρίαν μεθοδικὴν θεωρεῖται.* Idem censendum de vniuersa doctrina politica, tribus eam rationibus posse comparari, lectione historiae, ope magistri, et vsu. Sed meminerint tirones huius studii, Polybio auctore ex hisce tribus praestare historiam. Id enim significat, quum eam vocat ἀληθινωτάτην παιδείαν, *verissimam futuri politici institutionem.* quare autem verissimam? quia propria quidem experientia plurimum fallit, Philosophi vero politici, qui Polybii aetate fere erant Stoici, raro aliquid in suis scholis docebant, quod vbi ad rei veritatem erat ventum, non esset dediscendum ceu inutile et nulli vsui. Simillimum est, quod de armorum magistris suae aetatis Plato in Lachete obseruat: totam eorum artem vanam esse et prorsus inutilem; ac ne μάθημα quidem, sed ματαιοτεχνίαν meram: cuius professores propterea Lacedaemonem, ceu lapidem Lydium, summo studio vitarent: ἡγεμένους, inquit suauissimus Philosophorum, ἔναυ ἄβατον ἱερόν, καὶ εἰ δὲ ἄκρω τῷ ποδὶ ἐπιβαίνοντας. Nec multo aliter dicebat Xenophon libro primo, et viii. Paediae, ventionem esse rerum bellicarum μελέτην καὶ ἄτυχησιν ἀληθεστάτην, ac praecipue rei equestris, eo videlicet respiciens, quod saepe magistri eius artis, quales hodie Italorum multi, omiffis, quae ad vera certamina sunt profutura, motus militiae inutiles tirones suos doceant: quod fuisse etiam Scipionis Africani iudicium libro x, Polybius significat. Aliam causam affert scriptor elegans Agathias principio libri primi, cur politico sit censenda vtilior historia quam philosophia politica. eam studiosi ex ipso petant, si lubet. Iterum Polybius pag. li. ἐξ ὧν συνιδόντι καλλίστην παιδείαν ἡγητέον πρὸς ἀληθινὸν βίον, τὴν ἐκ τῆς πραγματικῆς ἰστορίας περιγιγνομένην ἐμπειρίαν.

Ibid. ἐναργεστάτην δὲ καὶ μόνην διδάσκαλον τῆς δύνανθαι τὰς τῆς Τύχης μεταβολὰς γενναίως φέρειν, τ.) Tertium argumentum asserendae vtilitatis historiae; quia in aduersis nihil aequae iuuat, vt aliorum meminisse, quibus similis fortuna euenit. nam huiusmodi exempla vnde, nisi ex historia vel ἐκ τῶν ἀκροσμάτων? Res per se nota et cui abunde fidem faciant Philosophi, qui de consolatione libros ediderunt. Gemina huic est illa vtilitas, quam e Tragoediis capi pulcherrimis versibus docet Timocles: quos lege apud Stobaeum sermone cxxiii. Diodorus Siculus libro xviii. postquam de momentanea fortunae varietate eleganter differuisset:



διὸ καὶ, inquit, τὴν ἱστορίαν προσηκόντως αὐτῆς ἀποδέξαιτο. τῇ γὰρ τῶν πράξεων ἀνωμαλία καὶ μεταβολὴ διορθῶται τῶν μὲν ἐτυχήντων τὴν ὑπερθανάϊαν, τῶν δ' ἀκλήρυντων τὴν ἀτυχίαν. vbi duplex vtilitas, miserorum consolatio: beatorum ne esserantur coercitio. Pro ἐναργεσάτην, scribo ἐνδργεσάτην, etsi aliter libri tum hic tum in simili loco inferius. Obseruent tirones in his verbis ἐνεργεσάτην καὶ μόνην figuram ἐν διὰ οὐεῖν, auctori huic admodum familiarem. nam ita accipiendum quasi scripsisset μόνην ἐνεργεσάτην, efficacissimam et solam, pro, solam efficacem, atque efficacissimam. Ita saepe loquitur Polybius pap. xvii. τῇ τῆς ἡμετέρας ἱστορίας ἀρχῇ καὶ προδέσει, nostrae historiae principio et proposito, id est, τῇ τῆς ὑφ' ἡμῶν προταθείσει ἱστορίας ἀρχῇ, historiae principio, quam proposuimus narrare. Pag. clxxviii. ἀρχὴ πάλιν ἐγένετο καὶ σύννευσις τῶν πόλεων πρὸς ἀλλήλας. Pag. cclxxx. προσδέονται θεῶ καὶ μηχανῆς. pro θεῶ ἀπὸ μηχανῆς. Pag. cccii. συνεπατήθησαν ὑπὸ τῆ πλήθους καὶ τῆς ἐπιφορᾶς τῶν Νομάδων, hoc est, τῶν ἐπιφερομένων Νομάδων. vt paulo ante μὴ συνεπατηθῶσιν ὑπὸ τῶν ἐπιφερομένων ἰππέων. Salustius, periculo atque negotiis compertum est: τῇ πείρᾳ καὶ τοῖς πράγμασι, pro eo quod passim Graeci, τῇ πείρᾳ τῶν πραγμάτων. Plinius in primo Epistolarum: sensum quemdam voluptatemque percipio.

Ibid. τὴν τῶν ἀλλοτριῶν περιπετειῶν ὑπόμνησιν.) Cicero Titio: euentis aliorum memoria repetendis, nihil accidisse noui nobis cogitamus. et in pulcherrima ad Caecinam epistola: Leuat dolorem communis quasi legis et humanae conditionis recordatio. Choricus Gazensis rhetor elegans, ac plane qualem eum χαρακτηρίζει Photius, in eo sermone, quem habuit in funere Procopii Gazaei praeceptoris sui, hanc sententiam sulsius ita persequitur. ἰδιώτῃ μὲν γὰρ Φάρμακον ἔσω λύπης ὁ χρόνος. ὁ δὲ διὰ μέσης ἐλθὼν, καὶ θείων γευσάμενος ἀκυσμάτων, μή μοι τοιαύτην θεραπείαν ἀναμένετω. δεῖ γὰρ τῆς ἰατρείας τῆ χρόνος τὰ τῆ λογισμῶ Φάρμακα προηγῆσθαι. ἢ τί πλέον ἡμῖν οἱ λόγοι δαρίσσονται; τῆ δὲ χάριν πονεῖμεν τὰς τῶν παλαιῶν ἐκμανθάνοντες τύχας. εἰ γὰρ ἴνα τὸν χρόνον ἀνόνητα θαπανῶμεν, ἀλλ' ὅπως οἴμαί τῆν τε ἄλλην ἐκείθεν ὠφέλειαν δρεψώμεθα καὶ τοιάτῃ συμβύνας καιρῶ, πρὸς ἄνδρας ἴσα πεπονθότας ἡμῖν, ἢ πικρότερα πάθη τὸν νῦν ἀναφέροντες, ἔτως οἴσωμεν ῥᾶεν. ὑπόμνησις, memoria, repetitio, recordatio, cum sibi aliquis in memoriam reuocat, quae scit, sed dicitur saepius de eo, qui eodem officio erga alium fungitur. Glossarium, ὑπόμνησις, admonitio, admonitio: monitus, monitio. Ibid.

Ibid. *περὶ τῶν καλῶς καὶ πολλοῖς εἰρημένων ταυτολογεῖν.*) In re eadem Salustius ratione eadem vitur initio Iugurthini. *Ceterum ex iis negotiis, quae ingenio exercentur, in primis magno vsui est memoria rerum gestarum: cuius de virtute, quia multi dixere, praetereundum puto.* Grauiissima est sententia scriptoris alioqui parum grauis, Artemidori, qui initio operis nihil se, quod ad rem faceret, ait, omisisse, nisi esset a prioribus scriptoribus occupatum. ab iis consulto abstinuisset: ne aut mentiri cogeretur aut inique agere: illud, si praeclare dictis vellet ire contradictum: hoc si dicta vetustioribus reponens, de manibus studiosorum scripta eruditorum qui prius vixissent excuteret. Sic ille, *ἔτι προλαβόντες οἱ παλαιοὶ διδασκαλικῶς ἐξηγήσαντο, περὶ τῶν ἐν ἔχρην εἰς λέγειν· ἵνα μὴ ἢ ἀντιλέγειν ἐπιχειρῶν ψεύδεσθαι ἀναγκάζωμαι· ἢ τὰ αὐτὰ λέγων ἀπεκλείω τῆς εἰς μέτον παρόδε τὸν κόπον τῶν παλαιῶν.* Plane digna sententia, quae alium auctorem haberet, quam illum somniatorem.

## II. *Historiae Polybianae dignitas et praestantia.*

Ibid. *Αὐτὸ γὰρ τὸ παρὰδοξον τῶν πράξεων, ὑπὲρ ὧν προηγήμεθα γράφειν.*) A thesi transit ad hypothesin. Si vniuersum genus *πραγματικῆς ἱστορίας* laudari opus non habet, multo minus haec nostra. quae quidem de rebus scripta est maximis, imperio nempe orbis terrarum a Romanis occupato. hoc est primum argumentum. sequitur alterum, nec solum maximis; verum etiam miraculi plenis, propter temporis breuitatem, quo fundatum est Romanum imperium, annorum videlicet vix trium et quinquaginta. Accedit genus ipsum scriptionis, non enim euentus tantum rerum scribit Polybius, sed consilia et causas rerum scrutatur, et profert in medium. hoc illud est, quod ait, *τὸ πῶς καὶ τίνοι γένοιτο πολιτείας.* istud est tertium argumentum.

Ibid. *πῶς καὶ τίνοι γένοιτο πολιτείας ἐπικρατηθέντα σχεδὸν ἅπαντα τὰ κ.*) Hic obseruandus est Polybii scopus et propositum in hoc excellentissimo opere moliendo. Scopus illius fuit, non solum res gestas populi Rom. posteris tradere, et incrementa imperii ipsorum admiranda, sed multo magis, tot victoriarum causas aperire, et formam Reip. Rom. atque illius instituta Graecis suis palam facere: vt eius populi virtute incomparabili cognita, iugum potentiae Rom. ferant non grauate. Non repetemus hoc loco, quae initio operis

de hoc sine Polybianae descriptionis copiose differuimus, vnicum dumtaxat locum asseremus, ex quo de illius mente possit constare. Scribit igitur auctor initio tertii, ex hac historia manifestum fore omnibus, *πότῃρα Φευκτὴν ἢ τἀναυτίον αἰρετὴν εἶναι συμβαίνει τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν*: hoc est, utrum Graeci occasionem haberent detrectandae Romanorum dominationis, an potius in illa acquiescendi. Propterea saepe iterat noster, non solum res gestas narrare se, verum etiam τὸ πᾶν, et causas euentuum diligenter inquirere. Vide initium libri III. et libri VIII. vbi geminus huic locus, imo verba eadem. Porro causa successuum populi Rom. vno verbo hic declaratur, τὸ γένος τῆς πολιτείας. Censuit enim Polybius, causam Romanae magnitudinis, non esse fortunam, vt stulti Graeci iactabant, quos tot locis in hoc opere refellit: sed ipsam formam Reip. illius, et instituta siue civilia siue militaria. Lege, quae de ea re scribuntur libro III. et toto libro sexto, et saepius alibi.

Ibid. *χερὸν ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην.*) Οἰκουμένη Graeci appellant saepe non quod vox sonat, sed orbis habitati partem olim notam. Alibi sese explicat Polybius libro VIII. in eadem re: *πάντα τὰ γνωριζόμενα μέρη τῆς οἰκουμένης ὑπὸ μίαν ἀρχὴν καὶ δυναστείαν ἀγαγεῖν.* lib. XV. *ἔμαλλον κυριεῖσιν καὶ τῶν ἄλλων μερῶν τῆς οἰκουμένης, ὅσα κατακρίπτων ὑπὸ τὴν ἰσορίαν.* Dionysii Halicarnasiensis leuitatem, disertis verbis affirmantis vniuersam terram habitabilem imperio Rom. sua aetate parere, iam olim castigauimus.

Ibid. *ἔχ' ὅλοις πεντήκοντα καὶ τρισὶν ἔτεσιν ὑπὸ μίαν ἀρχὴν ἔπεσε τὴν Ῥωμαίων.*) Ista obseruatio de spatio annorum trium et quinquaginta, quibus Romani orbem terrarum paene totum sui iuris fecerint, propria Polybii est; quam alibi nusquam inuenio, praeter vnum Zosimum, Polybii sententiam referentem. Placet igitur Lycortae filio, populum Rom. de occupando orbis imperio ante bellum Punicum secundum vix cogitasse: verum qui feliciter primo Punico vires suas esset expertus, ex successu animos sumsisse, ac mox oblatiis occasionibus vtentem, breui spatio temporis non sine ingenti miraculo rem tantam simul propemodum et aggressum esse et consummasse. Id spatium Polybius appellat, *χρόνον προκοπῆς τῆς Ῥωμαίων δυναστείας, tempus incrementorum imperii pop. Rom.* atque idem terminis spatium hoc certis circumscribit. coepisse προκοπὴν initio Olympiadis CXL. circa quod  
tempus



tempus belli Punici secundi mox erupturi femina iaciebantur. consummatam esse προκοπήν Perse victo, et Macedoniae regno euerſo; quod accidit ineunte anno secundo Olympiadis CLIII. Verum Polybius aliquanto vltterius terminum hunc porrigens, medium hoc interuallum ſemper nominat τὸν πεντηκοντακαιτριετῆ χρόνον; tempus annorum LIII. ſed non plenorum, vt hoc loco dicitur. Intra hoc ſpatium Romanos et conſilium iniiffe parandi imperii orbis terrarum vult Polybius, et tantum inceptum penitus proſtigaffe. Ait diſerte libri tertii principio, Romani imperii augmentum habuiſſe, καὶ τὴν ἀρχὴν γνωριζομένην, καὶ τὸν χρόνον ὠριſμέ-  
νον, καὶ τὴν ſυντέλειαν ὁμολογεμένην, principium notum, tempus definitum, conſummationem certam et de qua ambigat nemo. intelligit ante initium ac finem huius interualli annorum LIII. Mira ſane obſeruatio, nam poſt conſectum bellum Perſicum, ſtabat adhuc Carthago, ſtabant regna regum Aegypti, Syriae, Aſiae, Pergami, Cappadociae, Numidiae, alia. etiam Graecorum ciuitatibus et inſulis, ſua fere libertas conſtabat. Omitto Galliae vtriuſque populos pleroſque, item Germanos, Britannos, Hiſpanos, Thraces, Iudaeos, qui omnes poſtea diuerſis et occaſionibus et temporibus Rom. imperio acceſſerunt. Quomodo igitur victo Perſe, ſυντέλειαν εἶχεν ἡ προκοπή τῆς Ῥωμαίων δυναſείας? aut cui praeter Polybium huius adeo ſtupendae obſeruationis venit vumquam in mentem? Nam contra, communis veterum hiſtoricorum traditio eſt; annis cc. poſtquam ex Italia pedem efferre coepiſſet pop. Rom. imperium orbis ſibi ipſum peperiſſe, Florus libro II. *Domita ſubaſtaque Italia, populus Rom. prope D. annum agens quum bona fide adoleuiſſet, ſi quod eſt robur, ſi qua iuuentus, tum ille vere robustus ac iuuenis, et par orbi terrarum eſſe coepit. Itaque mirum et incredibile dictu, qui prope quingentis annis domi luſtatus eſt, (adeo difficile fuerat dare Italiae caput) hiſ cc. annis qui ſequuntur, Africam, Europam, Aſiam, totum denique orbem terrarum bellis victoriuſque peragrauit.* Appianus vero longe moderatius; non enim dicit Romanos ducentis iſtis annis κοſμοκράτορας eſſe factos, ſed hoc tantum: externi militis vim immenſam obtinuiſſe, et pleraſque prouincias ſuae ditioni adieciffiſſe. διακοſίοιſ μάλιſτα ἐξῆſ ἐτῶſιν ἐπὶ τοῖſ πεντακοſίοιſ, ἐπὶ μέγα ἤλθεν ἡ ἀρχή. καὶ ξενικῆſ τε δυνάμειωſ εὐράτησαν ἀπείρω καὶ τὰ πλείωτα ἐαυτοῖſ ὑπὴγάγοντο. Sed enim Poly-

Iybius ea, quae commemorauimus regna, et Graeciam vniuersam pro subditis populo Rom. habuit: non quod iugum feruitutis adhuc subiissent, vt postea fecere, quum armis sunt deuicti: verum ea ratione, quod per bella dicto spatio LIII. annorum gesta, omnibus Europae, Asiae, Africae populis, qui alicuius erant nominis, expressa erat impotentiae confessio: iamque eo res redierat, vt e notioribus tunc gentibus nulla esset, quae ex aequo cum populo Rom. agere auderet; omnes reges, omnes ciuitates bene secum agi putabant, si precaria libertate fruerentur, quod Achaeorum suorum nomine Lycortas nostri parens, apud Liuium in altercatione cum Appio Claudio lamentatur libro xxx. Itaque Polybius in tertia quum dixisset, ὁ χρόνος ὁ πεντηκοντακαιτριετής εἰς ταῦτα ἔληγεν. ἦτε αὐξήσις καὶ προκοπή τῆς Ῥωμαίων δυναστείας ἐτετελείωτο, exalio spatio annorum LIII. incrementa imperii populi Rom. sunt consummata; statim velut sententiae suae agens interpretem subiicit. Ad haec in confesso apud omnes erat, atque adeo confessionem hanc necessitas omnibus exprimebat; parendum porro esse Romanis, et illorum iussa esse capessenda. haec autem erat conditio populorum non plane subditorum, sed qui tenerentur ex foedere pop. Rom. maiestatem colere. Quum autem Polybius finem propositae sibi ad scribendum materiae, et operis destinati, isto annorum LIII. interuallo includat; apparet ipsum quando ad scribendum primo animum appulit, de posteriore parte suae historiae nihil dum cogitasse; certe nihil quicquam adhuc statuisse. Quae igitur in prologo tertii libri de parte hac historiae suae τῆς δευτέρας ἐπιβολῆς differuntur, ea posterius videntur fuisse adiecta.

Ibid. εἰς ὅλοις πεντήκοντα καὶ τρισὶν ἔτεσι.) Zosimus Comes in ipso vestibulo historiae suae ex isto loco, ὡς τε εἰς ὅλοις τρισὶ καὶ πεντήκοντα ἔτεσι μὴ μόνον Ἰταλίαν, ἀλλὰ καὶ Λιβύην κατακτήτησθαι πᾶσαν. ἦδη δὲ καὶ τὴν Ἰβηρὰς ὑφ' ἑαυτῆς καταστῆσαι, et quae sequuntur. in quibus mentem Polybii non video expressam. nam quum dicat Polybius, Romanos tribus et quinquaginta annis totum ferme orbem terrarum suo imperio subiecisse; eo nempe genere subiectionis, quam modo exposuimus: Zosimus de vera feruitute, qualis postea fuit, videtur accepisse, et de prorogatis imperii finibus adiectione regionum in formulam prouinciae redactarum, quae stipendium penderent. Itaque illa Polybii verba, *χερὸν ἅπαντα*

ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν οἰκημένην restrinxit ad Africam, Graeciam, Macedoniam, et partem Hispaniarum: quod longe abit a mente Polybii, sicut ostendimus. In praecedentibus apud eundem Zosimum verbis mendum est, quod tot eruditissimos viros nondum deprehendisse mirum est. Loquitur ex Polybii sententia de primis populi Rom. auctibus; quos adeo fuisse lentos dicebat, vt annis sexcentis a conditu vrbis, aliquam dumtaxat Italiae partem in suam potestatem redegissent: qua tamen ipsa pulsi et deiecti ab Hannibale post diem Cannensem fuerint. Sic ille: Οἱ Ῥωμαῖοι μετὰ τὸν τῆς πόλεως οἰκισμὸν, ἑξακοσίοις ἔτεσι τοῖς περιοίκοις προσπολεμήσαντες, μεγάλην ἀρχὴν ἐκ ἐκτήσαντο. μέρος δέ τι τῆς Ἰταλίας ὑφ' αὐτὸς ποιησάμενοι, καὶ τέττα μετὰ τὴν Ἀννίβα διάβασιν, καὶ τὴν ἐν Κάννας ἦτταν ἐκτεπτακότες. In numero annorum large peccatum est. quid scripserit Zosimus, ipse viderit. Ego scio ex Polybii mente numerandos esse annos a Palilibus Romae ad cladem Cannensem quingentos triginta quatuor. Nam Polybii sententia fuit conditam Romam exeunte anno primo Olympiadis septimae: paullo aliter quam Varro, qui Palilia coniicit in annum tertium Olympiadis sextae; et Cato, qui in annum quartum eiusdem Olympiadis. Sed non dubito scripsisse Zosimum πεντακοσίοις: et de quingentis illis annis sensisse, quorum paullo ante e Floro et Appiano mentionem faciebamus. Apud Suidam in voce Ῥώμη extat locus veteris scriptoris, qui a conditu Romae ad prima bella transmarina interuallum statuit annorum CCCLXXVII. sed deest vnus centenarius. quare scribendum apud Suidam: ἀπὸ τῆ πρώτης συνοικισμῆ διαγεγονότων ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα καὶ τετρακοσίων ἐτῶν ἀπείρατοι ἦσαν ὑπερορίων πολέμων.

### III. *Populi Romani potentia et imperium.*

I. 2. (Ὡς δ' ἔστι παράδοξον καὶ μέγα τὸ περὶ τὴν ἡμετέραν ὑπόθεσιν θεώρημα.) Dignitatem historiae suae conciliat a nobilitate subiecti. Polybianae historiae subiectum ratione quadam est orbis terrarum vniuersus tunc cognitus: nulla enim fere pars est, de cuius statu non egisset: verum potissimum subiectum, et vt loquuntur in scholis, adaequatum est populus Rom. vt antea diximus. Populi igitur Rom. potentiam probat comparatione imperiorum, quae vulgo maxima censentur. Hanc quoque partem, vt alia huius praestantissimi auctoris, videtur esse imitatus Dionysius Halicarnasleus;



nasseus; vir ille quidem doctissimus et rhetor et criticus excellentissimus: sed profecto politicus interdum parum bonus, et censor alienorum scriptorum alicubi morosus, ne dicam putidus: ut in iis, quae de Polybio summa temeritate pronunciauit; sicut est a nobis in huius operis vestibulo demonstratum.

Ibid. *περὶ ἃς οἱ συγγραφεῖς τὰς πλείους διατίθενται λόγους.*) Vertimus, *de quibus ut plurimum extant historiae.* id enim videtur auctor velle. Potest etiam sic: *de quibus historici plurima scripta ediderunt.* aut etiam ut exprimamus vim Graecae locutionis solis eruditis notam, *plurima quae sunt in manibus hominum scripta composuerunt.*

Ibid. *εἰσι δὲ αἱ τῆς παραβολῆς ἄξια καὶ συγκρίσεως, αὐταί.*) Omittit imperia Assyriorum, et Medorum. Itaque Dionysius hanc partem comparationis expleuit. Sed Polybius consulto consilio de eis regnis videtur siluisse, quorum propter nimiam vetustatem, paucos notitiam habere sciebat ex iis, quibus potissimam hanc operam nauabat. Aristides vero in Panegyrica Romae laudatione, quum simili comparatione magnitudinem Romanorum illustrare vellet; non solum Persico antiquiora imperia missa facit, verum etiam asseueranter pronuntiat, nullum omnino eorum dignum fuisse, quod cum Romano contendatur. Persicum quoque fuisse eiusmodi, quod si quis Romano vellet aequiparare, ludibrium deberet. *Τὴν Περσῶν ἀρχὴν, inquit, σκεψάμεθα. ἢ πάνυ πότε ἐν τοῖς Ἑλλήσιν ἐβεβόητο. καὶ μέγαν παρέχετο ἐπᾶνυμον καλεῖσθαι τὸν ἔχοντα αὐτὴν βασιλέα· τὰς γὰρ πρὸ αὐτῆς Φαυλοτέρας ἔστα; ἑάσω.* Vbi vides aliam causam, cur illa imperia a Polybio sint neglecta. Graeci enim plerique existimabant prisca regna et Persico priora, oppido tenuia fuisse, et parua: quum tamen constet aliter rem habuisse. Dionysius quoque in eodem errore est versatus; qui videtur Assyriae regnum finibus Syriae, (ea est, quae olim Assyria dicebatur) hoc est minutula quadam Asiae parte circumscripsisse. *Ἡ Ἀσσυρίων ἀρχή, ait, παλαιά τις ἔστα, καὶ εἰς τὰς μυθικὰς ἀναγομένη χρόνος ὀλίγος τινοῖς ἐκράτησε τῆς Ἀσίας μέρος.* Sed et Dionysium et Aristidem fugit ratio: neque enim partem aliquam exiguam, ut ait Dionysius, tenuerunt Assyrii, sed Asiam aliquando totam, India dumtaxat excepta. Diodorus Siculus libro II. de Semiramide regina Assyriorum: *αὐτὴ μὲν ἔν βασιλεύτασα τῆς Ἀσίας ἀπᾶσης πλὴν Ἰνδῶν ἐτελεύτησε.* Agathias

thias libro II. πρῶτοι ὧν ἀκοῇ ἴσμεν Ἀσσύριοι λέγονται ἅπασαν τὴν Ἀσίαν χειρώσασθαι πλὴν Ἰνδῶν τῶν ὑπὲρ Γάγγην ποταμὸν Ὡρουκῶν. B. Augustinus de Ciuitate Dei libro xviii. cap. ii. *Quantum attinet ad imperium, nullum maius primis temporibus, quam Assyriorum fuit, nec tam longe lateque diffusum. Quippe ubi Ninus rex Beli filius vniuersam Asiam, quae totius orbis ad numerum partium tertia dicitur, ad magnitudinem vero dimidia reperitur, usque ad Libyae fines subegisse traditur. Solis quippe Indis in partibus orientis non aominabatur: quos tamen eo defuncto Semiramis uxor eius est aggressa bellando. Ita factum est, ut quicumque in illis terris populi, siue reges erant, Assyriorum regno ditionique parerent, et quisquid imperaretur efficerent. Ipse quoque Aristides in Panathenaica, quinque omnium maxima imperia haec agnoscit, Assyrium, Medicum, Persicum, Macedonicum, Romanum. Assyriae vero nomen amplissimis quondam finibus patuisse eiusque prouincias fuisse Babyloniam et Nineutin, ex Herodoto, Strabone et Plinio constat. Iam quum in hac disputatione non sit dedignatus noster Lacedaemonis imperium, duodecim, ut ait, annorum recensere, quare Atheniensium est aspernatus? quod nec fines angustiores habuit, et spatio temporis fuit diuturnius. At Dionysius non insuper habuit, neque disertissimus Aristides.*

Ibid. Πέρσων κατὰ τινὰς καιρὸς μεγάλην ἀρχὴν κατεστήσαντο καὶ δυναστείαν.) Totam fere Asiam, quae quidem veteribus nota erat, obtinuerunt: aliquando et Aegyptum, et in Europae Thracia vrbes aliquot. Illud autem κατὰ τινὰς καιρὸς, accipiendum non de vniuerso tempore, quae Persae dominati sunt Asiae, sed de illo tantum, quo plurimum potuerunt: ut fit, quod dixit Dionysius, τελευτῶντες, tandem, siue in vltimis imperii ipsorum temporibus. Verba Dionysii sunt: Πέρσων δὲ οἱ Μήδων καταγωνισάμενοι, τῆς μὲν Ἀσίας πάσης τελευτῶντες ἐκράτησαν.

Ibid. ἀλλ' ὅσάκις ἐτόλμησαν ὑπερβῆναι τὰς τῆς Ἀσίας ὄρας ἢ μόνον ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ σφῶν ἐκινδύνευσαν.) Respicit infaustas et omnibus notas Darii et Xerxis in Graeciam expeditiones. Languidior apud Dionysium sententia; quoties Europaeas gentes fuerint aggressi, non multas earum sibi conciliaffe: mira sane mihiis. sed omnium elegantissime Aristides; Xerxi in Graeciam auso transgredi, ad hoc vnum suas opes profuisse, ut quam plurima posset perdere: neque

neque alia re quam iacturae magnitudine, hominum admirationem conscisse. Verba illius subiiciam: εἰς δὲ γε τὴν Ἑλλάδα διαβῆναι ποτὲ ἐπιχειρήσας ὁ τῶν ἀπὸ ἡλίας ἀνίσχοντος μέχρι δυομένου βασιλεύς, τοσῶτον ἐθαυμάσθη, ὅσον μεγάλας ἤτύχησε. καὶ τῆς ἐπίδειγμα ἐποιήσατο τῆς αὐτῆ λαμπρότητος, ὅτι πολλῶν καὶ μεγάλων ἔχε τευρῶσθαι.

Ibid. Λακεδαιμόνιοι ἐπειδὴ ποτ' ἐκράτησαν, κόλις ἔτι δώδεκα κατεῖχον αὐτὴν ἀθήριτον.) Magna varietas mihi notata apud optimos scriptores, cum de imperio Lacedaemoniorum loquuntur. quod quidem Polybius ait fuisse annorum vix XII. Isocrates decem. Dionysius Halicarnassensis, triginta. Diodorus Siculus, Plutarchus, alii, ad annum quingentesimum porrigunt. Tum autem, alii a Conone praelio nauali ad Cnidum fuisse euersum eius populi imperium sunt auctores; alii ab Epaminonda ea pugna, quae ad Leuctra Boeotiae oppidum est pugnata. Has tot inter se pugnantes sententias in speciem, vt componamus; primum illud monemus lectorem, distinguendum esse inter veram ἀρχὴν, dominationem proprie dictam, et ἡγεμονίαν, ducatum, siue principem locum, quae plane res diuersissimae quum sint, euenit tamen saepissime in vita humana, vt ii, quibus propter antiquitatem aut virtutis praestantiam πρωτεία deferebantur et princeps locus; ii delatum vltro honorem in dominationem atque imperium vertant. Vnde etiam factum, vt saepissime auctores optimi promiscuo harum vocum vsu; res natura diuersas confundant. Inter Graeciae populos iam inde ab antiquo ante bella Persica duo populi paene ἰσοκόρουφοι, etsi diuersis studiis Athenienses et Lacedaemonii eminebant. quamdiu igitur vtrique suas res priuatim administrabant, quum nihil in commune curarent, neuter populus alteri neque concedebat neque praestabat: vbi bello Xerxico Graeciae vniuersae copiae conuenerunt, coepit statim super ducatu Graeciae quaestio moueri. Ibi tum virtus admirabilis Atheniensium eluxit, qui salutem omnium Graecorum priuatae suae gloriae anteponentes Lacedaemoniis vltro concesserunt. Ita cunctorum consensu Graecorum delatus est ducatus Graeciae Spartanis. Sed non multum ex eo praeterierat temporis, quum Athenienses suae modestiae, quam necessitas temporum inuitis, vt res docuit, expresserat, poenituit. Igitur mox periculo euitato, Pausaniae ducis Spartanorum perfidiam praetexentes, honorem ac titulum ducatus Graeciae



ciae a Lacedaemoniis repetunt. Herodotus Vrania postquam dixisset Athenienses bello Xerxis, quod pluris salutem Graeciae quam propriam gloriam facerent, noluisse *σασιάζειν περὶ ἡγεμονίας*: addit eosdem victo Persa, *πρόφασιν τὴν Παυσανιέω ὕβριν προίχονμένους ἀφελέσθαι τὴν ἡγεμονίαν τὰς Λακεδαιμονίους*. Haec tenus *ἡγεμονίη* et honos ducatus. Sed enim ab illis principiis nunquam postea destitit duo illi populi iter ad imperium et veram dominationem affectare. Constat nunquam fuisse tantum virium neque Atheniensibus neque Spartanis, ut Graeciae omnes gentes possent sibi subiicere: qui tamen populi ambo diuersis temporibus, et obtinuisse imperium Graeciae, et amisisse, in veterum monumentis passim leguntur. Illi vero non Graeciae vniuersae, sed insulis tantum Cycladibus et paucis in continente per oram maritimam Thraciae ut plurimum oppidis dominabantur. Aristides in Romae encomio: *ἔπραξαν μὲν πᾶν ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας* (re quidem vera pugnabant *ὑπὲρ ἀρχῆς*: sed titulus bellorum erat *ὑπὲρ ἡγεμονίας*: ideo vtrumque hic iungitur recte:) *Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι. καὶ ἦν αὐτῶν ἡ δύναμις, πλεῖν τὴν θάλατταν, καὶ τῶν Κυκλάδων ἀρχειν, καὶ τὰ ἐπὶ Θράκης ἀρχειν (ἔχειν) καὶ Πύλας καὶ Ἑλλάσποντον καὶ Κορυφάσιον. καὶ ταῦτα ἦν ἡ δύναμις.* et addit idem venustissime: similes fuisse Athenienses et Lacedaemonios in illis suis imperiis homini, qui totum id corpus in sua potestate credit esse, cuius vngues teneat: denique *ὄνειροπολῆσαι* imperium magis, quam *κτήσασθαι*. Huiusmodi Graecorum imperia fuerunt Graeciae scriptoribus adeo celebrata. Et Athenienses quidem semel dominationem obtinuisse, semel ea fuisse spoliatos inuenias: licet tempora illius varie notentur. Isocrates in Panathenaica facit annorum LXXV. continuorum: *ἡμεῖς πέντε καὶ ἑξήκοντα ἔτη συνεχῶς κατέχομεν τὴν ἀρχήν*. Lycurgus aduersus Leocratem, *ἡγεμονίαν* vocat, non *ἀρχήν*, et definit annis XC. Lysias, *θαλαττοκρατῆσαι*, maris non totius Graeciae dominos fuisse, per annos LXX. Dionysius *ἄρξαι* partis cuiusdam orae maritimae annos LXVIII. Adeo initium huius dominationis est incertum; nam finis quidem certissimus et notissimus, in anno vltimo Olympiadis XCIII. quando Lyfander parta ad Aegos fluium insigni victoria, finem simul bello Peloponnesiaco et potentiae Atheniensium imposuit. Tum primum Lacedaemonii non ducatum solum, sed dominationem aliquam Graeciae visi sunt esse consecuti.

Itaque

Itaque Diodorus Siculus in anno primo Olympiadis nonagesimae quartae, disertis verbis Graeciae imperium illis attribuit; eosque ait, περιποιήσασθαι τὴν τῆς Ἑλλάδος ἀρχὴν ἀναυφισβήτητον. De hoc Lacedaemoniorum imperio si sentiebat hoc loco Polybius, eat per me et aduocationem quaerat. nos eius assertionem de annis XII. nolumus tueri. decimo siquidem, non autem XII. post anno Conon ciuis Atheniensis, Persicarum dux copiarum, nauali pugna ad Cnidum superatis, et ingenti clade affectis, imperium ademit. Diodorus Siculus in anno altero Olympiadis nonagesimae sextae: Λακεδαιμόνιοι ἀπὸ τῆς τῆ χρόνῳ τὴν κατὰ θάλατταν ἀρχὴν ἀπέβαλον. amisisse ait Spartanos imperium maris: hoc est Graeciae imperium ἀπλῶς: probauimus enim et horum et Atheniensium imperia, mare obtinentium potentiam fuisse, aliud nihil. Aemilius Probus, siue Cornelius Nepos: *Conon apud Cnidum Lacedaemonios adortus, magno praelio fugat, multas naues capit, complures deprimit. Qua victoria non solum Athenae, sed etiam cuncta Graecia, quae sub Lacedaemoniorum fuerat imperio, liberata est.* Isocrates in Euagora, de Cononis rebus gestis loquens, et consilio, quod Persis dedit, ad opprimendum Lacedaemonios: πειθόντων ταῦτα τῶν στρατηγῶν καὶ ναυτικῆ συλλογέυτος Λακεδαιμόνιοι μὲν κατεναυμαχήθησαν, καὶ τῆς ἀρχῆς ἀπέσπρηθησαν, οἱ δὲ Ἕλληνας ἤλευθερώθησαν. Si victis Spartanis a Conone secuta est libertas Graeciae; igitur solum fuit eorum imperium. Idem in oratione ad Philippum: συστάντος τῷ Κόνωνι ναυτικῆ περὶ Κνίδου, νικήσας τῇ ναυμαχίᾳ, Λακεδαιμονίους μὲν ἐξέβαλεν ἐκ τῆς ἀρχῆς: τὰς δὲ ἄλλας Ἕλληνας ἤλευθερώσας. Ex his constat, Lacedaemoniorum clade ad Cnidum accepta fuisse finitum: qua in re Graecorum omnium firmus est consensus. Coeperat, vt ante dicebamus anno priore Olympiadis xciv. desit anno altero Olympiadis xcvi, durauit ergo non, vt ait Polybius, annos XII. sed vix decem. Isocrates Panathenaico, Σπαρτιάται ἔτη δέκα μόλις ἐπιστάθησαν τῶν Ἑλλήνων. Enimuero πρῶτις haec Lacedaemoniorum non adeo vires eorum attriuit, vt erigere se ex illo casu non valerent Testatur hoc insignis illa post aliquot lustra annorum accepta clades ad Leuctra: qua die potentissimo imperio fuisse illos exutos, omnes veteres consentiunt. Aemilius Probus in Pelopida. *Magnae saepe res non ita magnis copiis sunt gestae, sed profecto nunquam ab tam*

tenui initio tantae opes sunt profligatae. Nam duodecim adolescentuli coierunt, ex iis qui exilio erant multati: quum omnino non essent amplius centum, qui tanto se offerrent periculo: qua paucitate perculsa est Lacedaemoniorum potentia. Hi enim non magis aduersariorum factioni, quam Spartanis eo tempore bellum intulerunt: qui principes erant totius Graeciae: quorum imperii maiestas, neque ita multo post, per Leuctricam pugnam ab hoc initio perculsa cecidit. Gemina his aut eadem potius et Plutarchus in Pelopida: vbi etiam scribit, tantas ante Leuctricam pugnam vires Spartanorum fuisse, et tam firmis vinculis eorum potentiam fuisse adstrictam, vt vulgo omnes existimarent, soluere illam aut frangere neminem vnquam valiturum. Sic ille: ὁ καταλύσας τὸ τῆς Σπάρτης ἀξίωμα, καὶ παύσας ἄρχοντας αὐτὸς γῆς τε καὶ θαλάσσης πόλεμος, ἐξ ἐκείνης ἐγένετο τῆς νυκτὸς, ἐν ἣ Πελοπίδας, ἔ Φρέριον, ἔ τεῖχος, ἐκ ἀκρόπολι καταλαβὼν, ἀλλ' εἰς οἰκίαν δωδέκατος κατελθὼν, εἰ δὲ μεταφορᾷ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν, ἔλυτε καὶ διένοψε τὰς δεσμὰς τῆς Λακεδαιμονίων ἡγεμονίας, ἀλύτεις καὶ ἀρρήτεις εἶναι δοκῦντας. En rediuium imperium, et potentiam priore longe maiorem? Huius posterioris dominationis prima fundamenta poni ceperunt quatuor aut quinque annis post cladem ad Cnidum: ἀκμῇ et summi incrementum in tempora incidit proxima Leuctricae calamitati. Vitrea nempe Lacedaemoniorum fortuna fuit, quae tunc fracta est, quum maxime splendebat. De incunabulis, vt sic dicam, huius secundi imperii, Diodorus Siculus in Olympiadis nonagesimae septimae anno altero; Οἱ Λακεδαιμόνιοι προχωρῶντων αὐτοῖς τῶν πραγμάτων ἐγνωστῶν ἀντέχεσθαι τῆς θαλάττης, καὶ πάλιν ἐν τῷ κατ' ὀλίγον ἐπράττειν τῶν συμμαχῶν. Lacedaemonii, inquit, rerum suarum successibus inuitati, ad potiundum maris animum applicant; ac denuo paullatim suae potestati socios subiecerunt. De adulto imperio idem in anno primo Olympiadis centesimae. ἐγγραφέντων τῶν Ὀλυμπίων εἰς τὴν τῶν Σπαρτιατῶν συμμαχίαν πολλοὶ καὶ τῶν ἄλλων πόλεων ἔσπευσαν εἰς τὴν τῶν Λακεδαιμονίων καταλεχθῆναι. Διὸ καὶ κατὰ τὰς τὰς καιρὸς πλείστον ἴχυσαν Λακεδαιμόνιοι, καὶ τῆς Ἑλλάδος ἔχον τὴν ἡγεμονίαν κατὰ γῆν ἅμα καὶ κατὰ θάλατταν. De hac posteriore dominatione Polybium hoc loco sensisse arbitramur. Quare vt de XII. annis ratio constet, principium illius in altero anno, vel tertii initio Olympiadis XCIX. statuendum; quando Cadmea fatalis illa Theba-



norum arx a Phaebida Spartano est occupata. inde ad pugnam Leuëtricam numerus Polybianus exacte quadrat. conuenit enim victoria Epaminondae anno secundo Olympiadis centesimae secundae. Sed mihi videtur Polybius, quum haec scriberet, ad vtriusque temporis dominationem Spartanorum respexisse. quod etiam praecedentia verba illius confirmant; πολλὰς ἀμφοισθητίσαντες χρόνους. Erit igitur sententia totius loci haec: Lacedaemonios quum per multa saecula Graeciae imperium sibi asserere contenderint, si, quod tam diu optauerant, aliquando essent consecuti, nunquam vltra duodecim annos dominationem suam potuissent extendere. ita melius illa verba ἐταδέποτε ἐκράτησαν, ceperimus. Ex iis quae dicta sunt liquet, Dionysium, qui annos ferme xxx. penes Spartanos rerum summam fuisse scribit, quam Thebani illis eripuerunt, vel posteriorem eorum dominationem cum priore coniunxisse, et parum exacte in ita ratione temporum xxx. ferme annorum id spatium appellasse, quod probauimus non amplius duorum et viginti fuisse, vel, quod potius puto, dissimulata ad Cnidum calamitate, produxisse Spartaë principatum a Lyfandri victoria Aegospotamica ad Leuëtricam ignominiam Lacedaemoniorum. quod interuallum vere dixerit Dionysius implexisse annos xl. sunt enim xxxix. dumtaxat. perperam igitur scriptum in eius libris, ἕτε ὅλα ἔτη τριάκοντα τὴν ἀρχὴν καταχόντες. quum exposita nobis ratio vincat scribendum esse τετταράκοντα. Simillime accipiendum est, quod scribunt Plutarchus et Diodorus Sículus in historia xv. non semel, Lacedaemonios ab Epaminonda victos ἡγεμονίαν Graeciae amisisse, quam per annos d. obtinuerant. nam et hi clades illas dissimulant, quae variis temporibus Spartanorum ducatum interruperunt, eumque honorem modo ad Athenienses transulerunt, modo ad Thebanos: nam et hi τῆς ἀρχῆς παρετρέψαντο, quod olim de Galba dixit Augustus. ἡγεμονίαν autem hic accipe κυρίως, de ducatu solo, non vera dominatione. quare Plutarchus recte dixit, eos πρωτεύσαι τῆς Ἑλλάδος, principem inter Graecos locum obtinuisse, non ἄρξαι. De hoc autem spatio annorum d. cuius caput est νομοθεσία Lycurgi, vide quae scribit decus saeculi, λαμπὰς τῶν πρὶν αἰώνων, Iosephus Scaliger, ad numerum Eusebianum mcccxxii.

Ibid. Σικελίας μὲν γὰρ καὶ Σαρδῆς καὶ Λιβύης ἂδ' ἐπεβύλωντο κατὰπαξ ἀμφοισθητῶν.) Siciliam et Sardiniam, ac sub nomine

mine duarum harum insularum reliquas maris mediterranei versus occidentem separat ab Africa et Europa; quod dignum obseruatu. De Africa Dionysius cum exceptione loquitur: ἔδὲ Λιβύης, ὅτι μὴ τῆς πρὸς Αἰγύπτω, ἔ πολλῆς ἔσης, ἐκράτησαν. Ita scribendus hic Dionysii locus. nam hoc vult, regiam Macedonum nihil in Africa iuris habuisse, si illa excipias, quae Aegypto adhaerent: partem sane exiguam vniuersae Africae. Ceterum Alexander Libyam quidem adiit, sed non ἀμφισβητῶν αὐτῆς, sicut recte noster ait: non, inquam, ea fine, vt illam armis subigeret, verum vt Iouis Ammonis oraculum consuleret. Siciliam aut Sardiniam non magis adiit quam Italiam. Scribit tamen Hebraeus ille auctor, qui pro vero Iosepho Gorionida falso ac stulte sese venditat; Alexandrum sub initia expeditionis Asiaticae classem comparasse et in Siciliam venisse, inde in Italiam, et ex ea Africam petiisse. Sed velim sciant omnes veritatis historicae studiosi, quaecumque ὑποβολιμαῖος ille scriptor de rebus Alexandri lib. II. narrat, ea esse omnia pene ad verbum descripta et in Hebraeum sermonem versa, non e probatis auctoribus, qui res Alexandri et Philippi vera narratione exposuerunt; sed e fictis fabulis, quibus fidei non amplius debetur, quam Plauti Terentiiue comoediis, aut Heliodori, vel Longi et similibus scriptorum palam fictis narrationibus. Circumferantur apud Graecos hodie varii otiosorum hominum partus, quorum tituli vitam Alexandri pollicentur, quum re vera sint mera figmenta, et plane geminae scriptiones illis, quas lingua vernacula appellat Romanenses, siue Romanos. Extant in Christianissimi regis bibliotheca duo eius farinae libri, argumento prorsus eodem, etsi stilo et compositione ac partibus nonnihil aliquando diuersi: horum alter Callisthenis nomen praefert, quamquam titulus magis historiam e Callisthenis Hellenicis haustam significat, quam libri auctorem esse Callisthenem. nam ἐπιγραφής verba sunt haec, Καλλιθένης ἰστοριογράφος ὁ τὰ περὶ τῶν Ἑλλήνων συγγραψάμενος, ἔτος (ἔτως) ἰστορεῖ Ἀλεξάνδρου πράξεις. Stilus recentem esse auctorem arguit, veri Hellenismi admodum rudem et semibarbarum: rerum narratio miram hominis prodit imperitiam totius historiae et omnis antiquitatis; ἀγεωγραφοσύα vero plane stupenda. Hunc tamen adeo absurdum fabularum concinnatorem, pseudonymus ille Iosephus Hebraeus, pro vero Callisthene habuit, hunc so-

lum sequitur, et merito: planus planum; afellus afellum: quod nos ex diligenti comparatione vtriusque deprehendimus. De aduentu in Siciliam et Italiam, sic ille Pseudocalisthenes: ἦλθεν ὁ Ἀλέξανδρος εἰς τὴν Ἀφυκσαν ἔνθα τῶν πλωίμων αὐτῆ δουάσεις καὶ διεπέρασε, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Ἰταλικὴν χώραν. Pseudoiosephus hinc scribit, postquam de studio Alexandri in paranda classe verba fecisset; ἐβη ναυῖν ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς τὴν Ἰταλίαν καὶ et traiecit naues Alexander in Siciliam, ut inde in Italiam transmitteret. Deinde sequuntur totidem pene apud vtrumque verbis res in Italia et Africa ab Alexandro gestae cum Romanis et Carthaginensibus.

Ibid. τῆς δ' Εὐρώπης τὰ μαχίμωτατα γένη τῶν προσεσπερίων ἐθνῶν.) Italos, Gallos, Germanos et Hispanos intelligit. cum his populis totius Europae nobilissimis, nihil unquam fuisse commercii Alexandro, de quo potissimum haec sunt intelligenda, vetustissimi auctores et fide dignissimi consentiunt. non tamen defuerunt, qui aliter traderent etiam ex veterrimis scriptoribus. Clitarchus inter primos qui res Alexandri composuit, legationem a Romanis ad eum regem missam scripsit, teste Plinio lib. III. cap. V. Arrianus auctor est, Alexandrum Babylonem reuersum a legatis esse aditum populorum aliquot Italiae, Brutiorum, Lucanorum, Etruscorum: de Romana legatione falsum esse probat, et Aristum atque Asclepiadem, qui in historia Alexandri id memoriae prodiderant, firmis rationibus confutat. Ego etiam de Etruscis posse dubitari puto; quos iam illa aetate in ordinem Romani coegerant, et pinnas eorum inciderant: etsi non nescio, Alexandrum ab Etruscis et Antiatribus piraticam exercentibus laesissimum, per literas iniuriam acceptam iis expostulasse. Lege Strabonem libro quinto. Fabula sine dubio est, quam narrat Memnon, non poenitendus alioquin auctor: Alexandrum quando in Asiam traiecit, scripsisse ad Romanos, aut vincerent ipsi, si pares imperio vires haberent, aut cederent vltro potentioribus: illos ea epistola accepta, coronam auream aliquot talentorum ad Alexandrum misisse. Memnonis verba sunt in Photii excerptis: ἐπὶ τὴν Ἀσίαν Ἀλέξανδρον διαβάνοντι, καὶ γράψαντι Ῥωμαίοις, ἢ κρατεῖν, εἰ μὴ ἀπὸ δύνανται, ἢ τοῖς κρείττοσιν ὑπάκειν· σέφανον χουστὴν ἀπὸ ἰκανῶν ταλάντων Ῥωμαῖοι ἐξέπειψαν. De corona eadem Graeci mythographi, quorum modo mentionem fecimus, et ille impostor Hebraeus, qui ab illis accepit.



Epistolae autem, quam ait Memno Alexandrum ad Romanos misisse, geminum plane est responsum, quod apud illos dramaturgos dat rex idem legatis Carthaginensium. Pseudocallisthènes ita narrat: οἱ δὲ τῶν Ἀφρικῶν στρατηγοὶ ὑπήντησαν αὐτῷ καὶ ἰκέτευσον αὐτόν, ἀποσῆνασθαι ἀπὸ τῆς πόλεως αὐτῶν Καρθαγένης. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος τῆς ἀδρανεΐας αὐτῶν καταγνῆς, εἶπε πρὸς αὐτὰς, ἢ κρείττονες γίνεσθε, ἢ τοῖς κρείττοσιν ὑμῶν Φόρως τελεῖτε. nec multo aliter eiusdem dramatis scriptor alter anonymus. Apparet ex his, iam inde a temporibus Alexandri et illi aetati proximis, multa a Graeculis nugatoribus de Alexandro conficta, et pro veris in literis relata; quae tanto post interuallo nugatores isti parum lepidi, studiose collegerunt, et in vnum dramatis sui vanissimi corpus compegerunt. Sane etiam apud Cedrenum, et eius notae scriptores huius centonis aliquot frustra obseruauimus.

Ibid. ἰχνῶς εἰπεῖν, εἰδ' ἐγίνωσκον.) Si vera haec lectio, quam libri omnes constanter seruant, ἰχνῶς εἰπεῖν interpretor, ὡς τε ἀκριβῶς περὶ αὐτῶν εἰπεῖν. Iam nonuimus de Alexandro et illius aetatis Macedoniae regibus accipi debere Polybii verba. Illos ait Europae nationes versus occasum sitas, aut omnino ignorasse, aut ita leuem earum notitiam habuisse, vt de iis nihil possent dicere. ἰχνῶς, hoc est exacte, et κατὰ λαπτρόν. ita Suidas ἰχνομουθεῖν exponit ἀκριβολογεῖν. Mihi haec interpretatio parum probatur. Fortasse deest aliqua vox, vt in sequenti periodo verba plura. omnino locus mendii suspectus et dictio: ἰχνῶς, ὡς εἰπεῖν, ἢ εἰδ' ἐγίνωσκον. tenuiter, vt sic dicam, aut omnino ne norant quidem.

Ibid. Ζηλωτὸν μὲν τοῖς νῦν ἔσιν ἀν.) Et hunc locum et alterum, qui non multo post sequitur, omnes membranae foede mutilatos exhibent. Sed non fuit difficile, e vocum amissarum reliquiis supplere, quod perierat. Atque hoc ante nos Fuluius quoque Ursinus vidit, vir longe eruditissimus ac probissimus, et qui de magno hoc scriptore quam optime meruit. Scripta lectio, si quis eam requirat, quo melius aliquid excudat, haec est in regio codice, Bauarico, et meo, qui neutri bonitate cedit, χεδόν δὲ πᾶσαν πεπονημένο τὴν οἰκισμένην ὑπήκουσεν αὐτοῖς . . . . . τὸν μὲν τοῖς . . . . . σιν ἀνυπε . . . . . τοῖς ἐπιγι . . . . . ὄχημα . . . . . δυνας . . . . . μὲν το . . . . . Φῆς ἔσαι σαφέστερον κατανοεῖν. Seruauimus exacte modum interuallorum, quem in melioris notae libris

inuenimus: nam in posterius descriptis et sequioris notae codicibus lacunae hiant longe maiores.

Ibid *πόσα καὶ πηλίκᾳ συμβάλλεσθαι πέφυκε τοῖς Φιλοῦσιν ἡ τῆς πραγματικῆς ἱστορίας τρόπος.*) Quid sit historia *πραγματικῆ*, quae eius proprietates, et quinam eius scriptores, prolixè ostendimus in ipso operis vestibulo. De appellatione nunc pauca. Proprie Graecis actio omnis, quae non sit *ποίησις* neque *κτίσις*, dicitur *πράξις*: et res ita gestae *πρᾶγματα*. Solet dici de re seria et vere gesta. Apud Antiphauem comicum in Gastrone, *πρᾶγμα λέγειν* et *λῆρον γενόμενον*, opponuntur. Demetrius Magnus in libro de eiusdem nominis viris claris, loquens de quodam Dinarcho: *Δύλιος τὸ γένος πεπραγματευμένος τῆτο μὲν ἔπος, τῆτο δὲ πρᾶγμα. Delo oriundus, qui et versu scripsit et prosa. πρᾶγμα* pro seria *scriptio*ne, quasi versus pangere nihil sit, nisi operam ludere, aliquando opponuntur *πρᾶγμα* et *λέξις*, siue *λόγος*; vnde in rhetorum libris tractationes de historia diuiduntur in *τὸν λεκτικὸν τρόπον*, de dictione historica, et *τὸν πραγματικὸν* siue *τὴν πραγματικὴν ἰδέαν*, obseruationem eorum, quae in historico desiderantur, vt apud Dionysium Halicarnassensem saepissime. Sed obtinuit consuetudo graece loquentium, vt *πράγματα* simpliciter dicantur, Reip. negotia, et illa quae vel pace vel bello ab iis geruntur atque administrantur, qui praesunt Reip. quia ipsa Resp. persaepe Aristoteli, Polybio et aliis τὰ *πράγματα* nominantur. Inde *πραγματικὸς* historicis, non vt apud oratores et rhetoras, pro recocto formulario, sed idem ac *πολιτικός*. Aratus lib. III. dicitur, *τέλειος ἀνὴρ εἰς τὸν πραγματικὸν τρόπον*, hoc est, *omnibus numeris absolutus politicus*. alibi de Dinocrate: *τὸν πραγματικὸν ὑπέφθινε τέλειον*, *videri volebat politicus perfectus*. mox de Hierone, *ἑυφυῆς πρὸς βασιλικὴν καὶ πραγματικὴν οἰκονομίαν*, *natura factus ad rerum ciuiliū administrationem, regi et viro politico conuenientem*. Quoniam autem fabricando, vt aiunt, sumus fabri, et assidua negotiorum tractatione periti et sollertes euadimus artifices rerum gerendarum, Graeci *πραγματικὸν* dixerunt, non solum eum, qui publica negotia curaret, sed etiam illum, qui vsum rerum magnum haberet et industriam perficiendi quicquid semel instituisset. ita passim Polybius id verbi accipit: qui etiam *πραγματομαθεῖς* eosdem eleganter vocauit. Quos noster initio libri XIV. *πραγματικὸς* appellat, Liuius, qui historiam illam suo more

more ad verbum fere e Polybio vertebat, *spectatae virtutis atque prudentiae dixit*. πραγματικοὶ Sallustio, *homines negotiosi*: Tacito, *negotiosi et rebus intenti*: πραγματικῶς Polybio, idem ac πρακτικῶς, *sollenter, perite et efficaciter*. apud Strabonem in XIII. Φιλοσοφεῖν πραγματικῶς, de quo tam multa viri doctissimi, significat philosophiam tractare vtiliter ad vitam, et rei gerendae caussa, vt Senecae dicitur Chryseus, *rei agenda caussa loqui*: cuius contrarium est in illo Strabonis loco, *θέσεις ληκυθίζειν*. Etsi autem πράττειν proprium est hominis, vt docet Aristoteles, et πράξις actio hominis, vox haec tamen latius accipitur, neque in persona tantum locum habet, sed etiam de re dicitur, vt πραγματικὴ ἐπίθεσις, et πραγματικὴ ἄκρα in quinta historia: hoc est, vt alibi noster de Seleucia loquitur, *πολλὰς εἰς πραγμάτων λόγον ἀφορμὰς ἔχουσα*, *locus ad muniendum et ad vim defendendam idoneus*: vt e contrario χωρίον ἀπραγμάτευτον, alibi nostro, *locus qui ad rem bene gerendam non est aptus*. Sic Diodorus in XVII. dixit Tyrum *κατὰ γῆν χεδὸν ἀπραγμάτευτον*, *cuius obsidio ne tentari quidem possit*. M. Tullius non semel in epistolis hanc vocem vsurpat, quomodo Polybius. Ad Atticum lib. XIV. *Tu si quid pragmaticon habes: sin minus, populi ἐπισημασίαν et minorum διτὰ perscribito*. πραγματικόν hoc loco, non simpliciter significat, quod ad statum publicum pertinet: nam et minorum διτὰ et populi ἐπισημασίῃ, siue significationes theatri, eiusmodi persaepe erant. quare Cicero de publicis rebus coniecturam inde solet facere: vt in epistola quadam ad Q. fratrem libro secundo: sed ab Attico petit Cicero aliquid, ex cuius cognitione euadat ipse ad salutare consilium ineundum instructior et paratior: id vocat pragmaticon. Ad Q. fratrem, *Attende nunc ad ea dum rescribo, quae tu in hac eadem breui epistola πραγματικῶς valde scripsisti*. Idem Attico libro II. epistola XX. *Pragmatici homines omnibus historicis praeceptis, versibus denique cauere iubent et vetant credere*. vbi caue accipias vocem pragmatici, vt in Rhetoricis eiusdem et apud Quintilianum.

#### IV. *Historiae Polybii caput et principium.*

I. 3. Ἄρξει δὲ πραγματείας ἡμῶν.) Statuit hoc loco Polybius historiae a se primario susceptae caput: quod quantum intersit ad perspicuitatem narrationis, et fidem rerum,



esse notissimum mox indicabit. Id caput dupliciter designat; nota temporis, et rerum in tempore illo gestarum. Cur autem ab eo potissimum principio scripturam suam sit auspicatus, duas hoc loco rationes affert. Prior est, quia ibi defleerat Sicyonius Aratus, vnde ipse incipit: lege initium libri quarti. Altera ratio id tempus, quod hic denotatur historiae vniuersali et καθολικῆ, qualis est Polybiana, principium dedit propter ἐπιπλοκὴν et misturam rerum in omnibus orbis partibus gestarum, quae tunc primum Romano imperio omnia inuadente, et ad se trahente, initium habuit. Adde tertiam rationem e libro quarto: ideo superiora tempora noluisse Polybium attingere, ne cogeretur ἀκοὴν ἐξ ἀκοῆς, et parum sibi comperta narrare.

Ibid. οἱ πλείοι προσγορεύουσιν Ἀννιβιακὸν) siue Ἀννιβαικὸν, vt apud multos auctores scribitur: ea est magis analogica formatio, sed aspernantur nostri codices.

Ibid. ταῦτα δὲ εἰσι συνεχῆ τοῖς τελευταίοις τῆς παρὰ τῷ Σικωνίῳ συντάξεως) Graecanica est consuetudo, magnos et claros viros aliter quam propriis appellationibus designare. ὁ Θῆριος συγγραφεὺς vel ὁ ἀπὸ Ἀλικαρνασσῆ, Herodotus. ὁ τῷ Ὀλόρη, Thucydides Olori F. Agathias libro II. ὁ ῥήτωρ ὁ Παιανιεύς, τῶν Ὀλόρη ἀναπέπλησαι. sic etiam ὁ τῷ Παυφίλῳ, Eusebius Caesariensis, cui raro exemplo amicus cognomen dedit. ὁ Σικωνίος, hic est Aratus Sicyonius. Libro quarto in eadem re: διὰ τὸ πρῶτον μὲν τὴν Ἀράτη σύνταξιν ἐπὶ τῆς καταστροφῆς τῆς κειρῆς. Hic est Aratus, de cuius rebus gestis multa Polybius libro II. item libro IV. et V. vbi obitum illius commemorat. Vitam huius et viri et politici optimi, persequitur Plutarchus, qui etiam commentariorum illius meminit: sed plura de iis nostro libro II. in disputatione aduersus Phylarchum. Arati ergo historiam continuauit Polybius, sicut Thucydideam Xenophon, et Theopompus, Procopianam Agathias. Rursus vero Polybianam duo viri summi erant persecuti; Strabo philosophus et geographus libris XLIII. et Posidonius Olbiopolita, nobilis sophista, libris ipsis LII. Vterque historiae a se editae titulum indiderat, τῶν μετὰ Πολύβιον, auctore Suida, etsi de titulo librorum Strabonis potest dubitari: nam primi libri quatuor separatim argumentum videntur habuisse: sicut ipse innuit, cum laudans librum sextum ita loquitur, ἐν τῇ ἕκτη τῶν ἰσορικῶν ὑπομνημάτων, δευτέρῃ δὲ τῶν μετὰ Πολύβιον. Quemadmodum

modum autem Polybii historia Arati commentarios excipiebat, ita eiusdem praeparatio Timaei Tauromenitae eam, quae de rebus gestis Pyrrhi Epirotae ab ipso fuerat composita. Vide paullo post.

Ibid. *διὰ τὸ κατὰ τὰς ἐπιβολάς.*) Et hic membranae pariter cum editis, quinque lacunulis deformes, hoc modo . . . . . τὸ καὶ τὰς ἐπιβολὰς . . . . . δὲ συντελείας αὐτ . . . . . καὶ κατὰ τὸ . . . . . εἰν ἕνασα . . . . . ἔνων.

Ibid. *συμπλέκεσθαι τε τὰς Ἰταλικὰς καὶ Λιβυκὰς πράξεις ταῖς τε κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ ταῖς Ἑλληνικαῖς.*) Tempus quo ceperunt res Romanae Graecanicis immisceri, varie denotant auctores: eiusque coniunctionis alii aliud principium statuunt. Res ita se habet. Eius *ἐπιπλοκῆς* tres quasi gradus fuerunt et totidem diuersa principia. Prima omnium fuit, quum per legatos suos Romani Graecorum rebus se immiscuerunt. anno quarto Olympiadis cxxxvii. id factum circa annum v. c. dxxv. quando L. Postumius Albinus Cos. re bene gesta in Illyrico ad Aetolorum et Achaeorum gentes legationem misit, quae rerum gestarum nuntium afferret. Polybius libro ii. *ἡ πρώτη Ῥωμαίων ἐπιπλοκὴ μετὰ πρεσβείας εἰς τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τότες τοιαύδε καὶ διὰ ταύτας ἐγένετο τὰς αἰτίας.* Alia postea secuta est confiliorum *ἐπιπλοκὴ* quando caeperunt Graeci serio aduertere animum ad res Romanorum et ab illis sibi metuere: Philippus autem Macedo, partim spe amplificandi imperii, partim metu Romanae potentiae, a bellando cum Graecis ad res Italiae omnem animi impetum transtulit. Hae cogitationes fecerunt, ut sociali bello finem imponerent Graeci et Philippus. Tempus conuenit anno tertio Olympiadis cxl. Narrat fuse Polybius libro v. vbi etiam diserte notat, tum primum caepisse res Graecorum, Afrorum et Itolorum inter sese misceri. Sic ille: *τὰς μὲν ἔν Ἑλληνικὰς καὶ τὰς Ἰταλικὰς, ἔτι δὲ τὰς Λιβυκὰς πράξεις, ἔτος ὁ καιρὸς καὶ τῆτο τὸ διαβέβλιον συνέπλεξε πρῶτον.* confiliorum nempe haec est prima *ἐπιπλοκὴ*. Excepit hanc deinde genus diuersum commercii, de quo Plutarchus in T. Quintio Flaminio: *ἡ Ἑλλάς ἔπῳ πολλὰ συνενηγεμένη Ῥωμαίοις, ἀλλὰ τότε πρῶτον ἐπιμιγνυμένη ταῖς πράξεσι.* Non dicit Plutarchus, tunc primum, quando Titus in Graeciam cum exercitu traiecit, caepisse Graecorum negotia cum Romanorum misceri, sed *τότε πρῶτον ταῖς πράξεσι*, hoc est, primum illud fuisse tempus, quo res vna Graeci Romanique

gesserunt. Polybius libro xvii. de eodem Tito, *πρῶτος εἰς τὴν Ἑλλάδα διαβαθῆκει μετὰ τῶν ὅπλων*. Haec est igitur prima *ἐπιπλοκή* armorum siue *πράξεων*, vt appellat Plutarchus. Incidit Titi traiectio in annum tertium Olympiadis cxlv. a Palilibus Romae dlvi. Pyrrhum et res cum Pyrrho gestas, praetermittimus, quia ille rex Epirota fuit non Graecus.

Ibid. *ἔτω καὶ τότε πρῶτον ἐξάρσθησαν ἐπὶ τὰ λοιπὰ τὰς χεῖρας ἐκτείνειν.*) *tunc primum*; nempe post bellum Punicum primum confectum, et secundum inchoatum. Aliter Seneca apud Lactantium libro vii. cap. xv. *Quum esset adolescentia populi Rom. siue Punicū belli terminata, tunc denique confirmatis viribus coepisse iuuenescere. Sublata enim Carthagine, quae tamdiu aemula Romani imperii fuit, manus suas in totum orbem terra marique porrexit.* in eadem re idem loquendi genus Polybius et Seneca vsurpant. sed *χεῖρας ἐκτείνειν* apud nostrum variis modis accipitur.

#### V. Causae et necessitas praeparationis Polybianae.

Ibid. *Ἐὶ μὲν ἔν ἡμῶν ἦν συνήθη καὶ γνώριμα τὰ πολιτεύματα.*) Non solum in scientiis et philosophia locum habet, quod docet Aristoteles, omnem cognitionem in animis hominum nasci *ἐκ προὔπαρχέσης γνώσεως*, ex antecedente cognitione: verum etiam in cuiuscunque rei perceptione, maximeque autem historiae; ad cuius lectionem qui accesserit rudis, et vt cum Arcefila et Galeno dicam, *πόκος ἀναπτος*, nunquam multum proficiet. Sunt vero alia praesidia ad omnem historiam, alia ad hanc aut illam necessaria. De primi generis praesidiis non loquitur hic Polybius, sed de iis quae lectori suae historiae sint necessaria. Haec igitur ne aliunde petere lectores cogentur, initio operis sui exhibet noster praeposito hoc apparatus, quo lectorum animi praeparantur et earum cognitione informantur; quibus ignoratis sequens historia recte percipi non queat. Sed de necessitate et modo huius cognitionis sub finem praefationis huius plura.

Ibid. *λίαν ἐυλόγοις ἀφορμαῖς χρησάμενος*) *ἀφορμαί* sunt instrumenta rerum gerendarum, hoc est, opes quae neruus belli audiunt. paullo ante pro eo dixit, *ποίους δυνάμει καὶ χορηγίαις*. Quid sit Graecis *ἀφορμή*, quid *ἐνθάκη*, in priuatorum facultatibus, alibi exposuimus.



VI. *Historiae Polybianae praestantia, quod sit καθολική.*

I. 4. τὸ γὰρ τῆς ἡμετέρας πραγματείας Ἰδίου κ.) In hac sexta parte commemoratur alia praeter ante expositas descriptionis huiusce praestantia: quia non sit haec historia τοπική, et particularis, sed καθολική et vniuersalis: deinde historiae eo modo scriptae excellentia luculente explicatur. Lege si lubet, quae περὶ καθολικῆς ἰσορίας differuimus ἐν τοῖς προλεγομένοις, pertinent enim ad huius partis explicationem.

Ibid. ἡ τύχη χεδὸν ἅπαντα τὰ τῆς οὐκ ἐπιμεμένης πράγματα πρὸς ἐν ἔκλινε μέρος.) Videtur sentire, fortunam esse, quae orbem terrarum imperio Romanorum subiecit. Sed nos operis initia ostendimus, ea potissimum sine opus hoc a magno scriptore esse susceptum, vt popularibus suis Graecis persuaderet, Romanum imperium ἀρετῆς esse κτῆμα, non τύχης δῶρον, vt et Iosephus fatetur: τύχην ergo hic accipe τὴν ἐκ θεῶν τύχην, diuinum numen. Vide quae de ea re inferius obseruamus.

Ibid. τὸ κάλλιστον ἅμα καὶ ὠφελιμώτατον ἐπιτήδευμα τῆς τύχης.) Ita appellat imperii Rom. molem, et eius constructionem. Simillime Plutarchus in libro, de fortuna Romanorum: conuenisse virtutem et fortunam, καὶ συνελθῆσας ἐπιτελειῶσαι καὶ συναπεργάσασθαι τῶν ἀνδρωπίνων ἔργων τὸ κάλλιστον; communi opera perfecisse atque absoluisse opus omnium humanorum operum pulcherrimum. deinde rationes addit, cur vniuerso orbi terrarum salutaris extiterit tanti imperii constructio: quod ipse magnificis et prorsus notatu dignis verbis appellat, πᾶσιν ἀνθρώποις ἐσίαν ἱερὰν ὡς ἀληθῶς καὶ ἐνησιδῶραν, καὶ πείσμα μόνιμον καὶ ταιχειῖον αἰδίου, ὑποφερόμενος τοῖς πράγμασιν ἀγκυρηβόλιον σάλας καὶ πλάνης: omnibus mortalibus focum, vere sacrum atque alium, retinaculum firmum, elementum aeternum, rebus mundi salo atque errore fluctuantibus stationem ad iaciendum ancoram. ἀγκυρηβόλιον non est ancora, sicut eruditi homines verterunt, sed id quod expressi nus. optime autem ἐσίαν et πείσμα coniunguntur. Orpheus hymno in Vestam: ἐκ τε θεῶν μακάρων θεητῶν εἴργμα κραταῖον. M. Tullius aliis verbis idem dicit de veteri Romanorum imperio, cui nihil fuit nihil erit vniquam simile. *Quantum in populi Rom. beneficiis tenebatur, regum, populorum, nationum* (haec sunt, quae Plutarchus appellat πράγματα ὑποφερόμενα) portus erat et refugium senatus. *Nostri autem*

*autem magistratus imperatoresque ex una hac re maximam laudem capere studebant, si prouincias, si socios acquitate defendissent. Itaque illud patrocinium orbis terrae verius quam imperium poterat nominari. Idem senatum Roman. vocat omnium terrarum arcem eleganter in oratione post reditum in senatu.*

Ibid. τοῖς ἀγαθὰ καὶ αὐτὴ καινοποιῆσα.) καινοποιεῖν, καινοτομεῖν, et νεοχαιῖν passim fortunae tribuuntur, aut τοῖς καιροῖς, quod idem est. Arbiter Satirico,

*Rerum humanarum diuinarumque potestas  
Fors, cui nulla placet nimium secunda potestas,  
Quae noua semper amas, et mox possessa relinquis.*

Ibid. ἔτε ἠγώνισατο ἀγώνισμα.) Non dicit quibuscum hoc fortuna certamen decertarit. potest intelligi de iis, qui Rom. imperium abnuebant. Apud Plutarchum fortuna dicitur ποῦλις ποῦλικὸς ἠγωνίζεσθαι ἀγῶνας aduersus virtutem; et apud Ciceronem in primo aureoli opusculi, interdum pugnare cum natura: quae huic loco nullo modo conuenit. Nos simpliciter accipimus ἀγωνίζεσθαι pro magno studio et contentione aliquid facere. Leo imperator Styliano: εὐχὴν καὶ ἀγώνισμα τίθειται παρ' ἐμυτῶν προσηξυρίσκειν, opto et totis ingenii viribus contendō. ἀγώνισμα τίθειται, pro eo, quod vsitatius dicitur φιλοτιμεῖσθαι, studere vehementer alicui rei, more eorum qui de honoris proemio certant inter se. inde ἀγώνισμα pro laude. Thucydides in III. ὁ ἀπάτη περιγενομένου, ξυνέσωσ ἀγώνισμα προσελύθαι. qui fraude superior extiterat, is laudem insuper prudentiae apisceretur. Iosephus eleganter operis faciendi aut iam facti sumnam appellare solet ἀγώνισμα: vt de bello Iudaico libro primo, πρῆκειτο τὸ ἀναγκαιότατον ἀγώνισμα Μασάδα, oppidum Masada propositum his erat certamen omnium maxime necessarium. paullo aliter libro eodem: ὁ μὲν ἀγώνισμα τῆς Μάλχη παρανοουίας γενομένου, θνήσκει. iterum, τῶν μὲν ἔν ἦν Μιχαίρας ἀγώνισμα. Nicetas in Balduino Flandro: ταύτην πόλιν ἀγώνισμα καὶ ἄθλον καὶ συμπέρασμα τῶν πόων οἱ Λατίνοι ᾤοντο.

I. 5. Παραπλήτιοντι πάχειν ὡς ἂν εἴ τις ἐμφύχη καὶ καλῶ σώματος γεγονότος, διεβριμμένα τὰ μέρη θεωμένοι) Polybium puto scripsisse μέλη membra, non μέρη partes: aliter tamen veteres membranae. Imitatus est elegantiam huius loci Diodorus Siculus libro xx. et si in sermone non plane eodem.

Repre-

Reprehendens enim eos historicos, qui concionibus infitiis ad ostentandam eloquentiam, qua plurimum valent, rerum gestarum seriem interrumpunt, perperam facere ipsos ait, quod historiam corpori animato similem, per frustra concidant: quae a toto suo corpore diuisa, et separatim considerata, venustatem et gratiam amittant, quam solet anima corpori conciliare, τὸ τῆς ἱστορίας γένος, inquit, ἀπλῆν ἐστὶ καὶ συμφυῆς ἑαυτῷ καὶ τὸ σύνολον ἐμψύχῳ σώματι παραπλήσιον, ἃ τὸ μὲν ἐσπαραγμένον ἐξέρηται τῆς ψυχικῆς χάριτος, τὸ δὲ τὴν ἀναγκαίαν σύνθεσιν ἔχον, εὐκαιρῶς τετήρηται, καὶ τῷ συμφυεῖ τῆς ὅλης περιγραφῆς ἐπιτερετῆ καὶ σαφῆ παρίησι τὴν ἀνάγνωσιν. Non dissimile est apud Ciceronem in Oratore, *Phidiae clypeum dissoluere aut scopas*. neque item illud, quod Longinus disputat de iis, ex quibus constat orationis sublimitas: quae dissipata sublimitatem quoque dissipant, compacta in vnum corpus, et vinculo concinnitatis numerosae adstricta, fiunt vocalia, non secus ac fiat in animalium corporibus: quorum membra disiecta, nihil sunt; copulata, corpus vnum perficiunt. Non pigebit tanti critici verba subiicere: Ἐν τοῖς μάλιστα μεγεθοποιεῖ τὰ λεγόμενα, καθάπερ τὰ σώματα, ἢ τῶν μελῶν ἐπισύνθεσις: ὧν ἓν μὲν ἕδεν τμηθὲν ἀφ' ἑτέρου, καθ' ἑαυτὸ ἀξιόλογον ἔχει πάντα δὲ μετ' ἀλλήλων ἐκπληροῦ τέλειον σύστημα. Ἔτως τὰ μεγάλα σκεδασθέντα μὲν ἀπ' ἀλλήλων ἄλλων ἄλλη, ἅμα ἑαυτοῖς συνδιαφορεῖ καὶ τὸ ὕψος. σωματοποιήμενα δὲ τῇ κοινωνίᾳ, καὶ ἔτι δεσμῷ τῆς ἀρμονίας περικεκλεισμένα, αὐτῷ τῷ κύκλῳ φωνήεντα γίνονται. Vide et Senecae disputationem aduersus eos, qui e magnis scriptoribus flosculos dumtaxat legunt, totos ipsos non legunt: quod ille appellat, summam degustare ingenia summorum virorum: epistola est xxxiii.

Ibid. τῆ τῆς ψυχῆς ἐμπρεπεία.) Diodorus modo vocabat, ψυχικὴν χάριτα. M. Tullius, dignitatem in Bruto: membra suo quaeque loco locata, suam et vim et dignitatem tenent. Affinis est vox in doctrina physiognomonica, ἢ ἐπιπρέπεια, species existens ex vniuersarum hominis partium forma. Vide Aristotelem capite iv. et Adamantium initio libri ii.

Ibid. ἔννοιαν μὲν γὰρ ἀπὸ μέρους τῶν ὅλων δυνατὸν, ἐπισήμην δὲ καὶ γνώμην ἀτρεκέην ἔχειν ἀδύνατον.) Philosophi ἔννοιαν definiunt τὴν πρώτην τῆς ψυχῆς κίνησιν, primum animi motum, quo mouetur ad cogitandum de re aliqua: ἐπισήμη vero est certa et indubitata scientia ex cognitione causarum collecta,



collecta. ad hanc prius quam perueniamus, multas ac varias operationes mentis praecedere est necesse. Ait ergo Polybius, posse quidem fieri, ut eius animum, qui partem rei intuetur, subeat cogitatio totius: sed ut ex inspectione partis perfectam totius notitiam aliquis consequatur, id vero fieri non posse. Nam qui verbi gratia, armos leporis aut lumbos spectauit, poterit cogitare, eas esse partes animalis quod leporem vocant: sed accuratam integri animalis cognitionem nequaquam inde nanciscetur. Enimuero philosophiae notissimum axioma est; singularium non esse scientiam sic proprie dictam. Sed quum historia, ut et politica vniuersa sit τῶν πρακτῶν, non τῶν νοητῶν, vox scientia alio sensu accipienda, quum de historia dicitur; quam apud philosophum in sexto Nicomacheorum, et in primo Analyticorum posteriorum. Sed et apud Aristotelem locis sexcentis ἐπισήμη pro ea scientia usurpatur, quae non sit analytica demonstratione collecta. Obseruanda Polybii locutio, ἐννοίαν λαβεῖν ἀπὸ μέρος τῶν ὅλων: nam potius dicendum videbatur, ἀπὸ τῶν μερῶν τῷ ὅλῳ. quippe totum semper est vnum; partes multae. sed meminisse oportet, totum illud de quo hic est sermo appellari τὰ ὅλα. sic Graecis dicitur non solum orbis terrae, sed etiam imperium, aut respublica. ΠΑΡΤΕΣ αὐτὴν dixit, non partes, quia notitia cunctarum aut plurimarum partium non leuē animis nostris cognitionem totius ingenerat. heic vero disputat philosophus aduersus illos, qui historiae partes, aut particulas separatim erant exsecuti. Graeci τοτικὰς vocant et μερικὰς ἰστορίας. Lege principium libri octaui.

Ibid. ἐκ μὲν τοί γε τῆς ἀπάντων πρὸς ἄλληλα συμπλοκῆς καὶ παραθέσεως) Confer cum simili loco libri tertii, pag. cclviii. ἂν ἐκ παραθέσεως συνθεωρημένων καὶ συγκρινομένων ἀλλοειτέρως ἕκαστα τυγχάνει δοκιμασίας τῆς κατὰ μέρος διαλήψεως.

### VII. Apparatus Polybiani duum librorum caput, et vniuersae historiae ἀρχαί.

Ibid. Ἐποθησόμεθα δὲ ταύτην ἀρχὴν τῆς βίβλου.) Dictum est ante de necessitate sequentis praeparationis, ad recte capiendam illam historiam, quam primario et προσηκούνως scribendam Polybius suscepit. hic vero auctor ad ipsam προκατασκευὴν alia προκατασκευῆ ἰter munit. plerique enim

Graecorum illa aetate rerum Romanarum erant imperitissimi, ut propterea fuerit Polybio necesse, longe adeo principia suae historiae repetere. Haec autem est ipsius apparatus pars prior.

Ibid. *Ἦνα μὴ τῆς αἰτίας αἰτίαν ἐπιζητήσης, ἀνυπόστατος ἢ τῆς ὅλης ὑποθέσεως ἀρχὴ γένηται καὶ θεωρία.*) Ut intelligatur hic locus, discrimen triplex in tota Polybii scriptione est obseruandum: nam et partes illius quodammodo sunt tres. Prima et praecipua, quam ipse appellat suam historiam, ut primario a se susceptam: altera est praeparatio ad iustum opus, et illam, quam diximus historiam: tertia praeparatio praeparationis, ut sic dicam. Quemadmodum enim legitimae historiae gratia adhibetur praeparatio, ut caput illius atque principium fiat notius: sic ut melius perciperetur caput ipsius apparatus, pauca repetere altius est coactus. Harum igitur trium partium tractatio longe est diuersissima. In principali historia non solum res gestae explicantur, sed etiam causae omnes, qua antecedentes, qua connexae, itemque rerum euentus et τὰ ἐπιγενηήματα ex amussim disputantur. In praeparatione leuius causae attinguntur, quantum satis est ad fidem narrationi faciendam et lucem parti principali foenerandam. In tertia quam diximus parte, de fide narrationis non laboratur: sed tantum ad praeparationem lectori via sternitur. hoc est, quod verbis antecedentibus dicebat Polybius, *ῥητέον αὐτὴν τὴν τῆς διαβάσεως αἰτίαν ψιλῶς.* simplici inquit narratione eorum, quae transitum Romanorum in Siciliam praecesserunt, aperienda causa est ipsius transitus, quod est caput praeparationis ad iustum opus. at huius causae causam non quaeremus. captae a Gallis Romae causam non afferemus. nam si istius quoque causae causam requiremus; fieret, ait Polybius, *ἢ τῆς ὅλης ὑποθέσεως ἀρχὴ ἀνυπόστατος.* Graecis ὑπόστασις est actus subsistendi, et firmiter manendi, aut fulciendi. interdum refertur ad vim resistendi aduersario obnitenti. vnde ἀνυπόστατοι dicuntur, quorum vis est intolerabilis, et sustineri non potest, ut alicubi vertit Liuius. alibi verbo *subsistere* vitur. ἀνάγκη ἀνυπόστατος Xenophonti, necessitas cui omnia cedunt. ideo σκληρὰν et τεβέρων poetae appellant. Interdum significat ὑπόστασις principium, cui ceu basi vniuersum opus innititur. Libro iv. de operis huius principio loquens: *καλλιῆν ὑπόστασιν ὑπολαμβάνοντες εἶναι ταύτην.* Aliquando

quando non male interpreteris subiectum tractationis, quod philosopho dicitur ὑποκείμενον γένος. Diodorus Siculus libro primo: οἱ δὲ τὴν ὑπόσασιν τῆς ἐπιβολῆς ἢ συνετέλεσαν μεσολαβηθέντες τὸν βίον ἀπὸ τῆς τετραμείνης, quidam argumētum ad quod se accinxerunt, fato vitam ipsis intercipiente non absoluerunt. clarius paullo post idem: ἐξῆσαι γὰρ ἐκ ταύτης ἕκαστον πρὸς τὴν ἰδίαν ὑπόσασιν ἐτοιμῶς λαμβάνειν τὸ χρέτιμον. licebit unicuique ad id subiectum, quod sibi proposuerit, quae ad rem facient ex hoc meo opere sumere. paullo aliter idem aliquanto post, de Pete, qui domo Aegyptius, Athenis et ius ciuitatis, et regnum est consecutus. διφυῆς δ' αὐτῷ γεγυότος, τὰς Ἀθηναίους μὴ δύνασθαι κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπόσασιν ἀποδῆναι περὶ τῆς φύσεως ταύτης τὰς ἀληθεῖς αἰτίας. hic κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπόσασιν, est secundum principia eius historiae quam ipsi sequuntur, et pro vera habent. philosophus diceret κατὰ τὰς ἰδίας ὑποθέσεις: nam hypothesebus congruant necesse est, quae illis superstruuntur. Aliter accipit idem libro xv. quum ita scribit: Θεβαῖοι κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπόσασιν ὅλην τὴν Βοιωτίαν ὑπὸ μίαν ἀγαγόντες συντίλειαν, ἢ προσεδέχθησαν. Thebani quum ex instituto suo totam Bœotiam in unum concilium contribuissent, ad foederis societatem non sunt admissi. ὑπόσασιν hoc loco est, suscepta semel ratio consilii, et propositum vniuersum, ad quod singulas actiones referimus. libro xvi. duo haec pro eodem posuit Diodorus, τηρεῖν τὴν ὑπόσασιν, et τηρεῖν τὴν ἐξ ἀρχῆς προμήρεσιν. Polybius libro iv. id dicit, συναύξαν τὴν πρόθεσιν ἣν εἶχε. Eruditissimum virum, qui Diodorum Siculum latine vertit, nusquam affectum esse vim huius vocis, palam est. Sed redeamus ipsi quoque πρὸς τὴν ἰδίαν ὑπόσασιν. Polybius igitur negat causam eorum esse requirendam, quae in anteloquio praeparationis est dicturus: ne si causae causam requireret, fieret ἢ τῆς ὑποθέσεως ἀρχὴ ἀνυπόστατος. hoc est, ne argumentum nostrum certo principio et quasi fundamento careat cui innitatur. Quemadmodum in artificio demonstrationis analyticae haec cum primis conditio desideratur, vt deducatur ἐκ πρώτων ἀναποδείκτων, quorum fides et certitudo nullius probationis egeat; sic Polybius legitime scriptae historiae poni vult principia certa, nota, et in quibus lectoris animus acquiescat. ὑπόσασιν ergo analogia quadam idem est in historia, quod ἀρχαὶ in demonstratione; quas, inquit Philosophus, δεῖ λαμβάνειν, sumere, non probare. ἀόριστον γὰρ,



ait idem alibi: res abiret in infinitum: quo nihil magis contrarium rectae rationi docendi, aut et narrandi. Ideo iure olim reprehensus est declamator Albutius: qui, vt ait Seneca pater, *argumenta argumentis colligebat: et quasi nihil esset satis firmum, omnes probationes probationibus aliis confirmabat.* Vides quam erudite Polybius scriptioni historiae accommodet, quae de arte demonstrandi docet Aristoteles. Facit hoc etiam alibi, vt initio libri III. Quod autem Polybius tantum aestuat in ponendis iusti operis sui principiis, ratio haec est; quia facilius demonstrationis principia inveniuntur, quam historiae. nam illa *ἀμμεσα καὶ ἀναπόδεικτα* axiomata, quae assumuntur ad demonstrandum, natura sua fere, aut sensus experientia nobis sunt nota: in principiis historiae aliter res habet: neque enim eadem a natura praesidia ad hanc rem comparata suppetunt. Itaque cogimur necessario, aut *λίαν πρόβῳθεν ἄπτεσθαι τῆς αἰτίας*, et longe admodum petere principium, aut ea dicere, quae parum clara lectoribus sint futura. Nam etiam in hac scriptione vel maxime locum habet, quod docet philosophus, omnem cognitionem *ἐν προπαρχέσει γίνεσθαι γνώσεως.* quam ob causam verissime et elegantissime Polybius libro tertio et libro quinto *ἀνυπότακτον* et *κωφὴν* narrationem illam vocat, quae non habet notitiam antecedentem in animo discentis, cui ceu fundamento et basi innitatur, vt ibi exposituri sumus. Quod autem diximus de difficultate et necessitate ponendi principia historicae narrationi: id vero non semper habet locum: sed tum demum, quando historiam aggredimur novam lectoribus futuram, et antea incomptam, vt quum Polybius Graecis suis res Romanas et Punicas narrare instituebat. nam, vt ante dictum est, et Carthaginensium et Latinorum res adhuc illa aetate parum exploratas habebant Graeci. Sunt aliae historiae, quarum principia ideo possunt omitti, quia sunt omnibus comperta, vt quum Xenophon et Theopompus Thucydidis historiam persequi instituerunt, aut quum idem Xenophon Cyri expeditionem aduersus fratrem Artaxerxem describit. nam Cyrus inter Graecos diu versatus erat, neque ignorabat quisquam eius belli causam. Idcirco Lucianus eruditissimo libro de conscribenda historia duo genera facit historiarum, vnum earum, quibus prooemium adeo necessarium, vt illud praetermississe non aliud sit, quam corpus sine capite peperisse: alterum illarum, in

quibus nullo extra materiam susceptam opus sit prooemio. Male igitur exemplo Xenophonteaε ἀναβάσειεε suam imperitiam excusare ineptus historicos, qui recens Romanorum bellum aduersus Parthos quum scriberent, necessario principio destitutas narrationes ediderant. Locus est egregius et subiici dignus Ἰδοίεε ἄλλοίεε συγγραφέαεε, ἀκέφαλα τὰ σώματα εἰσάγονταεε, ἀπροειμίασα, καὶ εὐθύεε ἐπὶ τῶν πραγμάτων εἰ καὶ προσεταιρίζονται τὸν Ξενοφῶντα, ἕτως ἀρχάμενον· Δαρείεε καὶ Περσάτιδοεε παῖδοεε γίνονται δύο· καὶ ἄλλοίεε τῶν παλαιῶν, ἀκ εἰδοτάεε, ὡεε δυνάμει τινα προοίμιά εἰεε λεληθότα τὺεε πολλοίεε, ὡεε ἐν ἄλλοίεε δείξομεν.

Ibid. καὶν ὀλίγοιεε τοῖεε χρόνοιεε βραχὺ προαναδραμόνταεε κεΦ.) Referenda haec sunt ad praeparationis partem priorem, ut mox sumus ostensuri. Scripta lectio habet προαναδραμόνταεε, non προ. Libro v. διὸ καὶ νῦν βραχὺ προαναδραμόνταεε ὑπὲρ τῆεε Ἀντιόχου βασιλείαεε. Ita melius: alibi pro eodem dixit ἀναδραμῆν εἶεε τοῖεε χρόνοιεε, ut I, 12.

Ibid. τῆεε γὰρ ἀρχῆεε ἀγνωστῆεε ἢ καὶ v.) Libro quinto: πειρατούμεθα λαμβάνειν ἀρχάεε ὁμολογημέναεε ἐπὶ τῶν λίγοιεε μακρόντων ὅπερ εἰεε πάντων ἀναγκαϊότατον. vide totum illum locum, pag. DCVII. Haecenus prooemium, sequitur

## APPARATUS PARS PRIOR

S I V E

### Προθεωρία τῆεε προκατασκευῆεε.

**P**raefationis Polybianae caput est Romanorum transitus in Siciliam, belli gerendi causa. Ea epocha quum minus esset illustris, et Graecis hominibus vulgo minus nota, rem altius auctor repetit ab illo usque tempore, quo Roma capta est a Gallis Senonibus. Non poterat Polybius magis insignem epocham in historia Romana adnotare. Nam captae Romae a Gallis fama etiam ad Graecos peruenit. Itaque Theopompus, Isocratis discipulus, ante quem nemo Graecorum Romae mentionem habuit, hoc saltem memoriae prodiderat, teste Plinio, Urbem a Gallis captam. Aristoteles quoque, narrante Plutarcho in Camillo, fecerat eius rei mentionem. Tempus igitur, quod ante praeparationem designatur, est interuallum a capta Roma ad primam populi

populi Rom. extra Italiam expeditionem. Incipit ab anno primo Olympiadis xcviij. Romae conditae ccclx. definit in anno vltimo Olympiadis cxxviii. Romae cdxxcix. medium spatium Olympiadis xxxi. anni cxxiv. necessitatem huius partis pluribus auctor declarat in eius epilogo cap. xii.

### I. *Annus captae Romae a Gallis Senonibus.*

1. 6. Ἔτος μὲν ἔν ἐνεσῆκει μετὰ τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν ἐννεακαιδέκατον, πρὸ δὲ τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης ἑκκαιδέκατον.) Vult insignire annum captae Romae a Gallis, et suis Graecis eum reddere quam notissimum. Comparat igitur illum cum iis, quae apud Graecos partim eodem anno, partim paullo ante, aut paullo post acciderant, ad memoriam posteritatis magis insignia. Nihil tota Graecia nobilius duabus ciuitatibus, Athenis et Lacedaemone: nihil item in historia Graeciae illustrius duabus cladibus, quae ciuitates illas sic attriuerunt, vt numquam post illa detrimenta pristinum splendorem recuperarint. Prior tempore fuit calamitas Atheniensium, quos Lyfander ad Aegospotamos (in Thracica Chersoneso vrbs fuit eo nomine et fluuius) nauali praelio deuicit; posterior Lacedaemoniorum, quorum ad Leuctra, Boeotiae oppidum, Thebani duce Epaminonda caedem ingentem fecerunt. Inter has duas clades media interuenit memorabili συγκυρία Alliensis Romanorum, quam statim Romae ἄλωσις est secuta. Ad Aegis flumen male pugnatum est ab Atheniensibus anno iv. Olympiadis xciii. quum esset Archon Athenis Alexias. Tempus captae Romae veteres vere omnes accuratiores temporum auctores conferunt in annum primum Olympiadis xcviij. et Pyrrionis, siue Pyrgionis praeturam apud Athenienses. Polybius, qui annos vndeuginti numerat inter Atheniensium et Romanorum clades, in proxime sequentem annum reiicit. alioquin numero annorum xix. vnus defuerit. Strabo libro vi. de Roma capta loquens: ἐγένετο δὲ τὸ, ὡς Φησι Πολύβιος, ἔτει ἐννεακαιδέκατῳ μετὰ τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν. cum Polybio et Strabone consentit etiam Diodorus Siculus, vt mox dicemus. Ad secundum Olympiadis xcviij. adde xvi. quod noster ponit inter casum Romae, et Spartanorum ad Leuctra; emerget annus secundus Olympiadis cii. Pausanias in Arcadicis: τὸ πταῖσμα ἐγένετο Λακεδαιμονίων τὸ ἐν



Λεύκτροις Φρασιπλείδῃ Ἀθήνησιν ἄρχοντος δευτέρῳ ἔτει τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος καὶ δευτέρῳ. Haec quum certissima sint, neque ullam varietatem scripturae prae se ferant hoc loco Polybii exemplaria; mirari subit, unde illa monstra promferit Nicolaus Perottus, quae pro vera Polybii sententia miseris lectoribus suis hic obiicit. Sic ille vertit; si tamen vertere est foedissime omnia pervertere: *Annus erat post eam naualem pugnam, qua Cimon Atheniensis Xerxem superauerat, decimus nonus: ante bellum vero in Leuctris gestum, quo Lacedaemonii pacem cum rege Persarum inierant, sextus decimus.* Omnia non solum falsa, sed etiam ex parte ridicule et absurdissime conficta, nam quis, malum, iste Cimon, qui Xerxem vicit? mira prorsus ἀνισορροία. sed vanissima commenta confutasse nullum fuerit operae pretium. neque tantum abs re nostra nobis est otii, vt bonas horas tam male collocare velimus. Non nescimus fuisse olim, et nunc quoque esse, quibus Perotti versio, propter aliquam latinitatis speciem, mire arrideat. Sed quo ista latinitas, si deest fides, abest veritas? Nihil dicam de locis infinitis, quos propterea aut tranliit, aut male interpretatus est Perottus, quia vel codices erant corrupti, vel occurrebat dictio aut phrasis aliqua minus vulgaris: cuiusmodi multas sane habet Polybius. Verum vbi nihil erat eiusmodi, quis ferat longe adeo ab auctoris sui verbis discedentem? aut quis neget flagitium esse insigne, tot locis verba, periodos, atque adeo pericopas integras e Liniio desumpsisse, et lectoribus graecae linguae imperitis obtrulisse pro Polybianis? vbi fides? vbi pudor? in tanta igitur errorum omnis generis copia, singula velle persequi, quod petiuerunt a nobis nonnulli, eius sit hominis, qui vetus dictum velit tollere: in lente vnguentum. Enimuero tam erudito saeculo haerere in nugis et minutiis id genus, quid est aliud, nisi lectoribus conuitium facere?

Ibid. Ἐν ᾧ Λακεδαιμόνιοι τὴν ἐπὶ Ἀνταλκίδῃ γενομένην εἰρήνην πρὸς βασιλέα Περσῶν ἐκύρωσαν.) Diodorus quoque Siculus, idoneus cum primis auctor, in eodem anno secundo Olympiadis xcviij. quo fuit Archon Athenis Theodotus, et inuasionem Romae commemorat, et pacem legato Antalcida factam. Iustinus libro vi. *Hic annus non eo tantum insignis fuit, quod repente pax tota Graecia facta est: sed etiam eo, quod eodem tempore urbs Romana a Galis capta est.*

est. Strabo verbis paullo ante allatis subiicit, κατὰ τὴν ἐπ' Ἀνταλκίδος γενομένην εἰρήνην. ita enim scribendum esse iam olim monuimus. Eruditissimus vir Gulielmus Xylander, cui apud Strabonem fraudi fuit corrupta lectio, hic quoque in eundem errorem ex alia occasione incidit, cum Germanica veste ornatum scriptorem hunc nobilissimum edidit. male enim accepit illa ἐν ᾧ, eoque sibi persuasit, Romae ἄλωσιν et Κελτῶν ἔφοδον in eundem annum incidere, cum pugna ad Aegospotamos pugnata, qui tanto viro indignus est error. nam Perotti portenta iam dudum mirari desii. Haec est illa pax infamis, quae Lacedaemonios perfidiae in socios, Graecos omnes stultitiae palam damnauit. nam qui, dum erant concordēs, nobilissimos de potentissimo omnium regum Persicorum triumphos retulerant; ii iam inter se discordes, et sibi inuicem infesti, regi ignaui et inter pellices sedenti imperata faciunt. Formulam ab Artaxerxe praescriptam, habes apud Xenophontem, in quinta Hellenicorum. Scribit Iustinus regem Artaxerxem legatos in Graeciam misisse, ad faciendam hanc pacem: sed Graeci potius in Asiam, quod satis constat, legationes misere. quam ob causam pax haec non aliter illis dicitur, quam ἐπ' Ἀνταλκίδος, hoc est, legato Antalcida facta. nam ita ἐπὶ hic accipiendum, quum tamen vulgo id genus dicendi de magistratibus ordinariis, non de legatis vsurpetur. Ideo etiam Polybius ἐκύρωσαν dixit: quia hoc foedus in Asia per legatos factum, post Lacedaemone ratihabitione senatus est confirmatum.

Ibid. καὶ ὁ πρεσβύτερος Διονύσιος τῆ περι τὸν Ἑλλέπορον ποταμὸν μάχῃ νενικηκὼς τὰς κατὰ τὴν Ἰταλίαν Ἑλληνας.) νενικηκὼς, id est, quum biennio ante vicisset: qui fuit annus vltimus Olympiadis xcviij. Fuisse Diodorus Siculus libro xiv. Bibliothecae. Obsidebat tyrannus Cauloniam, non potestremam inter Magnae Graeciae vrbes. Crotoniatae soluendae obsidionis cupidi, copiis omnium Graecorum Italico- rum contractis ducem eis imponunt Elorim, exsulem Syracusanum. itur in hostem, parte maxima itineris confecta, Eloris imperator ad Elorim amnem non procul ab vrbe Caulonia metitur castra. occurrit Dionysius, et imparatos concidit: αὐτὰς δὲ ἐλώρια τεύχε κύνεσσι. nam omine non caruit, quod et dux et fluuius ille, ad quem pugnatum, eodem illo nomine dicebantur. In libris Diodori Ἑλωρίς vtrumque no-

men scribitur. Apud Stephanum Siciliae amnis, unde iste sine dubio nomen inuenit, est Ἐλωρος, et non procul a Pachyno labi dicitur, ac pisceis mansuetos alere: qua de re videndus Athenaeus initio libri octaui, et Scholiastes Pindari Nemeonicarum carmine ix. vbi de hoc amne multa. Plinius: *Flumen Elorum, Promontorium Pachynam*. In septima Thucydidis historia fit mentio Elorinae viae, quam ingreditur Nicias, ab ora Syracusana petens mediterranea: Hesychius, Ἐλώριος ἄγών, τελευμένος ἐπὶ Ἐλόρη (Ἐλώρη) ποταμῷ: et in Polymnia Herodoti fit mentio cladis a Syracusanis acceptae ἐπὶ ποταμῷ Ἐλώρῳ: qui est fluuius Siciliae, quem nos arbitramur Elori siue Eloro in trans mare Graecia nomen dedisse. Elori Siculi meminit etiam Lycophron pag. 142. Liquet ex his, amnem, quo de hic agitur, eumpse esse, qui Diodoro Eloris nominatur: licet omnia Polybii exemplaria aliter hoc nomen scribant. Regius habet Ἐλώπερον. Bauaricus Ἐλεπόρον. meus accentu mutato, Ἐλόπορος. doctissimus Xylander in sua versione Germanica, Ellesporus: quasi esset Ἐλάς πόρος. quod iure defendat nemo.

Ibid. Γαλάται ἐξ κατὰ κράτος ἐλόντες αὐτὴν τὴν Ῥώμην κατ'.) Galli Senones duce Brenno priore: nam alius est Brennus inter praecipuos duces expeditionis, centesimo et xii. post anno susceptae. Vide paullo post, et libro ii. De anno captae vrbis ante diximus, historia vulgo notissima ex omnibus historicis et chronologis. meminit Eusebius, numero mcccxxv. ad quem locum lectu digna quaedam notat Iosephus Scaliger.

Ibid. πλὴν τῷ Καπιτωλίῳ.) Graeci hoc nomen bifariam scribunt: quidam per ι Καπιτώλιον, vt semper in nostris libris, et apud Plutarchum: plures per ε Καπιτώλιον, vt apud Diodorum, Eusebium et multos. Deducebant isti haud dubie a voce Graeca κάπτος fossa, tumulus. Hesychius in hac voce nescio quid de loue Capitolino balbutit.

Ibid. διαλύσεις ἐνδοκμηένες Γαλάταις.) Alludit ad gladium auri ponderi a Gallis adiectum. Silius libro i.

*Hic Senonum galeae, pensatque improbus auri  
Arbiter ensis inest.*

Nota vox Brenni, Vae victis. Plutarchus pluribus verbis expressit: τί δ' ἄλλο ἢ τοῖς νενικημένοις; poterat breuius εἰπὶ τοῖς νενικημένοις. vt in Euangelio εἰπὶ τοῖς ἐν γαστρὶ ἐχέσταις, et εἰπὶ



et εἰς τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων: et passim in vtroque foedere. Sed vetus ac γνήσιος Hellenismus hanc vocem εἰς ignorat. eius loco Plutarchus posuit τὸ ὀδύνη, quia εἰς est denunciatio ὀδύνης. Huius si venisset in mentem summae doctrinae viro Erasmo, numquam profecto latinum prouerbum ex interpretatione coacta Plutarchi concipere maluisset, quam ex auctoribus latinis et ipso vsu veterum.

## II. Populi Romani auctus post receptam urbem.

Ibid. Λαβόντες οἶον ἀρχὴν τῆς συναυξήσεως.) Paulo post de eadem re, τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον ἤρξαντο προκοπῆς.

Ibid. Μετὰ ταῦτα ἐπολέμεν Τυρρῆνοῖς, ἔπειτα Κελτοῖς, ἐξῆς δὲ Σαυνίταις.) Eadem plane series bellorum in simili compendio apud Strabonem e Polybio: Διακρησάμενοι δὲ τέττες Ῥωμαῖοι, πρῶτον μὲν Λατίνους ἅπαντας ὑπηκόους ἐποίησαντο, εἶτα Τυρρῆνες καὶ Κελτὰς, τὰς περὶ Πάδον, ἔπαυσαν τῆς πολλῆς καὶ ἀδην ἐλευθερίας· εἶτα Σαυνίτας· μετὰ δὲ τέττες Ταραντίνους καὶ Πύρρον κατεπολέμησαν. Adi ad Fastos Romanos.

Ibid. Σαυνίταις τοῖς πρὸς τε τὰς ἀνατολὰς καὶ κατὰ τὰς ἄρκτας συντερουνοῦσι τῇ Λατίνων χάρα.) Ait Samnites ab ortu et ab Aquilone fines attingere Latinorum. De ortu res clara: nam latus orientale terrae illius, quam Latini populi aetate Polybii obtinebant, praetexebatur partim a Campanis secundum mare habitantibus, partim a Samnitibus, qui supra Campanos erant, et Latinorum fines attingebant. Strabo libro v. Ἐξῆς μετὰ τὴν Λατίνην εἰς ἦτε Καμπανία παρήκασα τῇ Θαλάττῃ, καὶ ὑπὲρ ταύτην ἡ Σαυνίταις παρήκασα ἐν μεσογαίᾳ μέχρι Φρεντανῶν καὶ τῶν Δαυνίων. de latere septentrionali nihil habeo dicere.

Ibid. Μετὰ δὲ τινα χρόνον Ταραντίνων δ.) Post aliquod tempus, id est, postquam cum Gallis saepius victis, sed non deuictis, res essent compositae. Pax cum Gallis facta est Coff. C. Fabricio Luscinio, Q. Aemilio Pappo. qui erat annus tertius Olympiadis cxxiv. Romae cxxii. Hanc pacem bellum Tarentinum excepit.

Ibid. Διὰ τὴν εἰς τὰς πρεσβευτὰς τῶν Ῥωμαίων ἀσέλγειαν.) Κυρίως dixit ἀσέλγειαν, non ὕβριν. fuit enim contumelia cum obscoenitate coniuncta. Dionysius Halic. Τὴν εἰς λέγεσθαι πρέπασαν ἀκκαθαρσίαν κατὰ τῆς ἱερᾶς ἐδοῆτος τῆ πρεσβευτῆ κατεσκέδασε. Florus: Aderat sine mora querelam ferens legatio:

*hanc quoque foedius per obscenam turpemque dicitu contumeliam violant.*

Ibid. επισπασαμένων Πύρρον τῷ πρότερον ἔτει τῆς τῶν Γαλατῶν ἐφόδου.) Libro II. cap. 20. de pace facta cum Gallis loquens: ταῦτα συνέβαινε γίνεσθαι τῷ τρίτῳ πρότερον ἔτει τῆς Πύρρον διαβίσεως εἰς τὴν Ἰταλίαν, πέμπτῳ δὲ τῆς Γαλατῶν κατὰ Δελφῶς διαφθορᾶς. Dicebamus modo, pacificatum esse cum Gallis anno III. Olympiadis cxxiv. etsi autem Gallico Tarentinum bellum fuit continuum, Pyrrhum tamen non statim in Italiam transisse constat. Polybius eo quem modo attuli loco, in tertium annum a pace facta cum Gallis transitum Pyrrhi coniicit. is est annus primus Olympiadis cxxv. exeunte hoc anno Pyrrhus copias in Italiam traiecit alienissimo ad nauigandum tempore: adeo ut tempestate pars magna classis perierit. quare Zonaras scribit, ver a Pyrrho non esse exspectatum. Pausanias in Atticis: Πύρρος εἰς τὸ πρῶτος ἐκ τῆς Ἑλλάδος τῆς πέραν Ἰουλιε διαβὰς ἐπὶ Ῥωμαίους. διέβη δὲ καὶ ἔτος ἐπαγομένων Ταραντίνων. τότε τοῖς γὰρ πρότερον ἔτι πρὸς Ῥωμαίους συνεστῆκει πόλεμος. in postremis Pausanias verbis pro ἔτι scribendum ἔτει. sed ita oratio satis Graeca non fuerit, nisi fulciatur ratione aliqua. Amasaeus interpres vertit: *si enim quum bellum diuturnum cum Romanis gessissent*, hoc vero Pausanias omnino haud dixit: apud quem scribendum, vel τότε τοῖς γὰρ τῷ πρότερον ἔτει. *his bellum priore anno cum Romanis erat constlatum.* ita belli Tarentini principium fuerit secundum Pausaniam in anno quarto Olympiadis cxxxiv. vel τρίτῳ πρότερον ἔτει: ut sit idem annus primus belli Tarentini, qui fuit vltimus belli Gallici. Porro annus, quo Pyrrhus in Italiam copias traiecit, praecedere dicitur hic a Polybio annum, quo Graeciam Galli invaserunt: recte. nam Galli duce Brenno iuniorie impressionem in Graeciam et Macedoniam fecerunt anno altero Olympiadis cxxv. quum erat Archon Athenis Anaxicrates. Pausanias Phocicis: ἐγένετο τῶν Κελτῶν στρατεία ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ ἡ ἀπώλεια Ἀναξικράτους Ἀθηνησιν ἀρχοντος, δευτέρῳ δὲ ἔτει τῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ εἴκοσι καὶ ἑκατόν. eo in libro Pausanias historiam fufse persequitur: de qua etiam in Atticis egerat. Adi et Iustinum libro xxiv.

Ibid. τῶν τε κατὰ Δελφῶς φθαρέντων, καὶ περιωθέντων εἰς τὴν Ἀσίαν.) Sic loquitur quasi in eundem annum coniiceret Gallorum in Graeciam irruptionem, calamitatem ad Delphos

phos acceptam, et transitum eorumdem in Afiam, aliter lib. II. vbi calamitas Delphica dicitur illis accidisse anno quinto, postquam Romani cum Gallis in Italia composuerant. is est annus tertius Olympiadis cxxv. cui anno Pausanias transITIONEM eorum in Afiam assignat, Archonte Athenis Democle, τῷ δὲ ἔτει τῷ ἐφεξῆς, Δημοκλέης Ἀθήνησιν ἄρχοντος, οἱ δὲ αὐτοὶ εἰς τὴν Ἀσίαν διαβαίνουσιν οἱ Κελτοί.

Ibid. τότε πρῶτον ἐπὶ τὰ λοιπὰ τῆς Ἰταλίας μέρη ὤρμησεν.) Tunc nempe quando bellum Tarentinum susceperunt: Tarentum enim illa tempestate Calabriae et Apuliae totiusque Lucaniae caput erat.

Ibid. ἀθληταὶ γεγονότες τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἔργων.) lib. II. cap. 21. ἐξ ὧν (bella intelligit cum Gallis gesta) πρὸς τὸ Πύρρον ἀθλητὰ τέλειοι γεγονότες τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων συγκατέστησαν. libro xv. cap. 9. de Scipione et Hannibale: ἔτε γὰρ δυνάμεις πολεμικώτερας, εὐθ' ἡγεμόνας ἐπιτυχετέρας τέτων καὶ μάλλον ἀθλητὰς γεγονότας τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων εὐροίτις ἔν. Graeci ἀθλητὰς ἔργων αὐτὸν πολέμων appellant summos bellatores longo vsu confirmatos. nam ἔργον est bellum, αὐτὸν pugna. vetus scriptor apud Suidam, ipse opinor Polybius: οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἄνδρα πολέμων ἀθλητὴν ὡς τὸν Ἀντίβαν ἐκπέμπουσι. Aristoteles Politicorum libro vi. cap. vii. δεῖ ἔτι μὲν ὄντας νέες τὰς ψεῖς διδάσκεισθαι τὰς κέφαλα καὶ τὰς ψιλὰς ἐργασίας, ἐκκεκριμένους δὲ ἐν παιδῶν ἀθλητὰς εἶναι αὐτὰς τῶν ἔργων. Nicomacheorum libro iii. cap. viii. ὡς περὶ τῶν ἀνόπλων ὀπλισμένοι μάχονται, καὶ ἀθλητὰ ἰδιώταις. hic ἀθλητὰ sunt veterani, qui magnum bellicae rei vsu habent: ἰδιώται τirones. Plutarchus in Eumene veteranum militem ita describit: ἦσαν οἱ πρεσβύτατοι τῶν περὶ Φίλιππον καὶ Ἀλέξανδρον, ὡς περὶ ἀθλητὰ πολέμων καὶ ἀπτῶτες εἰς ἐνεῖνο τῷ χρόνῳ. in Demetrio, qui iuuenis victus est a Ptolemaeo vetere Alexandri duce: ἀνδρὶ συμπεσῶν ἐκ τῆς Ἀλεξάνδρου παλαιστρας ἡθλητικῆς πολλὰς καὶ μεγάλας κατ' αὐτὸν ἀγῶνας ἐσφάλη. in decima Dionysii Halicarnassii ἀθλητὰ παλέμων et σκηνοφύλακες opponuntur.

### III. Rhegium et Messana simili scelere occupantur.

I. 7. ἴδιον γὰρ τι συνέβη καὶ παραπλήσιον.) Nudam narrationem rei ornat obseruatione. duabus vrbibus pariter ad fretum sitis, par et similis fortuna euenit. adde, quod praetermittit Polybius, ab eodem genere hominum ortam iniu-



riam, Campanis nempe. nam et qui Rhegium ceperunt, Campana legio appellatur in Epitoma xv. Liuii. Vnum hoc genus est historicarum ἐπιστάσεων, de quibus abunde differuimus in Prolegomenis.

Ibid. εἰσι δ' αἴται Μεσσήνη καὶ Ῥήγιον.) Freto Siculo appositae, medio spatio stadiorum LX. vel vt alii LXX separantur, hodieque notae vrbes iisdem nominibus; Messiana vero etiam archiepiscopatu insignis, cuius suffraganei sunt episcopi Syracusanus et Catanensis. Messiana haec in Graecorum libris modo cum duplici σσ scribitur, modo cum simplici, cuius scripturae Afinius Quadratus hanc olim rationem attulit, quia media esset inter duos fluuios. sic in oriente Μεσσηνη appellata Graecis regio insularis, quam Tigris efficit in duos alueos diuisus. Sed de Messana refellit historia: nam e Thucydide, Diodoro et Strabone constat, eam urbem a Messeniis e Peloponneso profugis de prioris patriae nomine esse ita appellatam, quum Zancle prius diceretur. Iuuat, quod M. Valerius Corvinus, cui haec vrbs cognomen dedit, non MESALLA, sed MESSALLA est dictus. *magni Messallae iuppa propago.* Romani scriptores Peloponnesiacam illam Messenen; hanc Siculam Messanam vocant: quam distinctionem qui negligunt interpretes Graecorum auctorum, peccant.

Ibid. Μεσσηνη μὲν γὰρ ἑ πολλοῖς ἀνώτερον χρόνοις τῶν νῦν λεγομένων.) Tempus, quo de loquitur, est tempus Rhegii obsessi a Romanis post bellum Tarentinum confectum. Messanae Siculae non multo clementius fatum, quam Messenae Peloponnesiacaе: quae vrbs, vt historia testatur, et euerfa fuit saepius et denuo instaurata Olympiade xxx. ne vetustiora repetam, quum essent Messenii Peloponneso eiekti a Lacedaemoniis, delati in Siciliam, oppidum in ea occuparunt cum nomine Zanclae, idque Messanam dixerunt. Ea vrbs anno primo Olympiadis xcvi. a Carthaginensibus capta est, et solo aequata sic, vt nullum plane vrbis vestigium relinqueretur, narrante Diodoro libro xiv. sed eodem illo anno Dionysius tyrannus eam a fundamentis excitauit, et colonis frequentauit. Quadragesimo post anno, initio Olympiadis cvii. Agathocles tyrannus alter, dolo eius vrbis potitus, caedibus et exiliis crudeliter in ciues est graffatus sed non potuit Agathocles impedire, quin proximo anno Messanii Amilcari Poeno sese applicarent. Proxima calamitas

calamitas fuit, quum a Campanis, qui Agathocli meruerant, iterum fraude occupata est, et miseri incolae per omnia humanae patientiae exempla vexati. E Diodori Eclogis factum hoc intelligitur, neque statim post tyranni interitum, neque ita multo post.

Ibid. *Καμπανοὶ παρὰ Ἀγαθοκλεῖ μισοφοροῦντες.*) Imo vero *μισοφορήσαντες*, qui meruerant, non merentes, quasi superstitite Agathocle hoc accidisset, quod falsum esse ex iis, quae modo dicebamus, apparet. Campani priscis temporibus militaris spiritus viri ex Italia in Siciliam transgressi, modo Poenis, modo, Poenorum hostibus operam locabant; quin aliquot vrbes in Sicilia in sua potestate ipsos habuisse testis Diodorus; vt Catanam et Entellam iam inde a Dionysii senioris temporibus. In eius Eclogis e libro **xxi**. occupatae a Campanis Messanae historia sic refertur. Exstincto Agathocle Syracusarum tyranno supererant tyrannidis instrumenta, mercenariorum praesidium adeo validum, vt ius creandi magistratus sibi vendicaret. Quum ea occasione seditio inter ciues et mercenarios esset coorta, conuenit tandem inter partes, vt peregrinus miles diuenditis bonis ac possessionibus suis, Siciliae finibus excederet. hac simulatione Campani iter ad fretum instituunt: ibi a Messaniis intra urbem admissi, urbem mox occupant, et noctu hospites, qui parum cauerant, occidunt. haec Diodorus: sed longe aliter Alphius: non enim Syracusis esse profectos, qui Messanam occuparunt, verum e patria recens illam manum fuisse tum pulsam historiam ita narrat Festus ex Alphii libro primo belli Carthaginienensis; *Quum toto Samnio grauior incidisset pestilentia, Sthenius Mettius, eius gentis princeps, conuocata ciuium suorum concione, exposuit se vidisse in quiete praecipientem Apollinem, vt si vellet eo malo liberari, ver iacrum vouerent, id est, quaecumque vere proximo nata essent immolatueros sibi. Quo facto levatis post annum vicesimum deinde, eiusdem generis pestilentia incescit. Rursum itaque consultus Apollo respondit, non esse persolutum ab iis votum, quod homines immolati non essent: quos si expulissent, certe fore, vt ea clade liberarentur.* Itaque iis iussis patria decedere, quum in parte ea Siciliae confedissent, quae Tauricana dicitur, forte parantibus bello cernere Messaniensibus auxilio venerunt vltro eosque ab hoste liberarunt. Itaque prouinciales ob meritum eorum, vt gra-

vt gratiam referrent, et in suum corpus communionemque agrorum inuitarunt eos, et nomen acceperunt vnum, vt dicerentur Mamertini.

Ibid. καὶ πάλας περὶ τὸ κάλλος καὶ τὴν λοιπὴν εὐδαιμονίαν τῆς χώρας ὀφθαλμῶντες.) Recte obseruat Suidas, verbum ὀφθαλμῶν, quod proprie significat oculis dolere, siue ophthalmia laborare, cum alio transfertur, vel inuidiam denotare, vt in Euangelio oculus malus pro inuido, vel cupiditatem re aliena fruendi, vt hoc loco. Iosephus Antiquitatum libro I. διὰ τὸ ὀφθαλμῶν τῶ πλήθει τῆς κτήσεως.

Ibid. ταχὺ δὲ καὶ ῥαδίως καλῆς χώρας καὶ πόλεως ἐγκρατεῖς γινόμενοι, παρὰ πόδας εὖρον μιμητὰς τῆς πράξεως.) Qui scelus aliquod admittunt, ii exemplo persaepe amplius quam factō nocent. nam in vita mortalium certa ratione pauci, plures exemplis reguntur, et iis quidem, vt plurimum deterioribus. Campanos igitur, qui occupata Messana in Sicilia repente diuites euaserant, imitati sunt, qui Rhegium occuparunt. hi quoque Campani, sicut iam diximus. Mirum vero non venisse istis in mentem, Romanum populum omnino perfidiam fore vlturum: quum tamen eius rei domesticum exemplum haberent. Quod enim isti Campani Romanis militantes Rhegii patrarunt; id ipsum ante annos circiter LX. in Campaniae metropoli Capua Romana legio in praesidio ibi relicta tentauerat. haec quoque exemplum sceleri praetexebat, et quidem cum aliqua iustitiae specie ex lege talionis. Liuius libro VII. *Iuibantur consilia in hibernis eodem scelere adimendae Campanis Capuae, per quod illi eam antiquis cultoribus ademissent: neque immerito suum ipsorum exemplum in eos versurum.* acciderat enim ante annos octoginta, vt eam urbem Etruscis immanitate pari adimerent. Liuius libro IV. in consulatu Sempronii Atratinii et Fabii Vibulani: *Peregrina res, sed memoria digna, traditur eo anno facta: Iuiturnum Etruscorum urbem, quae nunc Capua est, ab Samnitibus captam; Capuamque ab duce eorum Capye, vel quod propius vero est, a campestri agro appellatam. Cepere autem prius bello fatigatis Etruscis, in societatem urbis agrorumque accepti: deinde festo die grauatos somno epulisque incolas veteres noui coloni nocturna caede adorti.* vbi obseruabis eodem plane modo Capuam olim et multo post Messanam periisse. At legionis Romanae conspiratio ad occupandam Capuam inita ne exitum haberet,



beret, prudentia singulari Martii Rutilii Cos. et auctoritate Valerii Coruini est effectum.

Ibid. Ῥηγῖνοι γὰρ καὶ ὃν καιρὸν Πύρρος εἰς Ἰταλίαν ἐπεραιῶτο κ.) Epitome Liuii libro XII. *Pyrrhus Epirotarum rex, ut auxilium ferret Tarentinis in Italiam venit. Quum in praesidium Rheginorum legio Campana cum praefecto Decio Iubellio missa esset, occisis Rheginis Rhegium occupauit. Lege excerpta Diodori Siculi e libro XXII. et Orosium libro IV. cap. III. vbi οὐτανα legio dicitur, quae in Epitoma est Campana legio.*

Ibid. ὃν ἤγετο Δέκιος Καμπανός.) Initio quum occupatum est Rhegium, hic fuit Tribunus militum, et legionis illius dux. sed mox eo sublato, milites M. Caesium sua sponte imperatorem delegerunt, quod fuit alterum illorum ingens piaculum contra disciplinam militarem. Mortuum esse in praesidio Decium videtur Valerius Maximus significare: Diodorus Siculus ob praedam iniuste inter suos diuisam per seditionem expulsus, et imperio nudatus. Ita Messanam per fugisse ad Mamertinos, qui propter ingentem pecuniae vim, quam secum Decius attulerat, in ducem suum illum eligunt, et ad recipiendum prius imperium, quas possunt vires conferunt. frustra. nam interim oculorum morbo Decius corripitur: et a medico Rhegino, quem opis ferendae causa acciuerat, studio vlciscendae patriae cantharidum veneno oculi ei illinuntur. hoc pacto infelix lumine priuatur, et Messana expellitur. Verba Diodori Siculi, quibus singularis haec historia narratur, ita scribi debent. Καμπανοὶ δὲ ἔτοι ἦσαν· καὶ ἐποίησαν κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον Μαμερτίνοις, τῆς Ῥηγίνης, ὥσπερ ἐκείνοι τῆς Μεσσηνίας σφάξαντες. εἶτα τὴν διαίρεσιν τῆς κτήσεως τῶν ἠτυχηκότων ἄδικον ποιησάμενος ἐξέπεσεν ἐκ τῆς Ῥηγίης φυγαδευθεὶς ὑπὸ τῶν ἰδίων Καμπανῶν· συνήρρησαν δὲ οἱ Μαμερτίνοι. οἱ μετὰ τῶν ληψθέντων χρημάτων στρατηγὸν ἐποίησαν. καὶ δὴ ὀφθαλμίας νόσος αὐτὸν περιεσχέσθη, καὶ τῶν ἰατρῶν τὸν δοκιμώτατον μετασειλαμένον, ἔτος τὴν ἕβρην τῆς πατρίδος ἐνδικῶν, κανθαρίσιν ὑπῆλεψε τὸν Δέκιον. καὶ τῆς ὄρασεως αὐτὸν ἀπεσέρησε, καὶ Φεύγει ἐκ Μεσσήνης.

Ibid. ἐπὶ τε τῆς πόλεως εὐκαιρότατον.) Diodorus libro XIV. pronuntiat Messanam esse τόπον εὐκαιρότατον τῶν περὶ Συμελίαν, locum totius Siciliae ad res gerendas opportunissimum. et mox dicit Polybius, Carthaginieneses, si semel Messanam cepissent, Syracusas facile fore capturos.

IV. *Romanorum animaduersio in auctores sceleris Rhegiensis.*

Ibid. ἐπεὶ δ' ἀπὸ τῶν ἐγένοντο συγκλείσαντες αὐτὴς ἐπολιρκῆντο Ῥήγιον.) Proximo anno post confectum bellum Tarentinum, qui erat secundus Olympiadis cxxvii. Genuitio Cos. ea prouincia est demandata. Zonaras expeditionis aduersus Rheginos susceptae falsam causam affert, quod Crotonem urbem proditione captam solo aequassent, et Romanos in ea deprehensos trucidassent. Florus e libro xv. Liuii. *Vitis Tarentinis pax et libertas data est. Legio Campana, quae Rhegium occupauerat, obsessa, deditioe facta, securi percussa est.*

Ibid. οἱ στρατηγοὶ προαγαγόντες εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ ματιγώσαντες, ἅπαντας κατὰ τὸ πρὸ αὐτοῖς ἔθος ἐπελέκισαν.) Notissimus populi Romani mos, capitis damnatos securi percutere virgis prius caesos. hoc supplicium prisca Romanorum seueritas non solum de singulis aut paucis exigere solita, verum etiam de numero aliquando ingenti. Diodorus libro xix. est auctor, Q. Fabium bello Samnitico Ferentanorum urbem cepisse, et aduersarios populi Rom. ciues ducentis plures Romam abduxisse, ac supplicium hoc ab omnibus exegisse. Τέως τὸν ἀριθμὸν ὄντας πλείους τῶν διακοσίων ἀπήγαγεν εἰς Ῥώμην, καὶ προαγγῶν εἰς τὴν ἀγορὰν ῥαβδίστας ἐπελέκισα, κατὰ τὸ πάτριον ἔθος. in ea historia paullo ante scribendum est apud Diodorum, τὴν τε Φερεντανῶν πόλιν εἶλε. Feretomani quos vulgata lectio et interpretes exhibent, nulli fuerunt in Italia. Ferentani ex historia et geographis notissimi. In sexta historia Dionys. Halicarnass. obliques Volscorum ccc. a Cos. Appio Claudio producti eas poenas expetunt. Apud Liuium libro xxiv. verberantur ac securi percutiuntur transfugae ad duo millia hominum. Libro tamen eodem, recepti perfugae ccclxx. Romani a Cos. Fabio missi, virgis omnes caesi, non πελακίζονται, sed de saxo deiciuntur. Apud Iosephum milites bis mille simul cruci affiguntur. In historia Caroli Magni 1500. Saxones semel securi percutiuntur, apud Paul. Aemilium. Ut ad Rhegiense praesidium reuertamur, obseruentur in hac historia Polybii fides et iudicium. Constat legionem Rhegium inductam, quae postea fidem mutauit, fuisse hominum c10 c10 c10 c10. manlit praesidium in vrbe occupata, octo

octo minimum annos; hoc est, tempus totum belli Tarentini. Eo temporis spatio, vehementer illum numerum fuisse imminutum, veri est quam simillimum. Secuta est obsidio diuturna satis, et obsidentibus operosa, quod pluribus ostendit Zonaras. nam Campani isti moris Romanorum gnari, quum certo scirent, luendas sibi omnino poenas si caperentur, neque exorabilem sibi fore senatum: tanta pertinacia dimicarunt, ut priusquam in potestatem Romanorum urbs veniret, omnes propemodum occumberent. Hoc pacto est effectum, ut soli ccc. caperentur viui et Romam ad supplicium mitterentur. Haec est Polybii narratio; veritati et fidei historicae tam congrua, quam tragicis ampullis aliena. At ceteri historici, quum legionem vnam Rhegii praesidio locatam accepissent, legionem integram, quae temporibus illis quatuor erat millium, securi percussam scripserunt. Iulius Frontinus libro IV. capite primo: *In legionem, quae Rhegium oppidum iniussu ducis diruerat, (melius diripuerat) animaduersum est: ita, ut quatuor millia tradita custodiae necarentur. Praeterea senatusconsulto cautum est, ne quem ex iis sepelire vel lugere fas esset.* Auget tragoediam Orosius libro IV. cap. III. *Sequenti anno magnam viscerum suorum partem seueritas Romana concidit. mox: Hoc facinus in tam sceleratos defectores puniendum Genucio consuli visum est: qui obsessa Rheginorum urbe, captisque omnibus, ipse quidem in reliquos perfugas et latrones exercuit digna supplicia, Romanos vero milites integrae legionis Romam misit: qui populi iussu medio in foro virgis caesi securisque percussi sunt. Visa ibi est tunc Roma vincere, quum legionem suam integram occidit: quae sine dubio victa fuisset, si eam hostili praelio perdidisset.* Ne Liuius quidem a tragica exaggeratione abstinuit; apud quem Scipionis Africani verba sunt ad seditiones milites praesidii Sucronensis, libro XXVIII. *Rhegium quondam in praesidium missa legio, interfectis per scelus principibus ciuitatis per decem annos tenuit. propter quod facinus tota legio, millia hominum quatuor, in foro Romae securi percussi sunt.* melius et verius Valerius Maximus libro II. capite VII. *Milites, qui Rhegium iniusto bello occupauerant, mortuoque duce Iubellio, M. Caesium scribam eius sua sponte imperatorem delegerant, carcere inclusit, ac M. Fulvio Flacco Trib. Pl. denunciante, ne in ciues Romanos aduersus morem maiorum animaduerneret, nihilominus propositum*



positum exsecutus est. Ceterum quo minore cum invidia id perageretur, quinquagenos per singulos dies virgis caesos, securi percuti iussit, eorumque corpora sepulturae mandari, mortemque lugeri vetuit.

Ibid. βυλόμενοι διὰ τῆς εἰς ἐκεῖνας τιμωρίας καθ' ὅσον οἶδ' ἔησαν διορθῆσθαι παρὰ τοῖς συμμαχοῖς τὴν αὐτῶν πίσιν.) Romanus legatus apud Liuium libro xxxi. criminationibus Aetolorum respondens. *Rhegium Pyrrhi bello legio a nobis, Rheginis ipsis, ut mitteremus orantibus, in praesidium missa, urbem ad quam defendendam missa erat, per scelus possedit. comprobauimus ergo id facinus? an bello persecuti sceleratam legionem in potestatem nostram redactam, tergo et cervicibus poenas sociis pendere cum cogissemus, urbem, agros, suaque omnia cum libertate legibusque Rheginis reddidimus?*

#### V. Hiero et Syracusani Campanos ultum eunt.

I. 8. οἱ δὲ Μαμερτίνοι. τῦτο γὰρ τὸνομα κυριαύσαντες οἱ Καμπανοὶ τῆς Μεσσηνίας προσηγόρευσαν σφῶς αὐτές.) Iam ostendimus manum Campanorum in Sicilia fuisse, qui mercede operas modo his modo illis locabant. Diodorus lib. xiiii. in anno iii. Olympiadis xcii. narrat Campanos octingentos Atheniensibus Syracusas oppugnantibus meruisse: qui postea vagi diu quaesiverunt τὸν μισθοδοτήσαντα, cuius stipendiis alerentur: donec Poeni eorum operam locarent: istos ipso Polybius ait μισθοφορήσαν Agathocli. Martem olim quidam populi vel Italiae vel Siciliae Mamertum vocabant. Lycophron: Κανδαῖος ἢ Μάμερτος· ἢ τί χρηὲν καλεῖν τὸν αἰμοφύρτοις ἐπιωμένον μάχαις. Tzetzes ibi notat vocem esse Romanam. Et erat sane Mamertus, siue Mamercus inter cognomina gentium Romanarum Aemiliae et Corneliae: fuit etiam in Sicilia proprium viri nomen, vt Mamerti Catanaeorum tyranni, qui in xvi. Diodori historia Marcus dicitur minus recte. eo loco Tzetzes assert Diodorum Siculum, siue vt ait Dionem. intelligebat autem is grammaticus locum Diodori nuper publicatum in excerptis e lib. xxi. sed Campanorum id verbum esse dicit Diodorus, non Romanorum: Festus, Osorum, Plutarchus in Pyrrho Latinorum: διὸ καὶ, ait, προσηγορεύθησαν ἀρήϊοι γλάσση τῇ Δατίνων. Ceterum causam, cur Campani, qui Messanam occuparunt, Mamertini sunt appellati, longe aliter explicat Alfius libro primo belli Carthaginiensis: *Messanii*, ait, *et Campani*

*Campani nomen acceperunt unum, ut dicerentur Mamertini, quod coniectis in sortem duodecim aeorum nominibus Mamers forte exierat, qui lingua Oschorum Mars significatur. Apud Eusebium in Chronicis numero cclvi. legitur, Messanam hanc etiam Mamertiam esse dictam: quod et B. Hieronymus confirmat libro priore in Iouinianum. Ego scio, incolas Messanae dictos fuisse Mamertinos: idque nomen haesisse etiam ciuibus Romanis, postquam eo colonia esset deducta, sicut obseruat Plinius. ipsam vero urbem Mamertiam fuisse dictam, alibi, quod meminerim, nusquam legi apud vllum e veteribus scriptoribus.*

*Ibid. χρόνοις ἔ πολλοῖς πρότερον αἰ δυνάμεις τῶν Συρακυσίων διενεχθεῖσιν πρὸς τὰς ἐν τῇ πόλει.) Fatum fuit hoc urbis potentissimae olim Syracusarum, ut vel tyrannis, iisque crudelissimis pareret, vel intestinis seditionibus laboraret. Seditionum harum causae pro temporibus variae fuerant: sed illa frequentissima, quam hic Polybius attingit, quum milites a ceteris ciuibus diffidebant. Obseruat Philosophus in v. Politicorum, multo iam ante haec tempora accidisse in ea vrbe, ut pulsus tyrannis, et mercenariis militibus ciuitate donatis, discordiae ex ea re Syracusis orientur, et inde ciuile bellum. Συρακέσιοι, inquit, μετὰ τὰ τυραννικὰ τὰς ξένους καὶ τὰς μισοφόρους πολίτας ποιησάμενοι, ἐξασίασαν, καὶ εἰς μάχην ἦλθον. Huius quoque discordiae, de qua noster loquitur, statim post tyrannum scelestissimum Agathoclem extinctum principium exstitit. Syracusani enim bello, quod aduersus Menonem et Carthaginienes gerebant, rebus male cedentibus, coacti iniquis conditionibus pacem facere, non effugerunt, quin ea mox mala experirentur, quae solent illi, qui militem otiosum alunt, et quidem mercenarium; qua de re sub libri huius finem plura erunt dicenda. Tum ausus miles cum ceteris ciuibus iniuriam ex postulare, quod in magistratum creandorum comitiis sui ratio non haberetur. Diodorus libro xxi. Τῶν μισοφόρων ἀτιμαζομένων ἐν ταῖς ἀρχαιρεσίαις συνέβη εἰσεως πληρωθῆναι τὴν πόλιν. Διασάντων ἔν ἐν τοῖς ὅπλοις τῶν τε Συρακυσίων καὶ τῶν μισοφόρων, οἱ πρεσβύται διακρετβευσάμενοι καὶ πολλὰ δεηθέντες ἀμφοτέρων μόγις κατέπαυσαν τὴν ταραχὴν. Habes hic seditionis iuitium et causam: dicuntur enim haec de Campanis, qui mox Syracusis egressi Messanam occuparunt. causam praetexunt isti, quam diximus. nam ἀτιμάζεσθαι ἐν*

ταῖς ἀρχαιρεσίαις, de iis dicitur, quorum deferendis magistratibus populus in comitiis rationem non habuit. τιμαὶ enim siue honores sunt ἀρχαί, magistratus, vt etiam Aristoteles admonet in politicis. Hic vero obseruetur, siue ius, siue postulatum rarum militum, et quidem mercenariorum, qui ius creandi magistratus sibi vindicarunt. quid hoc iniquius? aut quae vniquam respublica eius rei dedit exemplum? nam vt e militaribus viris crearentur magistratus, non est inauditum, fueruntque in Graecia ciuitates, quae eo iure vterentur, vt Malienses: de quibus Aristoteles v. Politicorum: ἐν Μαλιεῦσι ἡ πολιτεία ἦν ἐκ τῶν ἀπλευροκότων· τὰς δὲ ἀρχὰς ἤρῃντο ἐκ τῶν στρατευομένων. Adeo nullum ius est, quod non illi sibi tribuant, penes quos sunt arma, quae olim res imperium Romanum pessundedit. Primi ex omnibus mercenariis post obitum Agathoclis videntur excitasse eo nomine tumultus Campani. Etsi autem composita aliquo modo res fuit cum Campanis, sicut antea dicebamus; apparet tamen ex hac narratione, mansisse controuersiam, quae deinceps recanduit, vt eo tempore, de quo hic est sermo. Tunc igitur milites, qui in propinquis vrbi oppidis castra habebant, nouo exemplo magistratus ἐξ αὐτῶν, id est, e corpore suo creant, Artemidorum, et Hieronem: magna, sicut ostendit auctor, cum indignatione urbanae multitudinis, quae suffragiis militum imponi ciuitati magistratus iniquissimo ferebat animo. Tempus horum comitiorum militarium obscure declarat Polybius, quum accidisse haec ait χρόνοις ἢ πολλοῖς πρότερον, id est, non magno prius tempore, quam Rhegium obsideretur a Romanis. Nos putamus illum intelligi annum, qui primus Hieroni aditum ad remp. patefecit. Is autem erat annus alter Olympiadis cxxvi. Pausanias Eliacorum libro ii. τὴν ἀρχὴν εἶχεν ὁ Ἱέρων ἕτος, ἔτει δευτέρῳ τῆς Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, ἣν Κυρηναῖος εἰδὼν ἐνίκησεν Ἰδαῖος. quam diximus fuisse Olympiadem cxxvi. haec lectio facit cxx. sed character, quem addit de Olympionica Idaeο Cyrenensi, vulgatam lectionem falsi arguit manifestissime. Scribe ἔτει δευτέρῳ τῆς ἑκτῆς Ὀλυμπ. Vide Eusebiana Iosephi Scaligeri, vbi omnia habes de Olympiadibus. Celebrata igitur haec comitia annis ipsis quatuor ante captum Rhegium, et Rheginorum, reditur.



Ibid. διατριβασαυ περι την Μεργάνην.) Merganam in eo tractu nondum inueni, sed Murgantiam, locum ad mare situm non procul Syracusis. Liuius libro xxiv. *Ad Murgantiam tum classem nauium centum Romanus habebat; quo euaderent motus ex caedibus tyrannorum orti Syracusis, quo-ue eos ageret noua atque insolita libertas opperiens.* in xxvi. narratur Murgentinarum terrarum ad Poenos defectio, post Marcelli profectioem e Sicilia. meminit et M. Tullius in Verrinis, et Plinius. In ιν. Thucydidis Morgantinam a Syracusanis sibi vindicant Camarinaei: quum tam in vndecima historia Diodori et Olympiade lxxx. dicatur iam tum fuisse Morgantina πόλις ἀξίολογος. In Stephani Ἐθνικοῖς nominatur Morgyna Siciliae, et Morgentium Italiae. Videntur autem omnia haec loca appellationes suas accepisse a Morgetibus, populo vetustissimo Italiae; de quo Dionysius Halicarn. plura libro primo.

Ibid. καὶ τὸν μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντα Συρακυσίων Ἱέρωνα.) Hic est Hiero alter eiusdem nominis Syracusiorum rex, qui virtute et prudentia meruit, vt inter rarissima humanae felicitatis exempla cum primis numeretur. Amplissimum enim Syracusarum imperium non iure successioem, etsi a maioribus quondam obtentum, neque violentia et caedibus, sed admiratione virtutis est consecutus. semel autem partum regnum singulari semper clementia, dexteritate et fide administravit. accessit fortunae indulgentia insignis: nam et vitam integris omnibus sensibus vltra nonagesimum annum produxit, et tantis opibus, tanta gloria floruit, vt æqualium regum vix vlli concederet. De hoc viro scribit Zonaras tomo II. neque paternum genus vllum ei splendorem conciliaffe; maternum vero etiam ignominia seruitutis fuisse maculosum. ὁ Ἱέρων ἔτε πατρόθεν ἐπιφάνειαν ἔχων τινὰ, ματρόθεν δὲ καὶ δαλεία προσήκων, Σικελίας ἀπάσης ἤρξε μακρῶν. Sane de materno Iustinus quoque haut multo aliter libro xxiii. *maternum illi genus sordidum atque adeo pudibundum fuit.* de paterno falsum est, quod ait Zonaras. nam Hierocles Hieronis pater, nobilis vir fuit, sicut scribit Iustinus ibidem, *cuius origo a Gelone antiquo Siciliae tyranno manabat.* Pausanias tamen posteriorem Hieronem prioris cognominem solum appellat nulla cognationis mentione facta. Agebatur annus centesimus nonagesimus, quando Hieroni huic magistratus primo est delatus, ex quo vetus

regnum prioris Hieronis Syracusis fuerat extinctum. nam Thrasybuli, qui fratri Hieroni successerat, clades vltima accidit anno III. Olympiad. LXXVIII. Olim quum notas edere-remus in Dionysium Halicarnasense, totum stemma huius regiae domus recensuimus atque illustrauimus: quae si lubet inde petant studiosi. Plautus *Menaechmis*:

*Non ego te noui Menaechmum, Moscho prognatum patre?  
Qui Syracusis perhibere natus esse in Sicilia,  
Vbi rex Agathocles regnator fuit, et iterum Panthia,  
Tertium Liparo, qui in morte regnum Hieroni tradidit.  
Nunc Hiero est.*

Licentia comica vsus hoc loco poeta falsa veris miscuit. Verum est, Hieronem in imperio Syracusarum Agathocli successisse, et quidem non continuo, sed quibusdam interiectis, sicut recte Plautus significat. pro *Panthia* scribendum reor *Phintia*. sic enim appellatus est tyrannus quidam Siculus; qui post mortem Agathoclis magnam in ea insula potentiam sibi comparauit. sed errat Erotium, quando Phintiam Syracusarum tyrannum vocat, qui Agrigenti rerum potiebatur, non Syracusis: vbi, qui eo tempore dominabatur, Ictetas dicebatur, non Phintias. Diodorus libro XXII. κατὰ Σικελίαν ἦσαν τύραννοι Ἰκέτας ἐν Συρακῆσι, Φιντίας εἰς Ἀκράγαντα. et mox Φιντίας δὲ καὶ Ἰκέτας πρὸς ἀλλήλους πόλεμον ἐνεστήσαντο. Corruptum videtur esse apud Plautum nomen *Liparo*. nullus enim fuit eo nomine tyrannus in Sicilia. quid scripserit iocosus poeta, nescio. fides historica scribi postularet *Thunio*: nam in Syracusarum tyrannide Ictetae successerunt Thunio, siue Thaenio, qui ipsum Ictetam expulit, et Sostratus simul. Diodorus auctor in excerptis eiusdem libri. in Plutarchi *Pyrrho Θεονίων* scribitur, non *Θυνίων*. neque tyranni Syracusarum appellantur Thaenio et Sostratus, sed ἄνδρες ἡγεμονικοὶ ἐν Συρακῆσι, viri principes ciuitatis Syracusanae. In antiquis scholiis Theocriti ad *Idyllium* XVI. legimus, Hieronem hunc ἔχατον τυραννῆσαι τῆς Σικελίας, vltimum fuisse eorum, qui Siciliam tyrannide obtinuerunt. sed neque tyranni nomen Hieronis mores merentur: nec tam ampla fuit eius dominatio, vt τυραννῆσαι τῆς Σικελίας dici queat. quare melius scripsisset hic scholiastes ἐν Σικελίᾳ. Simili errore et Latinorum nonnulli, vt Eutropius, Hieronem Siciliae regem vocant; et qui

qui in Fastis viros triumphales adnotarunt in Valerio. neque vero Syracusarum vltimus dici potest tyrannus Hiero, qui moriens imperium nepoti Hieronymo, iuueni perditissimo, reliquit. de hoc Polybius legationum initio, et Liuius libro xxiv.

Ibid. *Ἱέρωνα νέον μὲν ὄντα κομιδῆ.*) Hierona appellat admodum iuuenem, qui annum xxx. tantum quod excesserat: plane vt Romani, qui iuuentutem desiniebant ab anno tricesimo ad quadragesimum. libro xvii. de Flaminio: *καὶ τοι νέος ἦν κομιδῆ. πλείω γὰρ τῶν τριάκοντα ἐτῶν ἔκ εἶχε.* Id aetatis tum fuisse Hieronem, quando magistratus primo est ei delatus, ita probamus. Constat ex Liuii testimonio nonaginta minimum annorum illum fuisse, quando vltimum vitae diem clausit. Mortuus autem est Hiero Cosl. Q. Fabio Maximo Cunctatore III. Sempronio Graccho, Olympiadis cxli. anno altero. Incidat igitur natalis illius necesse est in tertium quartumue annum Olympiadis cxviii. inde ad secundum Olympiadis cxxvi. quo anno dignitatem suam auspicatum esse Hieronem ex Pausania docuimus, xxx. vel vnus et triginta anni reperientur. Sed Lucianus Hieronem scribit vixisse duos et nonaginta annos. hac ratione natum oportuerit anno II. Olympiadis cxviii. et praeturam nactum annum agentem xxxiii. Apud Liuium libro xxi. dicit Hiero senex, se olim iuuenem Romanos primo bello Punico adiuisse, qui tamen priusquam id bellum finiretur, sexagenario maior erat.

Ibid. *πρὸς δέ τι γένος ἐυφυῆ βασιλικῆς καὶ πραγματικῆς οικονομίας.*) Id ipsum significat, quod pluribus a Iustino explicatur: *Pulchritudo ei corporis insignis, vires quoque in homine admirabiles fuere: in alloquio blandus, in negotio iustus, in imperio moderatus: prorsus vt nihil ei regium deesse praeter regnum videretur.*

Ibid. *ἔτως ἐχρήτατο πρῶτως καὶ μεγαλοψύχως τοῖς πράγμασι.*) Iustinus: *Post profectiōnem a Sicilia Pyrrhi, magistratus Hiero creatur: cuius tanta moderatio fuit, vt consentiente omnium ciuitatum fauore, dux aduersus Carthaginienses primo, mox rex crearetur.* confirmant eadem et Diodori lacerae narrationes e libro xxii. Falso igitur scribit auctor scholiorum in Theocritum, Hieronem, quum esset a ciuibus praetor creatus, corruptis exercitibus in tyranni nomen euasisse. *κατέχε τὴν ἀρχὴν στρατηγὸς ὑπὸ τῶν πολιτῶν,*



καὶ Φθείρας τὰς δυνάμεις, ὡς τύραννον αὐτὸν ἀγορευθῆναι.  
nam e contrario, quem honorem primo nactus erat Hiero,  
deferente milite, eum postea ciues illi affirmarunt: regnum  
vero nomen non solum ciuium Syracusanorum consensu  
est ei delatum, sed etiam comuni voluntate omnium so-  
ciarum ciuitatum, vt mox dicturus est noster.

Ibid. ὃς ἐκ τῶν πρώτων ἐπινοημάτων ἐυθέως δῆλος ἦν τοῖς  
ὀρθῶς σκοπιμένοις, μειζύων ὀρεγόμενος ἐλπιδῶν, ἢ κατὰ τὴν  
ερατηγίαν.) Hoc vult Polybius; Hieronem, quum primum  
ad gubernacula reipubl. accessit, dedisse indicia animi sui ad  
ciuitatis imperium occupandum viam affectantis: quae sig-  
na, quum non obseruarint principes reipub. Syracusanae,  
negat Polybius ὀρθῶς σκοπήτασθαι, hoc est, peritorum poli-  
ticorum officio functos, in prouidendo, quod futurum erat,  
et cauendo ne fieret. Hae namque sunt partes viri politici  
in regenda ciuitate, prouidere et cauere dum adhuc licet.  
admodum enim praecipuus in talibus est occasio. Simillimus  
fuit ille Marci Tullii, viri alioquin prudentissimi, fatalis reip.  
Rom. error, quando in Octauium iuuenem extraordinarios  
honores congregabat. de quo tot lectu dignissimis epistolis  
cum ipso M. Brutus exoptulat: qui etiam epistola quadam  
omnium malorum, quae esset facturus Octauius, reum Ci-  
ceronem pronuntiat. Ipsa Bruti verba ciuilibus prudentiae  
plenissima iuuat adscribere: *Ego, inquit, tum et facilitatem  
et prouidentiam laudabo tuam, cum exploratum habere coe-  
pero, Caesarem honoribus, quos acceperit, extraordinariis so-  
re contentum. Alienae igitur, inquires, culpaе me reum fa-  
cies. Prorsus alienae, si prouideri potuit, ne existeret. Ite-  
rum noster ita loquitur de Hannibale iuvene, libro II. pag.  
CLXXII. ὃς παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν ἐυθέως δῆλος ἦν ἐκ τῶν ἐπι-  
νοημάτων πόλεμον ἐξοίτων Ῥωμαίοις.*

I. 9. καὶ καινοτομῆντας ἀεί τι.) Statuit causam praeci-  
puam, cur de occupando imperio ciuitatis cogitarit Hiero,  
metum a leuitate ciuium, qui impulsu concionantium in  
theatris, more Graeco oratorum (demagogos ipsi dicunt)  
magistratibus suis, siue dignis, siue indignis, negotium fa-  
cellere et periculum creare soliti. Haec olim consuetudo  
obtinuit peris et ciuitatibus Graeciae, vt saepe in politicis  
ostendit philosophus. Quare etiam libro V. idem sapiens  
inter causas seditionum et rerum nouandarum non prae-  
termittit calumniae hunc metum; et assert exemplum rei-  
publ.

publ. Rhodiorum, quae propter hanc caussam fuerit immutata. διὰ Φόβον, inquit, εασιάζουσιν, οί τε ἡδίκηότες δεδιότες, μὴ δῶτι δίκην' καὶ οἱ μέλλοντες ἀδικεῖσθαι, βεβλόμενοι Φθάσαι πρὶν ἀδικηθῆναι. ὥσπερ ἐν Ῥόδῳ συνέστησαν οἱ γυνώριμοι ἐπὶ τὸν δῆμον διὰ τὰς ἐπιφερομένας δίκας.

Ibid. τὸν δὲ Λεπτίνην εἰδῶς καὶ τῇ προσασίᾳ καὶ τῇ πίσει πολὺ διαφέροντα τῶν ἄλλων πολιτῶν.) Leptinem hunc in illorum temporum historia non inuenio: nisi ille est, cuius in rebus Agathoclis meminit Diodorus lib. xx. nam qui ab eodem alibi nominantur, et ab aliis, vt Polyaeo et Frontino, Syracusani Leptines, ab hoc sunt diuersi. προσασίαν clientelas vertimus, rem secuti, non verbum. proprie προσάτης et πελάτης sunt relata, vt patronus et cliens: προσασία, patronatus, sed hic pro potentia sumitur, qualis est eorum, qui multis clientelis nituntur. alibi iungitur cum δύναμει, vt legationum tmemate xxxvi. τὴν δύναμιν καὶ τὴν προσασίαν καταλελυθῆναι τῶν Ῥωμαίων. Significat et quam vocamus maiestatem. In xvii. historia Diodori, Darius, qui in summo suo periculo et equorum iugalium consternatione manu habenas prehenderat, dicitur λῦσαι τὴν σεμνότητα τῆς προσασίας, id est, fecisse contra tanti regis maiestatem. Polybius solet vsurpare de specie dignitatis et pompa, quam ipse alibi nominat Φαντασίαν et ἐπιφάνειαν. Libr. x. cap. 13. de vxore Mandonii captiua: καὶ γὰρ ἦν γυνὴ πρεσβυτέρη, καὶ τινα προσασίαν ἀξιωματικὴν ἐπιφάνεισα. et lib. xi. cap. 32. παρακαλέσαντα τὸν Ἀντίοχον μὴ Φθονῆσαι τῆς ὀνομασίας αὐτῷ τῆς τῆ βασιλείως καὶ τῆς προσασίας. et saepius alibi Polybius. Liuius alicubi expressit voce comitatus. nam quod dixerat noster legationum tmemate xxx. κατὰ τὴν ἐσθῆτα καὶ τὴν ἄλλην προσασίαν λιτὸς καὶ ταπεινός, ipse vertit, vestitus comitatusque vix ad priuati hominis modum. tmemate lxxvii. dicitur Romani moris esse de rebus grauibus, quae ad imperium pertinent, καὶ λίαν διὰ πολλῆς σπεδῆς καὶ προσασίας διαπέμπεσθαι, id est, nuntios siue legatos mittere magno studio magnoque comitatu. Aliquando sumitur pro quauis turba personarum etiam inhonestarum: vt xv, 28. τῆς πλατείας πλήρης ὑπαρχέσης ὄχλου παντοδαπῆ, καὶ τῆς περὶ τὸ Διονυσιακὸν θεάτρον προσασίας. intelligit enim scenicam turbam et histrionicam, atque theatrales operas.

Ibid. βεβλόμενος οἶδον ἐφεδρείαν ἀπολιπεῖν ἐν τῇ πόλει τᾶτον.) Quis sit coniugiorum finis, nemo nescit: verum homines

potentiae cupidi, ad alium fere finem referunt; eoque vtuntur tamquam instrumento firmandae suae potentiae, sicut hoc loco de Hierone obseruat Polybius. ἐφεδρεία vox a militia eleganter translata, de qua inferius erit dicendum.

Ibid. συνθεωρῶν τῆς ἀρχαίας μισοφύρου καχέκτας ἔντας καὶ κινήτικας.) Non solum ad medicorum artem pertinent voces καχέκτης et καχεξία, sed etiam in politica doctrina vsum habent. Nam politicus (qui quidem honore eius nominis fit vere dignus) rempublicam ceu corpus vnius hominis considerat; et quae sapiens natura facit ad conseruandam hominis valetudinem bonam, ea ipse imitatur in conseruando suae reip. sano statu. Itcirco philosophi, qui de civili doctrina suas obseruationes ad prototypi (vt sic dicam) exemplum subinde reuocant, et inde argumenta petunt: vt Plato saepe, et Aristoteles politicorum libro primo, capite III. et cap. VII. et libri IV. cap. IV. libri V. cap. III. et libri VI. cap. VI. loco elegantissimo: et non raro alibi. qui etiam vice versa, libro de motu, capite nono, animal secundum naturam bene habens comparat πόλει ἐνομομένη, eamque analogiam siue similitudinem aureis verbis explicat. Politici καχεξίαν appellant in corpore reip. alienationem animorum a praesenti statu. apud Strabonem libro XIV. Athenodorus philosophus seditiosos homines, qui Tarsum in factiones diuidebant, vocat νέσον τῆς πόλεως καὶ καχεξίαν. Polybius libro II. διαφορὰν et καχεξίαν coniungit, quia hunc animorum habitum sequi solent discordiae, et rerum nouarum cupiditas, vnde mutatio formae reip. Locus est pagina 207. εἰς ποσαύτην διαφορὰν καὶ καχεξίαν ἐνέπεσον, ἐν ᾗ συνέβη πάσας τὰς πόλεις χωριθεῖσας ἀπ' αὐτῶν ἐναντίως τὸ συμφέρον ἄγειν ἀδήλαις. eandem quoque ob causam κινήτικας hic appellat, homines καχέκτας, ceu paratos ad seditionem mouendam, et praesentem statum sollicitandum. sic legationum tmemate LXXX. οἱ κινήται καὶ καχέκται συνολογίζοντο παρ' αὐτοῖς. alibi σασιώδεις vocat, vt infra libro eodem, διὰ τὸ πολλὰς σασιώδεις καὶ καχέκτας ἐν αὐτοῖς ὑπάρχειν. Interdum τοῖς καχέκταις opponuntur a Polybio οἱ ἔμποροι, diuites, vt in tmemate legationum XXXVII. quia miserorum et obaeratorum est proprium, non acquiescere praesentibus cupiditate tabularum nouarum, et ἀναδασυῖ, ac nouae diuisionis agrorum, qua de re multa ad librum IV. sumus dicturi. Oritur vero et ex aliis causis animi talis affectio.



affectio. nulla enim est ciuitas tam beata in cuius forma omnes partes ex aequo acquiescant. In primo Regum cap. 22. legimus, cum ex aula impii Saulis pius Dauid exfularet, statim sese illi adiunxisse duo genera hominum, obaeratos nempe, et quibus erat aliqua contra praesentem statum rerum concepta indignatio, hoc est οἱ καχέκται, qui similiter ibi, sed elegantissime dicuntur וְשָׁרֵי נַחֲשֵׁי הַבַּיִת. Vertere LXX. πᾶς κατώδυνος ψυχῆ· aptius et significantius dixissent, πάντες οἱ καχεκτᾶντες: sunt quos in idiotismo nostro vocamus, *les malcontents*, quod saepe factionis nomen existit. Quoniam igitur, vt dicebamus, nulla cum ciuitate agitur tam bene, in qua non sint multi καχέκται, et cupidi mutationis, propterea philosophus ad conseruandam rempub. hoc dat praeceptum omnium maxime necessarium: vt illius partis, quae bene est animata erga statum praesentem, potior in omnibus habeatur ratio, quam aliter affectorum. Libro IV. politicorum, cap. 12. δεῖ κρείττον εἶναι τὸ βελομένον μέρος τῆς πόλεως τῷ μὴ βελομένῳ μένειν τὴν πολιτείαν. hic τὸ μὴ βελομένον μέρος sunt, quos a Polybio diximus appellari καχέκτας. Aeneas in elegantissimo et prudentiae pleno libro, cuius ante meminimus, vocat τὰς τὰ ἐναντία φρονῶντας τοῖς παρῶσι πράγμασιν, et τὰς ἀντιπροθυμωμένους. quibus opponit τὰς εὐνοῦς. Alibi Aristoteles praeceptum idem repetens, id esse dicit μέγιστον σοιχείον ἀρχῆς, *maximum omnium elementum principatus*, siue, vt cum Tacito dicam, *arcantum imperii*. locus est libri v. capite nono, et libri eiusdem cap. 3. inter causas, quae mutationem rebuspub. afferunt, huius rei incuriam recenset; quum neglecto hoc ciuium discrimine, hominibus male de reip. statu praesenti sentientibus, honores praecipui fuerint demandati: quo genere peccati Oritarum ciuitatem mutationem esse passam scribens eo loci Aristoteles, καχέκτας istos vocat τὰς μὴ τῆς πολιτείας φίλας. Aeneas contra Dionysii prudentiam laudat, qui animaduerso fratrem Leptinem, qui dominationem illius non probabat, gratia plurimum pollere apud Syraeusanos, per honoris speciem vrbe eum extrusit, et dissimulanter ab eo sibi cauit: quod in multis Romani imperatores saepius fecerunt. Interdum καχεξία pro mollite et ignauia accipitur: vt cum libro v. dicit Polybius, regem Ptolemaeum, quo minus victoria vteretur, impeditum esse ὑπὸ τῆς συνήθους ἐν τῷ βίῳ ῥαθυμίας καὶ καχεξίας. idem alibi de Perseo ἐξελύετο

τῇ ψυχῇ καθ' ἅπερ οἱ καχεκτῶντες τῶν πολιτῶν. et initio tertii opponuntur ἢ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ῥαθυμίᾳ et ἢ ἀναξίᾳ. in XIII. Diodori ἀφ' τῶν ἡγεμόνων καχεξία, paullo aliter: de ducibus enim loquitur, qui non ignavia male rem gerebant; (erant enim viri fortissimi) sed discordia. voluntate namque καχεκταὶ fuerunt, vt loquitur M. Tullius scribens ad Atticum: quod vitii genus proprio vocabulo Graecis dicitur ἐθελοκάκησις, quasi dicas spontaneam ignauiam, et virium remissionem.

Ibid. ἐξάγει στρατιάν ὡς ἐπὶ τὰς βαρβάρους τὰς τὴν Μεσσηνίαν καταχόντας.) Tempus huius expeditionis referimus ad quartum quintumue annum, postquam Hieron praeturam Syracusarum gerere coeperat. quod non obscure sequentia arguunt. Res ea expeditione gestas Diodorus Siculus libro XXII. descripserat: sed totum narrationis illius principium desideratur. Nam quod in ecloga eius libri xv. scriptum est, ὁ δὲ Ἱέρων ἀπαλλάγει ἐκ τῆς πολεμίας, quum ad hanc historiam pertineat, manifesto deesse multa ostendit, quibus initium illius explicatur. Apparet autem ex verbis Diodori, Hieronem ad faciendam impressionem in fines Mamertinorum temporis occasionem captasse, quando illi expeditione suscepta domo aberant. Iam multas arcas et castella ceperant Mamertini, cum trepido nuntio de aduentu Hieronis ad defensionem agri sui Messanam reuocantur. Statim igitur omissa praeda, qua erat grauis eorum exercitus, domum redeunt. Hoc significant istae Diodori lacerae reliquiae, Τῶν δὲ τὴν Μεσσηνίαν οἰκόντων Μамερτίνων ἡυξημένων . . . . πολλὰ μὲν Φρέρια . . . . αὐτοὶ δὲ ἔυζωνον ποιήσαντες τὴν δύναμιν ἦγον ἐν τάχει βοηθήσοντες τῇ Μεσσηνίᾳ πολεμικῆν.

Ibid. ἀντιστρατοπεδεύσας δὲ περὶ Κεντόριπα, καὶ παραταξάμενος περὶ Κυκιοσαῶρον ποταμόν.) Aduentantibus Mamertinis ad tuitionem agri Messianensis Hiero mouet inde castra, et in mediterranea profectus loca munita non pauca occupat: ac tandem inter Centuripa et Agyrium confedit, ad Cyamoforum amnem, ait Polybius. Diodorus castellum munitissimum ibi fuisse ab eo expugnatum scribit, et funditus deletum, quod Ἀμῆσελον, Ameselum ipse indigitat. Et annis huius et munitiois obscura sunt nomina, et quae legere alibi non commemini. ac fortasse Diodori lectio in illis deprauatissimis fragmentis e Polybio fuerit emendanda, cuius hac in parte omnes codices consentiunt.

Ibid.

Ibid. τὰς δὲ ξένους προβαλλόμενος εἶπεν πάντας ὑπὸ τῶν βαρβάρων διαφθαρήναι.) Vetustissimum hoc est principum stratagemata, vt si quos vellent perditos, eos de industria hostium telis obiicerent. Iam inde a Saulis temporibus notae erant hae artes. nam libro primo Regum, cap. 17. exponitur consilium eius Regis, ad perdendum hac ratione Dauidem initum. ipse Dauid postea rex ita Vriam sustulit, vt narratur eiusdem historia libro 2. cap. 11. De Iulio Caesare memoriae proditum a Dione, libro 43. isto pacto multos eum exstinxisse, qui sua consilia non probarent. Auctor est Zonaras in narratione Punici primi, Amilcarem Hannibalis patrem, quum in Sicilia fidem suspectam mercenariorum Gallorum haberet, non dissimili commento eorum perniciem procurasse. iussit enim ad occupandam urbem noctu proficisci, cuius praefectum Romanum curaerat monendum, vt caueret; simul ratione indicata, per quam deleri omnes Galli (eorum fuerunt quatuor millia) possent. neque aliter accidit. Refert historiam et Frontinus libro 3. cap. 16. sed Hannoni non Amilcari stratagemata hoc tribuit, ac paullo aliter res narratur. In septima Dionysii historia habes simile stratagemata Cumanorum, ad perdendum Aristodemum, et ceteros ciues rerum nouarum cupiditatis suspectos: mittuntur enim specie quidem, ad ferendam Aricinis opem; re ipsa ad perniciem manifestam et πρᾶπτον ὄλεθρον. Alii duces mitiora consilia secuti, si quam militum manum haberent suspectam, variis artibus dissiparunt. Quo in genere singulari olim prudentia vsus C. Martius Rutilus consul; quum legionem Capuae ad praesidium collocatam, subtilibus vafrauentis per partes exauctorauit, quia totam simul sine ingenti periculo non poterat. Historiam cognitione et imitatione dignissimam, narrat Livius libro VII. Adde multa exempla ad Marcellinum pag. 4. in notis Lindenbrogii. Adde Taciti locum de Germanico obiecto periculis et dolo, et Sueton. libro 36. de Iudaeis in Sardiniam missis, vt ibi perirent. Porro Hieroni abruptum hoc consilium exsequi, eo fuit facilius, quia mercenarii erant, quos voluit ire perditum. ratio enim militiae est, vt maxima quaeque pericula isti potius adeant, quam ciues et urbanae copiae. sic pag. 30. in acie Carthaginiensium προκινδυνεύσαντες οἱ μισθοφόροι. et passim.



Ibid. Ξενολογήσας δι' αὐτῆ πληθος ἰκανὸν μισθοφόρων.) Explicandum e Diodoro: qui auctor est, Hieronem expugnata munitione, de qua diximus, captis ibi militibus delictorum gratiam fecisse, eosque suis numeris adscripsisse. Sic ille: ἐκπολιορκήσας τὸ χωρίον, τῆτο μὲν κατέσπασε, τὺς δὲ Φορκῶντας ἀπολύσας τῶν ἐγκλημάτων, ἔταξεν εἰς τὰς ἰδίας τάξεις.

Ibid. Θεωρῶν δὲ τὺς βαρβάρους ἐκ τῆ προτερήματος θρασείας καὶ προπετιῶς ἀναστροφόμενος.) Ex victoria nascitur audacia, cuius comes temeritas: ex his securitas in hominum animis ingeneratur, calamitatis frequentissimum initium, ut hoc loco Mamertinis. Habet has vices conditio mortalium, quod Plinius iunior ait, ut aduersa ex secundis, secunda ex aduersis nascantur. et poeta vetus verissime: Ἀρχὴ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν Τὰ λίαν ἀγαθὰ. *Nimis secundae primum mortalibus Aduersa gignunt.* Hae sunt, quas Graeci Theologi bonorum et malorum μεταμπλοκαῖς scitissimo vocabulo dicunt. Notissimum hoc, inquiet aliquis: sane notissimum, sed vel eo ipso impensius notandum, quia quum sit notissimum, sit tamen nihilo secius quotidie. Adeo imprudentes plerique mortalium fumus.

Ibid. καθοπλίσας καὶ γυμνάσας ἐνεργῶς τὰς πολιτικὰς δυνάμεις ἐξήγε.) Quod ciues armat Hieron, et domestico milite in hoc bello utitur, non mercenario, multae afferri possunt causae ex vtriusque militiae natura; qua de re alio loco. Illud vero hic obseruandum, Hieronem, qui ad tyrannidem Syracusarum viam affectabat, opportuno suis inceptis consilio ciuitatem huic bello implicuisse: ea namque ad tyrannidem occupandam munitissima est via. iccirco scribit philosophus in v. politicorum cap. II. ἔτι καὶ πολεμοποιὸς ὁ τύραννος, ὅπως ἄχολοι τε ᾧσι καὶ ἡγεμόνος ἐν χρεῖαι διατελῶσιν ὄντας. Rursus quum Hiero tanto studio ciues suos in rebus bellicis exercet, eos armat et militiae assuefacit, grande in eo specimen potest videri dedisse ingenii sui, non plane tyrannici. causam discere est e Platonis libro 8. de legibus, sed expressius Aristoteles politicorum libro v. cap. II. vbi docet philosophus, tyrannici ingenii principes, quo securitati suae consulant, ab omnibus illis ciues arcere, quae subditis solent ingenerare spiritus generositatem et mutuam fidem. πάντα, inquit, φυλάττει ὅθεν εἰώθε γίνεσθαι δύο, φρονήματα τε καὶ πίστις: quantum ad horum vtrumque valet militia,

militia, et mediocriter rerum periti sciunt. Scribit Diodorus, habuisse Hieronem in exercitu peditum decem millia, equites mille quingentos: quum haberent Mamertini peditum octo millia, equites  $\mu, \chi\lambda.$  inquit ille: est vero palam corrupta lectio, pro  $\alpha$  vt reor, siue, quod idem est  $\chi', \text{c}10.$  similis error apud eundem paullo post in his verbis: *καὶ προσποιησάμενος βοήθειαν εἰσῆγαγεν εἰς τὴν πόλιν στρατιώτας μ'.* ait Mamertinos eo fuisse redactos ab Hierone, vt deductionem facere cogerentur: sed interuenisse Hannibalem, qui specie ferendae opis praesidium immiserit hominum  $\chi\lambda.$  et consilium hoc illorum fregerit. Lege vero etiam hic  $\alpha, \text{c}10.$  Similem errorem notamus paullo post in anno tertio belli Punici.

Ibid. *καὶ συμβάλλει τοῖς πολεμίοις ἐν τῷ Μυλαίῳ πεδίῳ περὶ τὸν Λογγανὸν καλούμενον ποταμὸν.)* Diodorus *ἐμβαλὼν δὲ εἰς Μεσσήνην κατεστρατοπέδευσε περὶ τὸν Λοιτανόν.* *ubi irrupit in agrum Messaniorum, ad Loetanum flumen castra est metatus.* *Μεσσήνη* hoc loco non est vrbs, sed regio, *χώρη* non *πόλις*: de quo iam olim monuit auctor Ἐθνικῶν. nam alioquin Hieronem *ἐμβαλεῖν εἰς Μεσσήνην*, non minus falso diceretur, quam Hannibalem *ἐμβαλεῖν εἰς Ῥώμην*, quum ad tertium ab vrbe lapidem confedit. Loetanum a Diodoro nominari, qui Polybio est Longanus, non potest dubitari. Ego puto scripturam librorum nostrorum, praesertim consentientium, meliorem esse: nam illae Diodori eclogae deprauatissimae sunt, et scimus fuisse in Sicilia oppidum aut castellum Longonem, quod fortasse ab hoc fluuio nomen inuenit. Diodorus in *xiv.* nominat *Λόγγωνα Κατάνης Φρέριον καλούμενον Ἰτάλιον.* *Longonem Catanæ castellum, cognomento Italium.* in Stephano *Λογγῶνη* scribitur et *Λογγοναῖος.* Apud Ptolemaeum fluuius, qui prope Mylas in mare influit, Helicon appellatur, si nullus est error.

Ibid. *καὶ τῶν ἡγεμόνων ἐγκρατῆς γενόμενος ζωγρεῖα.)* Cion Mamertinorum imperatorem intelligit; de quo facetissimam historiam narrat Diodorus.

Ibid. *αὐτὸς δὲ παραγενόμενος εἰς τὰς Συρακίους βασιλεὺς ὑπὸ πάντων προσηγορεύθη τῶν συμμάχων.)* Annum huius ἀναβρόσεως, quando Hiero *rex* Syracusarum et sociarum ciuitatum est declaratus, statuimus fuisse quartum Olympiadis centesimae vigesimae septimae. affirmat enim vetus scriptor apud Suidam annos *LIV.* ipsam *βασιλεύσαι, regem fuisse.*

*fuisse.* Quum igitur docuerimus excessisse e viuis Hieronem altero aut tertio Olympiadis cxli. nonagenarium aut eo etiam maiorem: si ex ea summa deducantur anni liv. exhibit ille annus, quem diximus. erat is annus septimus ex quo primum Hiero magistratum Syracusis inierat: secundus postquam Romani Rhegium Rheginis restituerant. Sunt auctores, qui de tempore regni Hieronis longe diuersa videntur prodidisse memoriae. Lucianus enim scribit, regnasse illum annos lxx. locus est in Longaenis. *Τέρων ὁ Συρακασίων τύραννος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν γενόμενος ἐτελεύτα νόσῳ, βασιλεύσας ἐβδομήκοντα ἔτη, ὡς περ Διμήτριός τε ὁ Καλλαντικῆς καὶ ἄλλοι λέγουσι.* Ego vero duplex mendum in istis verbis inesse existimo: alterum librarii, qui scripserit *ἐβδομήκοντα* pro *ἑξήκοντα*, lxx. quum debuisset lx alterum auctoris ipsius, qui inter magistratum Hieronis et regnum discrimen non posuit. Verum autem est, a primo eius aditu ad praeturam Syracusarum ad eius obitum annos medios interesse lx. Obiter obseruent lectores in superioribus Luciani verbis Hieronem morbo vitam finiuisse, quod non obscure Lilius confirmat. Parum igitur vere Pausanias, qui scriptum reliquit, a Dinomene Syracusano tyrannidis hoste insensissimo, vim illi fuisse illatam. De reditu Hieronis Syracusas bello hoc confecto ita scribit Diodorus: *ὁ Τέρων ἐπανῆλθεν εἰς Συρακῆσας περιβόητον ἐνημέριον πεποιημένος.* de nomine regio ei tum delato, quod ait noster nihil: quin e contrario in belli iam expositi narratione, regem eum Diodorus appellat.

## VI. *Origo et causae belli Punici primi.*

I. 10. *Οἱ δὲ Μαμερτῖνοι πρότερον μὲν ἐσπορήμιοι τῆς ἐπικ.)* Diodori narratio paullo aliter habet. Mamertinos, quum inibi essent, vt urbem Hieroni traderent, ab vltima illa necessitate inopinato Hannibalis aduentu fuisse liberatos. Poenum primo hoc eorum consilium fregisse: deinde idoneam vim militum praesidii nomine in oppidum induxisse, re vera non *βοήθειαν*, sed *Φραγὴν* immisisse. Addit deinde et Carthaginenses et Hieronem, quum pariter Messenae inhiarent, pariter irritos fuisse propositi: propterea societatem inter se iunxisse, et copulatis viribus Mamertinos obsidere instituisse. Atque haec fuit occasio expetendae Romanae societatis a Mamertinis.



Ibid. διὰ τὰς νῦν ῥηθείσας αἰτίας.) In nostra interpretatione post vocem *casu*, inferendum est, *ob causas modo memoratas*. Petimus vero ab aequis lectoribus, vt huiusmodi omiffiunculas, et quicquid aliud erit, in quo parum videbimur cauiffe, id omne occupationibus, curis et molestiis nostris condonent, et nostra a nobis posse peccata corrigi, ne desperent: si modo ad concinnandam editionem alteram DEVS OPTIM. MAXIM. vitam et otium supeditauerit.

Ibid. οἱ δὲ πρὸς Ῥωμαίους ἐπρέσβευον, παραδιδόντες τὴν πόλιν.) Non satis explicatur, quo animo Mamertini urbem suam Romanis per legatos offerrent. nam verbum παραδιδόντες potest accipi de traditione ad conseruandum; quando praesidium ea conditione admittitur, vt euitato periculo sit illi exeundum, iure ciuitatis nihil immutato: quo animo se auxiliatum venisse Messaniensibus Mamertinis Appius Claudius apud Zonaram ipsis confirmat. potest etiam de deditioe intelligi, per quam vrbs fieret Romanorum: quod vt facerent isti Campani, recordatione veteris exempli in sua gente editi a Romanis poterant moueri. Nam quum bello Samnitico premerentur Campani, et Romanos opem poposcissent, nihil ab eis potuit impetrari priusquam se et omnia sua populo Romano dedidissent. Causam denegati tunc auxilii prodit Liuius, quia Romanis foedus erat antiquius cum Samnitibus: quae ratio hic quoque locum habuit. nam Carthaginenses, aduersus quos auxilium aduocant Mamertini, ab aliquot iam seculis foedere iuncti cum Romanis erant: quod si Zonarae credimus, etiam Hieroni, qui erat alter Mamertinorum hostis, foedus cum Romanis intercedebat. Obstat huic interpretationi, quod passim dicuntur Romani Messanam defendisse, vt foederatam ciuitatem, non vt suam; et Mamertinos vt socios, non vt subditos. Florus libro II. de belli primi Punici causis loquens; *Sed ecce vltro viam pendentibus fatis, nec occasio defuit: cum de Poenorum impotentia foederata Siciliae ciuitas quereretur.* Apud Liuium libro xxx. Scipio ad Hannibalem ita loquitur: *Neque Patres nostri priores de Sicilia, neque nos de Hispania fecimus bellum: et tunc Mamertinorum sociorum periculum, et nunc Sagunti excidium nobis pia ac iusta induerunt arma.*

Ibid. καὶ δεόμενοι βοηθήσειν σφίσι αὐτοῖς ὁμοφύλοις ὑπάρχασιν.) Zonarae verba sunt in historia obsessi a Romanis Rhegii: τὰς Μαμερτίνους τὰς τὴν Μεσσήνην ἔχοντας, ὡς συμμαχικὸς οἱ ἐν Ῥηγίῳ προσεδέχοντο, ὁμολογίᾳ προσεδήσαντο. Haec si vere scribuntur, Romani capto Rhegio copias Mamertinorum auxiliares a Rheginis accitas, ita dimiserunt, vt pactione aliqua per eam occasionem Mamertinos sibi obstringerent. Non consentit istis Polybii narratio: hoc enim loco Mamertini opem Romanorum implorantes, nullam aliam petitionis suae rationem allegant, nisi τὸ ὁμόφυλον, quod essent ex eadem terra orti siue oriundi, nempe Italia: nam qui in Sicilia erant Campani, ex Italia illuc traiecerant, vel ipsi, vel eorum parentes, vt antea diximus. In Polybio et aliis historicis τὸ ὁμόφυλον et τὸ ἀλλόφυλον saepe opponuntur, vt apud Latinos alienigena et in eadem terra genitus, vel eiusdem linguae homines, et barbari. Liuium alterutro semper modo vocem ὁμόφυλος vertere obseruauimus. quod autem gentis communio non significetur appellatione ὁμοφύλου, ostendit locus Polybii e libro xi. vbi ὁμόφυλος et ὁμοεθνῆς tamquam res diuersissimae separantur: καὶ περ ἔχουσιν ὁμοεθνεσί, ἀλλ' ἂν ὁμοφύλοις χρήσαμενος στρατοπέδοις. qui tamen imperaret exercitibus non vnus gentis, vt ne linguae quidem eiusdem essent, neque in eadem terra geniti. βοηθήσειν, quod vbique inuenimus, sine dubio e diuersa scriptura ortum βοηθεῖν et βοηθήσαι: vtrumuis seras, illud non potest.

Ibid. Ῥωμαῖοι δὲ πολὺν μὲν χρόνον ἠτόρησαν, διὰ τὸ δοκεῖν ἐξόφθαλμον εἶναι τὴν ἀλογίαν τῆς βοηθείας.) Dubitatum esse in senatu super Mamertinorum petitione, ostendit et epitome Liuiana libro xvi. *Contra Carthaginienſes et Hieronem regem Syracusanorum auxilium Mamertinis ferendum censuit senatus: quum de ea re inter suadentes, et id fieret, dissuadentesque contentio fuerit.* Non dubitamus nos, Liuium sententias vtriusque partis lactea illa sua vbertate esse persecutum: quae pars si hodie exstaret, cum fructu a politicis legeretur. Grauiſſima enim illa quaestio fuit, quam ait noster per diu agitatam esse a patribus ita varie, vt non explicarent, quid esset optimum factu. id enim est πολὺν χρόνον ἀπορήσαι. postea addit Polybius, quia persuaderi ad extremum senatui res non poterat, non expectata patrum auctoritate populum petitioni Mamertinorum annuisse. Porro dubitandi ratio et causa ἀπορίας fuit, quia in illa re, qua de agebatur

agebatur, honestas atque vtilitas pugnare inter se videbantur: quo genere quaestionum in tota materia politica nihil est, quod aut consultantibus senatoribus ad agendum, aut verum inquiringibus philosophis ad docendum, maius negotium facefiat. Quid et quantum vtilitatis populo Rom. Mamertinorum societas esset allatura, non est obscurum. nam quum illa tempestate Romani et Poeni sibi inuicem imminerent: Mamertinorum Messanam obtinentium societate illud consequebatur populus Roman. vt ex Italia bellum auerteret in Siciliam. quare eo nomine laudatum postea est consilium, quod siue a populo, siue a patribus ortum, tandem placuit. Sulpitii Cos. apud concionem verba fuerunt, referente Liuiο libro 31. *Quis dubitat, quin, si Saguntinis obsessis fidemque nostram implorantibus, impigre tulissimus opem, sicut patres nostri Mamertinis tulerant, totum in Hispaniam auerjuri bellum fuerimus, quod cunctando cum summa clade nostra in Italiam accepimus?* Accedebat eo, quod imperii amplificandi cupidis nihil opportunius hac noua societate potuit contingere. nam, vt Cicero quoque scribit, Romanus populus fociis defendendis terrarum omnium potitus est. Huic vtilitati pars sanior patrum honestatem opponebat. Turpe enim futurum, cum Mamertinis perfidissimis et scelestissimis hominibus amicitiam iunxisse, atque adeo defensionem eorum suscepisse, qui immani perfidia hospites suos obruncassent: Romano autem populo futurum hoc etiam turpius quam aliis; quia ceteris eorum factis et fidei publicae, cuius seueri obseruatores haberi vellent, haec societas repugnaret: leuitatis et inconstantiae grande specimen daturī patres, si post exactas poenas grauissimas a legione Romana perfidiae in Rheginos admittae, Mamertinos eiusdem sceleris reos suis viribus fusciperent protegendos. Haec est illa factorum inaequalitas et inconstantia, quam Polybius hic appellat elegantissime, ἐξόφθαλμον ἀλογίαν. In Galba notat inconstantiam Sueton. cap 9. vbi est vox scelerata, qua se tuebatur Galba: *neminem otii sui rationem reddere cogi.* Atqui vera caussa erat vel metus a principe, vt ostendit Suet. vel propria ignauia, et est res notanda. Dio illo loco quasi ex professo vocem Galbae confutat, ὅτι, vbi per occasionem discessimus a ratione vitae consueta, paulatim assuescimus ignauiae, deinde illam amamus. Nota Taciti pag. 335. de Galba: *neque enim ad hanc formam cetera*



erant. In ferenda sententia de rebus politicis duo semper spectari debent: vtrum ea res, quae in deliberationem venit, optime institutae reip. conueniat: deinde, vtrum eius ciuitatis institutis congruat, de qua agitur. multa enim per se mereantur improbari, quae huius aut illius ciuitatis institutis optime quadrent, vel contra. Philosophus hoc docuit libro II. Politicorum, cap. VII. *περὶ τῶν πολιτειῶν*, inquit, δύο εἰσὶν αἱ σκέψεις. μία μὲν, ἔστι καλῶς πρὸς τὴν ἀρίστην νενομοθέτηται τάξιν· ἑτέρα δὲ, ἔστι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν καὶ τὸν τρόπον ἢ ὑπεναυτίως τῆς προκειμένης αὐτοῖς πολιτείας. et hic et saepe philosophus appellat ὑπόθεσιν, sectam et rationem consiliorum, quam aliqua ciuitas aut princeps sibi proposuit sequendam, ex qua, si constare sibi voluerit, manare omnia illius et instituta et actiones debent. alibi vocat ὄρος, et σκοπὸς et τρόπον: vt libro V. cap. XI. et libr. VI. cap. II. quia semel constituta ὑπόθεσις, et certa consiliorum ratio, ὄρος et norma est omnium singularum actionum, et velut scopus, quo illae referri debent. Sic olim dicebat Theophrastus, Aristidem, cui mores sui et vita priuata Iusti cognomen pepererunt, in administratione publicae rei Atheniensem, iniusta multa sciuisse, πρὸς τὴν ὑπόθεσιν: quum diceret ex instituto illius reip. sic esse necessario faciendum. Καθόλου, inquit Plutarchus, ὁ Θεόφραστος Φησὶ, τὸν ἄνδρα τῦτον περὶ τὰ οἰκῆα καὶ τὰς πολίτας ἄκρω ὄντα δίκαιον, ἐν τοῖς κοινοῖς ποῦλὰ πράξει πρὸς τὴν ὑπόθεσιν τῆς πατρίδος, ὡς συχνῆς ἀδικίας δεομένης. Scopus enim auctoris toto illo commentario non alius est, quam vt doceat Athenienses, quum malam reip. formam delegissent, institutis πρὸς τὴν ὑπόθεσιν bonis vti ac conuenientibus. Et ita politicum omnia debere πρὸς τὴν ὑπόθεσιν κρίνειν, saepe repetit Aristoteles, maxime lib. IV. cap. XI. Quum igitur populi Rom. ea secta fuerit, ea consiliorum ratio, vt honestati in omnibus studere videri vellet, parum omnino sibi constitit, quum petitioni Mamertinorum dans locum, tot sceleribus impiatos, ad societatem suam admisit. Idcirco apud Diodorum Hiero rex legatis Romanorum in gratiam Mamertinorum missis respondet hoc pacto. *Mamertini, ait, qui Camerinam et Gellam deleuerunt, Messanam vero per summam impietatem occuparunt, iure oppugnantur. Romani vero, qui fidei nomen in ore perpetuo habent, non debent istos crudeles homicidas, et fidei ultra omnia exempla contemptores protegere.* Qui si  
pro

pro contaminatis omni impietate tantum susceperint, facile omnes intelligent, ipsos misericordiam erga afflictos auaritia suae obtendere: quum reuera Siciliam concupiscant. Praeclare ista Hieronis Polybii mentem explicant. Etsi autem recte grauiissimi patres senatus Rom. in hac deliberatione ἀλογίαν damnarunt, et consilium respuerunt, quod prioribus non consentiret; sciendum tamen est, rerum politicarum et omnium humanarum eam esse naturam, vt saepe huic rigidae obseruationi locus esse omnino per prudentiam πολιτικὴν non queat. Prudentiam philosophi politici duplicem faciunt: eam, quae simpliciter prudentia vocatur, et quam ipsi dicunt περισσῆν, velut temporum necessitate expressam. Simili ratione dicuntur Senecae epistola LXVI. quaedam prima bona; tamquam gaudium, pax, salus patriae: quaedam secunda in materia infelici expressa; tamquam tormentorum patientia, et in morbo graui temperantia. Ex hac diuersitate genus duplex officiorum viri prudentis nascitur: officia prima, siue primario suscepta, in quibus emicat ipsa honestas, nulla inhonesti suspicione aut mixtione obscurata: vt quum diues aliquis patriae aut egenis opes suas impendit: quum vir fortis contra patriae perduelles stat fortiter in acie: item officia περισσῆν, quae M. Tullius OFFICIA EX TEMPORE vertendo nominat, et SECVNDA HONESTA; quum honestati, quam sequeris, ineit aliquid, quod plerumque turpe videatur. Saepe enim tempore fit, vt quod plerumque turpe haberi solet, inueniatur non esse turpe. Huius autem generis officiorum ex tempore, cum in priuata vita interdum est vsus, vt disputant iidem philosophi: tum multo magis in publicae rei administratione. tanti enim est publica salus, vt sapientissimi olim viri dicere ac docere veriti non sint; non esse quidem honesto vmquam vtile anteponendum: sed statui ita debere; quicquid valde necessarium sit reip. id fieri honestum, etiamsi ante non videretur. Verum hic cautione et attentione magna politicis est opus: ne prudentiam περισσῆν, cui humanum genus sua miseria et vanitas fecit obnoxium, vt recte sentit B. Augustinus, in dolum malum conuertant, et illam veteratoriam malitiam, quam vir optimus Polybius κακοπραγμοσύνην vocat, et tantopere abominatur. Hodierni politici secunda officia, quae περισσῆν vocari diximus a Graecis, nominant *Rationem status*. qui autem dolos

et fraudes nefarias hoc specioso mantelio hodie obnubunt, ii non pro viris prudentibus, sed pro malitiosis veteratoribus sunt habendi. Sed huic grauiſſimae quaestioni accuratius tractandae volente DEO, locus erit libro XIII.

Ibid. ἐξόφθαλμον εἶναι τὴν ἀλογίαν τ.) Ita scribendum, non ἀναλογία, qui error et hic et saepe alibi in hoc auctore fuerat commissus: vt in legationum ecloga XLI. semel atque iterum. ἀλογία est factum aut dictum ratione carens: hic opponitur ei aequabilitati, tum vniuersae vitae, tum singularum actionum, de qua M. Tullius in primo pulcherri operis. Exemplum similis ἀλογίας in factis est illud, quod in Atheniensibus obseruat Polybius legationum tmeate XCVIII. Paulo post de Philino: ταῦτα δ' ὡς ἐμοὶ δοκεῖ τῆς πάσης ἐστὶν ἀλογίας πλήρη. haec est ἀλογία in dictis, quum prioribus non respondent posteriora. ἐξόφθαλμον venuste posuit pro euidente et manifesto: sic ἐνόφθαλμον Atticis, quicquid non solum visu pulchrum est, sed etiam dictu vel auditu speciosum: vt in II. Politicorum: ἐκ ἔστιν ἀσφαλὲς τὸ νομοθετεῖν· ἀλλ' ἐνόφθαλμον αἰκῆσαι μόνον.

Ibid. εἰ μόνον εἰς τὴν Μεσσηνίων, ἀλλὰ καὶ τὴν Ῥηγίων πόλιν δυσκαπολόγητον εἶχε τὴν ἀμαρτίαν.) Ita vertimus quasi praepositio eis iungi deberet cum voce δυσκαπολ. Messanios intellige ciues exfules Messana; quibus dabant Romani iustam conquerendi occasionem, quum inuasores iniquos patriae suae adiuuabant. neque enim omnes caede illa nocturna sunt perempti ab hostibus Mamertinis, sed erant superstites multi, qui patria extorres Syraculis et in aliis Siciliae urbibus aerumnabilem vitam trahebant. Auctor est Diodorus, Hieronem, quando fines Messanae inualit, ducentos Messanios exfules in exercitu suo habuisse. Alia ratio fuit Rheginorum: qui licet paullo ante beneficio Romanorum patriam receperant; iure tamen de iis queri poterant, si amicitiam cum Mamertinis iungerent: quorum exemplo stimolata, et ope adiuta Romanorum legio fuerat in scelere concipiendo patrandoque. Poterant etiam Rhegini dicere, beneficium redditae patriae eosdem, qui dederant, corrumpere, si perfidos latrones, adeo praesertim sibi vicinos Romani fouerent. Si quis malit ad verbum πεποιηκόσι referre, ita erit vertendum: Repente Mamertinis, qui familia patraſſent non solum erga Messaniorum urbem, sed etiam Rheginorum, ire auxiliatum: id vero cum eo delicto coniunctum erat,



erat, quod excusari difficulter possit. Hanc interpretationem confirmant ista e libro tertio verba de Mamertinis: οἱ τινες ἔ μόνον τὴν Μεσσηνίων πόλιν, ἀλλὰ καὶ τὴν Ῥηγίων παρεσπόνδησαν.

Ibid. ἔ μόνον κατὰ τὴν Λιβύην.) Expunge voculam κατὰ, quae et Hellenismum et rei veritatem corrumpit.

Ibid. Καρχηδονίης οἶονεὶ γεφυρῶσαι τὴν εἰς Ἰταλίαν αὐτοῖς διάβασιν.) Messanam appellat quasi pontem ad traiciendum e Sicilia in Italiam, quia est ad fretum sita: alibi solet eiusmodi loca ἐπιβάθρας nuncupare, quod idem est. vt de Abydo: Ἰνα, εἰάν πρόθηται διαβάνειν αὐτοῖς εἰς τὴν Ἀσίαν, ἐπιβάθραν ἔχει τὴν Ἀβυδον. vide fragmenta e Suida. Sic Diodorus ait, Lilybaeum Siciliae esse Carthaginensibus ἐπιβάθραν in eam insulam. In Plutarchi Demetrio Athenae dicuntur ἐπιβάθρα τῆς Ἑλλάδος.

I. II καὶ τὸ μὲν συνέδριον ἔδ' εἰς τέλος ἐκύρωσε τὴν γνώμην.) Raram et obseruandam rem narrat Polybius; populum sine patrum auctoritate, contra quam e Liuio ante diximus, societatem Mamertinorum probasse, ac ferendam illis opem sciuisse. Erant sane populi partes de pace, bello et societate statuere, vt libro sexto docemur: sed hoc non aliter, quam vbi patrum factum esset decretum, quod proprie auctoritas dicebatur. Verum ex hac et similibus historiis intelligimus, magistratus illos, quibus agendi cum populo ius fuit, vt legem aliquam rogarent, non semper consensum senatus exspectasse. Quum autem ferendae ad populum promulgationis ius haberent consul, praetor, dictator, magister equitum et interrex, legem istam videtur sciuisse populus interrogatus a praetore: nam subiicit statim Polybius, ἀφελείας προδήλας καὶ μεγάλας ὑποδεικνύντων τῶν στρατηγῶν. quae verba de eo magistratu accipienda, qui legem rogauit; sed appellatione στρατηγῶν auctor modo praetores designat, modo consules: quos aliquando στρατηγὸς ὑπάτας nominat. etiam Romani suos consules olim praetores vocabant.

Ibid. καὶ προσδεόμενος παντοδαπῆς ἐπανορθώσεως.) Multa quidem in singulis fere periodis Perottus perperam interpretatur: sed nihil potius, aut ineptius, aut e mente Polybii alienius, quam quum παντοδαπὴν ἐπανόρθωσιν hoc loco vertit: quiete aliqua egere. Graeci ἐπανορθῶσαι vel διορθῶσαι de procuratione commodorum rei familiaris, aut com-

meatum, vel etiam solutione stipendiorum solent vsurpare. libro xi. τὰ πάλαυ ὀφειλόμενα νῦν εἰ διορθῶσθαι. *debita olim stipendia non soluuntur.* sic libro v. αἴτιος τῆς τῶν ὀφωνίων διορθώσεως. ibidem αἴτιος βλάβης et διορθώσεως opponuntur, id est, *damni et emolumentum.* Legationum tmemate xcν. ἐνεργῶς κεχρημένος τοῖς κατὰ τῆς βασιλείας καιροῖς πρὸς τὴν βίαν ἐπανόρθωσιν, *ad rem faciendam et opes congregandas,* plane vt hoc loco. Sic in xiiii. Diodori τὴν ἐαυτῶν ἐπανορθώσουσα πέναν. Libanius declamatione xii. κἀμοὶ πρεσβεῖα τὴν ἐμὴν ἐπανόρθωσα πέναν. Iosephus eleganter in ii. ἡ σπάνις τῶν ἀναγκαίων σφύρα δυσκατόρθωτος. B. Chrysofostomus homilia in Ioannem l.vii. de largitione erga pauperes loquens, αὐτοῖς τὰ παρόντα ἐπανορθώσεις. *praesentem vitae statum mutabis in melius.* Porro de causis belli huius, et omnium Punicorum disseruimus accuratius ad libri iii. principium. Sequitur nunc

### VII. *Traiectionis prima Romanorum in Siciliam cum exercitu.*

Ibid. Κυρωθέντος δὲ τῷ δόγματι ὑπὸ τῷ δήμῳ, προχειρισάμενοι τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων στρατηγὸν Ἄππιον Κλαύδιον ἐξαπέσειλαν.) Hic est annus, in quo desinit praeparationis Polybianae pars prior, et posterior incipit. perducta enim narratio est ad traiectionem primam Romanorum extra Italiam, et belli Punici primi annum primum; quo creati sunt consules Ap. Claudius, C. F. Ap. N. Caudex, M. Fuluius, Q. F. M. N. Flaccus. Quod autem ait Polybius, confestim post receptos in societatem Mamertinos missum esse Appium Cos. Zonaras diserite negat, et moram satis magnam intercessisse affirmat: qui etiam in aliis partibus historiae huius abit a Polybio.

Ibid. Καρχηδόνιοι δὲ τὸν μὲν στρατηγὸν αὐτῶν ἀνεσαύρωσαν.) Hanno is fuit Hannibalis filius, vt scribit Diodorus. De huius supplicio Zonaras, οἱ Καρχηδόνιοι ἐκόλασαν μὲν τὸν Ἄννανα, κήρυκα δὲ τοῖς Ῥωμαίοις ἔπειψαν, τὴν τε Μεσσηνίαν ἐκλιπεῖν κελύοντες, καὶ ἐκ πάσης ἀπελθεῖν Σικελίας ἐν ἡμέρᾳ ῥητῆ καὶ στρατιὰν ἀποσάλλασι. vt hic narrat, videtur Hanno reuocatus Carthaginem supplicium ibi luisse: aut missos Carthagine, qui poenas ab eo exigent: nam copiae, quarum meminit, Carthagine ad supplementum exercitus submittebantur. ex Polybii verbis potius dicas, inibi in Sicilia a militibus

ffibus in crucem actum. Vtrumque per saepe olim ducibus Poenis legimus euenisse. Nam et publice damnati cruci affigebantur, si aut victi essent, aut etiam si prauo consilio, licet euentu prospero, rem gessissent, testibus Liuius libro xxxviii. et Valerius Maximus, libro ii. cap. vii. Et saepe milites Punicorum exercituum, postquam male pugnasent, indignationem suam ducum supplicio leuarunt: vt iterum hoc ipso bello factum in Hannibale, de quo noster pag. xxxiiv. et Florus e Liuii libro xvii.

Ibid. Αὐτοὶ δὲ τῇ μὲν ναυτικῇ δυνάμει περὶ Πελοποννήσου στρατοπεδεύσαντες.) Diodorus: Ποῦνι, inquit, τῇ ναυτικῇ κατέχου τὴν ἄκραν τὴν καλεσμένην Πελοποννήσου. est ad septemtrionem Messanae ad ipsum fretum.

Ibid. τῷ δὲ πεζῷ στρατεύματι περὶ τὰς Σῆνες καλεσμένας.) Nomen loci Messanae vicini, et, vt videtur, a Peloro non multum distantis. Sed Diodorus Eunus appellat non Senes. οἱ Καρχηδόνιοι τῇ πεζῇ στρατιᾷ παρενέβαλον εἰς τὰς καλεσμένας Εὐνεις. aliter Polybii omnes codices. neutrum nomen alibi legere memini. nam Εὐνίδα, siue Εὐνεΐδα, quo titulo fabulam docuit olim Cratinus, sacrorum citharoedorum genus apud Athenienses, non sunt ab hoc loco dicti, verum ab Euneo, de quo Eustathius. Perottus ne quaerendum haberet, vbi locorum hae Senes essent, Messanam substituit: audacia prorsus ridicula.

Ibid. κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τῆτον Ἰέρων υ.) Inhiabant Messanae pariter Hiero et Carthaginenses: quum neque hi neque ille capere urbem potuissent, foedus ineunt ad obsidendum oppidum communibus viribus. hoc primum foedus intercessit inter regem et Poenos: quod Diodorus significat fuisse ictum cum Hannibale, duce Poeno. Huic successit Hanno, qui cum Hierone foedus alterum icit aduersum Romanos, postquam Mamertini legatos Romam miserant. Lege Diodorum, Zonaram, et Pausaniam in ii. Eliacorum.

Ibid. καταστρατοπεδεύσας δὲ ἐκ Σατέρου μέρος περὶ τὸ Χαλκιδικὸν ὄρος καλεσμένον.) Diodorus: Ἰέρων μὲν ἐπὶ τῇ λόφῳ τῇ καλεσμένῃ Χαλκιδικῇ καταστρατοπέδευσεν. Quem Polybius montem vocat, Diodorus homo Siculus, collem. Polybii locum describit Stephanus de Urbibus, neque aliud nos docet, nisi montem Siciliae fuisse hoc nomine: verum, qui legerit attente verba Polybii, sciet, eum, siue montem, siue collem Messanae oppido a parte meridionali imminere. non



enim otiosa sunt illa, ἐκ ἑτέρου μέρους. intelligit autem latus oppositum septemtrionali, vbi est Pelorias.

Ibid. ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων Ἀππίος, νυκτὸς καὶ παραβόλῃς προαιθεὶς τοῖς πορθυμὸν ἤκεν εἰς τὴν Μασσηνήν.) Appius Claudius, quum Rhegium classem appulisset, nec posset copias in Siciliam transmittere, ipse conscensa nauicula fretum adhuc illa aetate monstris infame, et periculofillimum noctu admirabili prorsus audacia ingressus, Messanam traiecit. Aurelius victor de viris illustribus *Appius Claudius vidis Volsatentibus, cognomento Caudex dicitur, frater Caeci fuit. Consul ad Mamertinos liberandos missus est, quorum arcem Carthaginenses et Hiero rex Syracusanus obsidebant. Primo ad explorandos hostes fretum piscatoria naui traiecit, et cum duce Carthaginensium egit, et praesidium arce deduceret.* Zonaras non ipsum consulem Claudium traiecit scribit, sed eius legatum tribunum militum, C. Claudium, qui ἀκατῶ ἐμβὰς προσέχε Μασσηνήν. Sed ipsum fuisse consulem, qui tantum periculi adiuit, quid melius probauerit, quam partum eo facinore cognomen Caudicis? Romani nauiculas, quae per Tiberim commeatus subuehebant, caudicarias, siue codicarias vocabant, et caudicem vel codicem plurium tabularum contextum. Suetonius libro III, cap. II. *Claudius Caudex primus freto classe transiēdo Poenos Sicilia expulit.* Causam nominis paullo aliter explicat Seneca de breuitate vitae, capite XIII. Porro in Claudii audacia licet agnoscere Romani hominis ingenium, prorsus quale paullo post describitur a Polybio. nam quum imperatori sua salus vilis esse non debeat, consilium istud consulis nemo laudauerit nisi ex euentu: quod non est viri prudentis. Non tamen desunt similia exempla summorum etiam ducum et imperatorum, qui vt res hostium exploratius cognoscerent; ipsi speculatores egerunt, et praesentissimo periculo sese exposuerunt. vide, quae notamus libro X.

Ibid. ὁρῶν δὲ πανταχόθεν ἐνεργῶς προσποικίτας τὰς πολέμους.) Meus codex, et is quo olim vsus Guilielmus Xylander, προσρητηκότας. rectum est, quod edidimus: paullo post, πρὸς τὸν Ἀκράγαντα προσήρειαυ, et saepe alibi. προσερείθειν et συνερείθειν voces rei bellicae, inter illas referendae, quas habet hic nobilissimus scriptor sibi proprias aut certe plus quam aliis familiares. Suidas diligentissimus vocum Polybiana-

lybianarum obseruator, explicat προσηρειακότας τῶν τεύχει τὰς κρηφόρους μηχανάς. non addit Suidas nomen auctoris unde haec verba descripsit. sed Polybii illa esse liquido constat nobis: id enim duae voces arguunt προσηρειαίειν et σοά: de qua dicturi sumus hoc libro, ad cap. XLIIIX.

Ibid. ἄμυ μὲν αἰχρὰν, ἄμα δ' ἐπισφαλῆ γίνεσθαι τὴν πολιορκίαν αὐτῶν.) Ex his apparet, Appium Claudium, postquam semel urbem Messanam fuerat ingressus, ibi remansisse, et obsidionem vna cum Mamertinis aliquamdiu tolerasse. aliter historici alii.

Ibid. τὸ μὲν πρῶτον διεπρεσβεύετο πρὸς ἀμφοτέρους β.) Legationes simul misit ad Carthaginenses et regem Hieronem, de soluenda obsidione. Legatis vero mandauit, vt Hieronem priuatim conuenirent, eique confirmarent, nihil hostilis Appium contra ipsum cogitare: quin potius amicitiam illius expetere. hoc voluit Diodorus, cuius verba edita sunt admodum deprauate. Plenum prudentiae fuit hoc Appii consilium: qui eo pacto efficere voluit, ne cum duobus simul hostibus res esset. Consulis legationem aspernatum esse Hieronem, scribit Diodorus: quod et Polybii narrationi congruit. Apud Zonaram, ex auctoribus nescio quibus, omnia aliter narrantur.

Ibid. ἐτοίμως εἰς τὸν ἀγῶνα συγκαταβάντος αὐτῶν καὶ τῆτων Συρακυσίων βασιλέως.) Historiam primi huius aduentus Romanorum in Siciliam diuerse admodum narratam. inuenio. Nam vt alia taceam, de Hierone triplex est fama. Quidam pugnasse illum cum Appio, et superiorem e praelio discessisse: vt Philinus, quem paullo post eo nomine reprehendit Polybius. Quidam pugnasse quidem, sed infeliciter, et magna clade esse affectum: quae est Polybii sententia. Alii simulac Cos. in Siciliam copias traiecisset, Syracusas aufugisse: quod proditione Carthaginensium patuisse Romanis transitum suspicaretur: huius sententiae est Diodorus. Διαπεράσαντος, inquit, τῆς ὑπάτης εἰς Μεσσηνήην, ὁ Ἴέρων, νομίζων προδοθῆναι τὴν διάβασιν ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων, ἔφυγεν εἰς Συρακύσας. Romani scriptores Polybio assentiuntur. Florus libro II. cap. II. Appius Claudius fretum ingressus adeo non est exterritus, quin ipsam illam ruentis aestus violentiam pro munere amplecteretur: statim ac sine mora Hieronem Syracusanum regem tanta celeritate vicit, vt ipse ille se prius viduum, quam hostem videret, fateretur. Postrema verba per-

peram accepta sunt ab Orofio, quum verba Flori describe-  
ret libro iv. cap. vii. *Appius Claudius tam celeriter Syra-  
cusianos Poenosque superavit, ut ipse quoque rex verum ma-  
gnitudine perterritus ante se victum, quam congressum fuerit,  
prodiderit.* Putes quum ita legas Hieronem de rebus suis  
aliquos edidisse commentarios; in quos inciderit Orofius:  
sed non ita est: quin vir doctissimus male cepit verba Flori,  
quem describebat. Enimuero fateri se victum, quod ait  
Florus, est fugere, et alia usurpare, quae propria victis.

I. 12. *ὅττευσόμενος τι περί τῶν ὅλων πραγμάτων.*) Erunt  
qui postremam vocem e glossa additam putent. Nam Graeci,  
maxime noster, aliter loqui solent. vnde illa *σφάλλε-  
σθαι τοῖς ὅλοις καταπλήξασθαι τοῖς ὅλοις ἐντρέπεσθαι τοῖς ὅλοις  
καταμέλλειν ἐν τοῖς ὅλοις* et similia multa passim in his libris.  
sic apud Diodorum, *τοῖς ὅλοις προτερῆν*, in xvii. et paullo  
post, *τοῖς ὅλοις ἐλαττώσασθαι*. vbi perperam scribitur *τοῖς ὅλοις*.  
sed et vox *πράγματα* interdum adiicitur, vt libro iv. *τοῖς ὅ-  
λοις πράγμασι ἐυσταρεσόμενοι*. et *προσῆμαι τῶν ὅλων πραγμάτων*  
saepius. *τοῖς ὅλοις πράγμασιν ἀγνοεῖν*, legationum numero vi.  
Est autem *ὅττευσόμενος τι περί τῶν ὅλων πραγμάτων*, quod Latini  
dicunt, diffidere summae rei: cui contrarium est libro iii.  
*δυσταρεσθῆν ἄν τοῖς ὅλοις*.

Ibid. *συμβολῶν δὲ τοῖς ὑπεναντίοις ποῦ.*) De victis Poenis  
a Claudio Diodorus consentit cum Polybio. nam huc  
referenda illius verba, quae post expositam Hieronis fugam  
continenter subiicit: *Καρχηδονίων πολεμησάντων, καὶ ἡττη-  
θέντων: Poeni quoque pugna cum Romanis iniita, victi sunt.*  
*πολεμεῖν* hoc loco non est bellum gerere, sed pugnare. nam  
et *πόλεμος* saepe Diodoro pugnam significat et caedem, non  
bellum. libro iii. in descriptione navalis praelii: *πολύς ἐγένε-  
το πόλεμος, ἀπάντων ἀφειδᾶς τὰ σώματα τοῖς κινδύνοις ἐπιβρί-  
πτάντων. acriter pugnatum est, vel, multa caedes facta est.*  
libro xxiv. *παρ' ἀμφοτέρων πόλεμος ἐγένετο μέγας. κατὰ δὲ  
τῆτον τὸν πόλεμον ἀπέβαλον Καρχηδόνιοι ναῦς ριζ.* In ecloga  
viii. lib. xx. *Ἄνων πολεμήσας*, male interpres vertit *bel-  
lum persecutus*. imo vero *pugna iniita*, vt postea demonstra-  
bimus. Maccabaeorum libro primo, capite ix. *καὶ ἐγένετο ὁ  
πόλεμος συνημμένος ἀπὸ πρωῶθεν ἕως ἑσπέρας*. et cap. x.  
*συνῆψαν αἱ παρεμβολαὶ ἐς πόλεμον*. Differentiam *πόλεμος* et  
*μάχη* sic explicant eruditissimi Critici. *ἄλλο πόλεμος καὶ ἄλ-  
λο μάχη. πόλεμος μὲν ἢ πᾶσα διέξοδος τῶν ἀγόνων εἰς ἐν τελευ-  
τῶσιν*



τῶσα τέλος. μάχη δὲ ἢ ἐν ἐνὶ τόπῳ καὶ καιρῶν γινομένη συμπλοκὴ τῶν σωμάτων. hanc obseruationem veteres, vt ostendimus, aliquando non feruarunt; posteriores Graeci scriptores ferre numquam. In Leonis imp. constitutionibus *παλέμει καιρὸς* vel *ἡμέρα* et *μάχης καιρὸς* pro eodem ponuntur. ita apud alios. Sic *bellum* pro pugna saepius vsurpasse Hieronymum in vertendo Chronico Eusebiano obseruat Iosephus Scaliger. Sed et vetustiores Romanae linguae auctores ita locuti. Livius libro XXI. *acrius deinde obortum est bellum*. Libro XLI. *cetera deformis turbae, velut lixarum calorumque, praeda vere futura, si belli hostes meminissent*. sic apud poetam *μνήσασθαι μάχης καὶ δηϊότητος*, aut *θέριδος ἀλκῆς*. ita dicitur *locus belli*, hoc est pugnae. Latinus Pacatus in panegyrico Theodosii: *locum bello ante capere, speculatum egredi*. postea, *Vix fluvium manus inuidia transferat, iam locum belli tenebat*. etiam apud Caesarem *bellum gerere* pro pugnare. vt in primo de bello Gallico: *summa alacritas et cupiditas belli gerendi innata est*. mox, *seque esse ad bellum gerendum paratissimum confirmavit*. ceterum rei gestae cum Poenis post Hieronis fugam, pete e Zonara.

Ibid. λοιπὸν ἐπιπορευόμενος ἀδεῶς ἐπόρθει τήν τε τῶν Συρῶν.) Diodorus aliquanto aliter: Romanos cum Poenis quidem bene pugnasse: verum tentata mox Aegestae obsidione, irrito conatu mox Messanam sese recipere fuisse coactos. Philinus Agrigentinus eadem cum Polybio.

Ibid. ἄδενός ἀντιποιεμένε τῶν ὑπαιθρῶν.) Nulla fere vox Graeca est, cuius in re militari frequentior vsus sit, praesertim apud Polybium, quam ὑπαιθρα, cui Latina lingua quum nullam parem habeat, coacti sumus aliter atque aliter, pro loco, vertere. Proprium est Polybio, vocabula rei militaris et locutiones castrenses retinere; quas vt diligentius explicarem, impulit me cupiditas tironum studia adiuuandi. Proprie τὰ ὑπαιθρα opponuntur τοῖς σεγνοῖς siue σεγανοῖς, vt sunt σεγανοὶ πύργοι in tertia Thucydidis. sic scribit Xenophon in Oeconomico, ἢ δίδου τοῖς ἀνθρώποις, εἴχ' ὡσπερ τοῖς κτήνεσιν ἐστὶν ἐν ὑπαιθρῶ, ἀλλὰ σεγῶν δεῖται. M. Tullius eleganter etsi aliquanto liberius vertit, *cultus humanus, non uti feris in propatulo ac siluestribus locis, sed domi sub tecto accurandus erat*. ibidem αἱ ἐν ὑπαιθρῶ ἐργασίαι, quae fiunt foris et sub dio, eodem interprete. Interdum ὑπαιθρον de vita ciuili dicitur, cum opponitur umbraticae philosophorum.

rum. sic dixit Plutarchus in praeceptis politicis: ἐκ ἕχαις ἀνδρῶς Φιλοτόφῃ βίον ὑπαιθρον ἐν πράξεσι πολιτικαῖς κατανοῆσαι. hoc loco βίος ὑπαιθρος et vita politica, idem sunt: contra aliquando ἔπαιθρον et πολιτικὸν opponuntur. et vt politici muneris duae sunt partes, pax et bellum, ita in Plutarchi Catone dicuntur πράξεις aliae πολιτικαί, urbanae, aliae ὑπαιθροι, externae siue bellicae. In sexta Dionysii, πολιτικῇ εἴσει opponitur πόλεμος ὑπαιθρος, bellum quod cum externo hoste geritur. vbi ὑπαιθρος melius scribas: vt bis terve apud eundem alibi. nam etsi vtrumque est in vsu, interest tamen Atticismi, cuius est diligens obseruator Dionysius, ita potius scribi. Phrynichus: ὑπαιθρον μὴ λέγε, ἔπαιθρον δέ. Apud Diodorum et Dionysium saepe consul dicitur προάγειν εἰς τὴν ὑπαιθρον, quando ad bellum proficiscitur, et ita in expeditionem. Polybius L. x cap. 3. de Scipione prima stipendia merente, τότε πρῶτον εἰς ὑπαιθρον ἐξελκλυθείς. alibi noster ἐν ὑπαιθροῖς διατρίβειν, quando aliter Graeci θυραυλεῖν et ἀγρραυλεῖν. Horatius: vitamque sub dio, et trepidis agat in rebus: et saepe historici, castra habere sub diuo. Marcellinus more suo ἐλθνήζων dixit libro xix. subdiuiales moras tolerare, quod melior Latinitas, sub pellibus agere, vel militiae. Chrysologus sermone xiiii. Ecce tempus, quo miles procedit ad campum. hic campus est τὰ ὑπαιθρα, vel ἡ ὑπαιθρος et procedere ad campum est προάγειν εἰς τὴν ὑπαιθρον. intelligit auctor illud tempus, quo solitae suscipi expeditiones: de quo tempore alibi multa obseruamus. Interdum ὑπαιθραν appellatione bellum ipsum intelligitur, et quaecumque ad bellum pertinent. Ita accipiendum, quod ait noster libro sexto, ad consulis curam pertinere καθόλου τὴν ἐν ὑπαιθροῖς οἰκονομίαν, id est, rem omnem bellicam, et quaecumque militiae fiunt: habuit enim absolutissimum foris imperium consul: cui ibidem dicuntur omnes sine distinctione ὑποτάττεσθαι ἐν τοῖς ὑπαιθροῖς. administratio vero singularum rerum bellicarum ad Tribunos militum pertinuit, quos ideo noster ait eodem libro πάσης τῆς ἐν ὑπαιθροῖς χρείας προϊστασθαι. Sub finem secundae historiae dicitur Antigonus Gonatas praefuisse, κατὰ τὴν ἐν τοῖς ὑπαιθροῖς χρείαν, hoc est, vsu et scientia rei militaris, siue rei castrensis: nam vt apud Graecos ὑπαιθρων, sic apud Latinos castrorum appellatione res tota bellica intelligitur. Tibullus: Nam quis te maiora gerit castrisue foriue?

foriue? et apud Marcellinum *castrensis rei peritus*, et, *usu castrensis rei firmatus*, non solum eius partis, quae circa metationes castrorum versatur, sed in genere τῶν πολεμικῶν ἔμπειρος. Seneca: *castrensiū laborum tarda manūpretia*. Iccirco Latinus Pacatus inter munera castrensia haec quoque recenset: locum bello antecapere, speculatum egredi, in proelio primus ire, proelio postremus excedere. Alibi Polybio αἱ ἐν ὑπαίθροις χρεῖαι sunt, quae in xxviii. Marcellini dicuntur *necessaria ad expeditionales usus*. Graecus Caesaris interpres, quem nuper ab amplissimo senatore Parisiensi, Paulo Petauio, amico nostro acceptum, optimus et doctissimus iuuenis Gotofredus Iungermannus vulgavit, quod usum hunc vocis CASTRA parum obseruasset, non leuiter peccauit, quum ista e libro primo faceret Graeca: *timore paulatim etiam ii, qui magnum in castris usum habebant milites centurionesque, quiue equitatu praerant perturbabantur*. ita enim interpretatur: Φόβοις καὶ αὐτοὶ οἱ τῷ στρατοπέδῳ ἐν τοῖς στρατηγικωτάτοις ἀγόμενοι στρατιῶται τε καὶ χιλιάρχοι καὶ ἵππαρχοὶ ἐταράττοντο. putauit vocem *castris* in propria significatione accipiendam, quod est ineptum. melius ita vertisset: κατ' ὀλίγον δὲ καὶ οἱ μεγάλην ἐν τοῖς ὑπαίθροις χρεῖαν ἔχειν δοκῶντες στρατιῶται τε καὶ ταξίαρχοι (non autem χιλιάρχοι) καὶ ἵππαρχοὶ ἐταράττοντο. Interdum appellatio ὑπαίθρων aliter necessario capienda, et angustiore notione, idque multifariam et varie. Igitur ἀντιποιεῖσθαι τῶν ὑπαίθρων hoc loco aliisque multis apud Polybium, non est rei bellicae se applicare, aut expeditionem suscipere, priore illa vocis huius notione: sed de iis dicitur, qui hoste intra munitiones compulsio regionem obtinent et libere vagantur. paullo post: τὰς Καρχηδονίαις μετὰ τὴν μάχην εὐθὺς ἐκλιπόντας τὸν χάρακα, διελεῖν σφᾶς εἰς τὰς πόλεις, τῶν δ' ὑπαίθρων ἔδ' ἀντιποιεῖσθαι τολευῶν ἔτι. Poenos statim a pugna castris relictis per oppida sese diuisisse, ad obtinendam vero regionem, ne prodire quidem esse auios. Sic qui exercitum validiorem habent, ac praesertim, qui equitatu sunt meliores, ii passim Polybio dicuntur κρατεῖν τῶν ὑπαίθρων. apud nostrum saepissime; et in noua historia Dionysii παραχωρεῖν τῆς ὑπαίθρου. Liuius, *excedere agro, aut, munimento se defendere*. Dionysius in vii. καταπεφουγότας εἰς τὰ τεῖχη ἔπεισε προσελθεῖν εἰς ὑπαίθρον. apud eundem historiae Romanae patrem, *occurrere campo*. lib. xxv. et libro



libro xli. *passim compestres agros populari.* item, *quatere campos apud poetam, ad ἀντιποιήσιον τῶν ὑπαίθρων pertinent.* Tacitus historiarum lib. v. *Vespasianus intra duas aestates cuncta camporum, omnesque praeter Hierosolyma vrbes vitiorum exercitu tenebat.* ἐκράτει τῶν ὑπαίθρων καὶ πασῶν τῶν πόλεων πλὴν Ἱεροσολύμων. idem Annalium libro primo: *Germanicus cedentem in caua Arminium secutus, ubi primum copia fuit, inuehi equites, campumque, quem hostis infederat, eripi iubet.* ἐκέλευσε ἀντιποιεῖσθαι τῶν ὑπαίθρων, ὧν πρὶν οὐ πολέμοιο ἐκράτειν. In antiquis Francorum historiis *κρατεῖν τῶν ὑπαίθρων, est tenir les champs.* Caesar libro iii. Gallici belli; *Crassus ubi animaduertit suas copias propter exiguitatem non facile diduci, hostem et vagari et vias obsidere, et castris satis praesidiū relinquere.* libro vii. *equitibus imperat, ut quam latissime possent vagentur.* iterum; *equitum turmis imperat, paullo tumultuosius omnibus locis vagentur.* in his locis apud Caesarem *vagari est ἀντιποιεῖσθαι τῶν ὑπαίθρων, aut προνομεύειν,* quod illi est affine, licet non idem. Aliquando *μάχη ἐν ὑπαίθροις* opponitur urbium expugnationibus, et populationibus vastationibusque agrorum. libro v. *μάχεσθαι μὲν γὰρ πρὸς ἀλλήλους συνεχῶς ἐν τοῖς ὑπαίθροις. τὰς δὲ πόλεις σπανίως ἀναίρειν καὶ καταφθεῖρειν.* loquitur Polybius de antiquis Macedoniae regibus: quos ait acie quidem et patentibus campis dimicare saepe solitos: vrbes vero excindere nequaquam. Etiam apud Latinos expeditio interdum vitae urbanae opponitur, interdum angustius sonat. Vegetius libro iii. *Milites poena et timor in sedibus corrigant: in expeditionibus spes et praemia faciunt meliores.* hic in *sedibus* est ἐν τοῖς χαρακμάσιον, in castris vel praesidiis: in *expeditionibus, ἐν τοῖς ὑπαίθροις καὶ ἀγῶσι,* in dimicationibus praeliorum.

Ibid. τὸ δὲ τελευταῖον προσκαθίσας αὐτὰς ἐπεβάλετο πολιορκεῖν τὰς Συρακῆσας.) Auctor de viris illustribus. *Appius Claudius Hieronem praelio viduum apud Syracusas in deditioem accepit: qui eo periculo territus Romanorum amicitiam petiit: isque postea fidelissimus fuit.* quam falso haec scribantur, intelligat, qui Polybium, Diodorum et Zonaram consuluerit.

Ibid. Ἡ μὲν ἔν πρώτῃ Ῥωμαίων ἐκ τῆς Ἰταλίας διάβασις.) Epilogus partis prioris praeparationis. Docet quantae sit vtilitatis, haec esse praefatum, ad res Romanas probe intelligendas.

gendas. simul parem diligentiam in ceteris partibus suae vniuersalis historiae pollicetur.

Ibid. ἀπὸ ταύτης ἐποιησάμεθα τὴν ἐπίκασιν.) Aggressio-  
nem ad opus et inceptionem vocat ἐπίκασιν. sic L. II. cap. XL.  
ὕπολαυβάνω ῥάσην ἐμοί τ' ἂν γενέσθαι τὴν διήγησιν, καὶ τοῖς ἐν-  
τυγχάνουσιν εὐταρχολέσθαι τὴν μάθησιν, εἰ ποιησάμεθα τὴν  
ἐπίκασιν ἀπὸ τῶν τῶν καιρῶν. et L. V. cap. 31. αἰρέμενοι τὴν  
τοιαύτην ἐπίκασιν καὶ διαίρεσιν διηγήσεως.

Ibid. τοῖς μέλλουσι καὶ τὸ κεφάλαιον τῆς νῦν αὐτῶν ὑπερο-  
χῆς δεόντως συνόψεσθαι.) Explica ex istis e lib. v. cap. xxxii.  
πῶς οἶόν τε συγκεκρισάμεθα πράγματα δεόντως, μὴ συνανα-  
φέρουσα τὴν ἀρχὴν, πόθεν, ἢ πῶς, καὶ διὰ τί πρὸς τὰς ἐνστάσας  
ἀφίκοιτο πράξεις vide et libri tertii initium, et quae de Po-  
lybiana ratione historiae scribendae alibi differuimus.

Ibid. Διόπερ ἢ χρὴ θαυμάζειν ἔδ' ἐν τοῖς ἐξῆς, ἐάν τις προ-  
ανατρέχωμεν τοῖς χρόνοις.) Iam monuimus scribendum esse  
προανατρέχωμεν. Quod autem hoc loco pollicetur, vti  
modo dicebamus, infra praestat quoties est opportu-  
num. Vide exempli gratia libro II. in Sermone de  
Achaeis, et initio quarti de iisdem. confer etiam cum iis,  
quae dicuntur infra lib. v. cap. xxx. illo loco, ἡμεῖς δ' ἐπει-  
δὴ κατὰ τε τὴν τῶν χρόνων διαίρεσιν.

## APPARATVS PARS ALTERA.

I. 13. **A**ναμένεις δὲ τῶν λέγειν ὄρα περὶ τῶν προκειμένων.) Ha-  
ctenus ad praeparationem suam lectofi viam muni-  
vit Polybius: nunc ipsa restat, quam hinc aggreditur. So-  
let autem accuratissimus hic scriptor initio tractationis sum-  
mam et praecipua omnia capita figillatim recensere: cuius  
methodi vtilitatem explicat ipse libri III. principio. Hoc  
igitur loco declarat Polybius totius sui apparatus capita  
sex ista futura, de quibus sit deinceps dicturus. De bello  
Punico primo: de bello sociali Carthaginensium: de iis,  
quae propagandi imperii Punico causa egerunt in Hispania  
Amilcar, pater Hannibalis, et post eum Asdrubal eius ge-  
ner: de primo Romanorum transitu in Illyricum, et illas  
Europae oras: de bello Romanorum cum Gallis, qui Cis-  
alpinam Galliam in Italia tenebant: de rebus Graecorum  
et bello Cleomenico. Istorum sex capitum duo prima, hoc  
libro

libro continentur, reliqua secundo. Incipit praeparatio in anno primo Olympiadis cxxix. Urbis conditae cxxc. perducitur ad annum vltimum Olympiadis cxxxix. Romae dxxxiii. Medium tempus Olympiades xi anni xliiv.

### I. *Bellum Punicum primum,*

Quod quidem bellum Polybius et non nulli alii Graeci non aliter nisi bellum Siculum nominant, quia causa et materia illius fuit Sicilia. Infra hoc libro: ὁ μὲν ἂν Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις συστάς περὶ Σικελίας πόλεμος ἐπὶ τοιούτοις καὶ τοιοῦτον ἔχε τὸ τέλος. libro viii. παραπλήτεια δὲ τήτε καὶ Γνωῖος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς ἔταθε κατὰ τὸν Σικελικὸν πόλεμον.

Ibid. βραχὺ δ' ἐπιμελίστερον περατόμεθα διελθεῖν ὑπὲρ τῆ πρ.) Duas causas assert, cur de bello Punico primo paullo sit acturus accuratius. prior, ipsius belli magnitudo: posterior, studium veritatis, quam priores eius belli scriptores non seruarunt. Tertiam paullo post adiicit, vt doceat, quando et quomodo Romani rei maritimae studium suum applicuerint.

Ibid. ἔτε γὰρ πολυχρονιώτερον τήτε πόλεμον εὔρειν ῥᾶδιον.) Intellige de bello continuo, quod sine interuentu vllarum induciarum sit gestum. cum hac exceptione verissimum erit, quod Polybius affirmat, non esse facile inuenire bellum aliquod diuturnius primo Punico, quod per annos ipsos quatuor et viginti sine vlla remissione, nedum intermissione gestum. Nam bellum Peloponnesiacum fuit illud quidem, vt scribit Xenophon lib. ii. Graecae historiae, mensium sex, supra annos octo et viginti: sed quod decennio exacto omissum est factis induciis in annos quinquaginta. Melle-niacum bellum secundum annorum fuit non amplius viginti. de Punico primo iterum Polybius in clausula narrationis, qua illud exposuit, πόλεμος ἂν ἡμεῖς ἴμεν ἀκοῇ μαθόντες πολυχρονιώτατος, καὶ συνεχέστατος, καὶ μέγιστος.

Ibid. ἔτε παρασκευὰς ὀλοχερεστέρας, ἔτε συνεχεστέρας πράξεις.) Nihil fere eorum praetermittit accuratissimus scriptor, quae ad belli alicuius magnitudinem declarandam possunt asserri. πράξεων appellatione intelliguntur omnes molitiones bellicae certa animi destinatione susceptae, vt vrbium oppugnationes, defensiones aut alia id genus. quid differant πράξεις et περιπέτεια discant tyrones e libro nono.



Ibid. αὐτά τε τὰ πολιτεύματα κατ' ἐπέινε τὰς κειρὲς, ἀκμήν ἀνέροιαν μὲν ἦν τοῖς ἐθισμοῖς, μέτρια καὶ ταῖς τύχαις.) Imo vero diuersa erant conditione duae illae respublicae. nam Romanae quidem flos et ἀκμή tunc temporis incipiebat: Carthaginensibus vero imminebat ἡ παρακμή, et paulatim gliscebatur morum mutatio, et ingeniorum, atque omnium rerum. Vide Polybium libro VI.

I. 14. τὰς εὐπειρότατα δοκῶντας γράφειν ὑπὲρ αὐτῶ Φιλῶν καὶ Φάβιον.) Philinus historicus, a quo bellum Punicum primum fuerat conscriptum, Siculus fuit, domo Agrigentinus, temporum illorum aequalis. Auctor Diodorus libro XXIII. meminit et libro XXIV. Erat eo tempore Agrigentum prouinciae Poenorum in Sicilia caput. Quum igitur Romani eam urbem longa obsidione vix tandem expugnaerint, et ciues Agrigentinos durissime tractauerint, vt postea dicturi sumus, nemo mirari debet, Philinum causae pop. Rom. in suis commentariis minus aequum fuisse. Naturae lex est: cui dolet, meminit. De Q. Fabio Pictore, antiquissimo Romanorum historicorum, vide libro III. Fabii huius noster saepius meminit: Philini bis, hoc loco et iterum libro III.

Ibid. ἐκόντας μὲν ἐν ἐψεῦθαι τὰς ἀνδρας ἔχ ὑπολαμβάνω.) Libro XII. docet Polybius, in ferenda de historiae scriptoribus sententia meminisse nos debere, mendaciorum duo esse genera: nam alios κατὰ προαίρεσιν, et certa animi destinatione falsa scribere ac mentiri: alios κατ' ἀγνοίαν, quia veritatem ignorent, magis falsa dicere, quam mentiri: his non esse denegandam veniam: illos odio sempiterno esse prosequendos. Hic igitur Philinum et Fabium, qui multa falsa scripserant in suis historiis, ea ratione excusat Polybius, quod non ἐκόντες, sed inuiti falsa pro veris essent amplexi, amorem enim patriae aciem oculorum illis praestrinxisse, et effecisse, vt de rebus gestis non ex vero iudicarent. ceterum haec excusatio parum idonea est. nam species quidem est τῆ ἀνεπίεστος et inuoluntarii τὸ δι' ἀγνοίαν, peccare per ignorantiam: sed neque omnis ignorantia excusat: neque idem est peccare propter ignorantiam, et ignorantem: quod Philino et Fabio accidit, qui non sine graui culpa parum sibi a falso cauerunt. Vide, quae disputat philosophus Nicomach. lib. II. cap. I. et lib. V. cap. VIII.

Ibid. σοχαζόμενος ἐπὶ τῷ βίῳ καὶ τῆς αἰρέσεως αὐτῷ.) Omne studium, quod semel amplexi firmiter deinceps tenemus, Graeci αἰρέσιν, Latini sectam vocant. hic Polybius αἰρέσιν appellat, ut ex sequentibus verbis apparet, amorem erga patriam, et inclinationem ad omnia illius facta approbanda. De Philino nihil habemus dicere. Fabium senatorem gravem accepimus, et cum laude sua in publicis negotiis semper esse versatum.

Ibid. δοκῆσι δέ μοι πεπουθέναι τι παραπλήσιον τοῖς ἐρώσι.) Hoc est, corruptum amere patriae iudicium adhibuisse ad res utrimque gestas aestimandas. Plato libro v. legum: τυφλῶται περὶ τὸ φιλούμενον ὁ φιλῶν. ὥστε τὰ εἰκαῖα καὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κατὰ κακῶς κρίνει.

Ibid. διὰ γὰρ τὴν αἰρέσιν καὶ τὴν ἕλην εὐσίαν ) Libro iv. de Philippo, qui ad quotidiana Apellis delicta sponte conueniebat, quia summam consiliorum eius probabat. cap. LXXXVI. τῆ γε μὴν ὀλοχερεῖ προκατεχόμενος ἀποδοχῇ, πολλὰ παρορῶν ἠναγκάζετο τῶν ὑπ' αὐτῷ γινομένων.

Ibid. ἐν μὲν ἔν τῷ λοιπῷ βίῳ τὴν τοιαύτην ἐπιείκειαν ἴσως ἢχ' ἄν τις ἐκβάλοι.) A proposito aliquantulum digreditur hic Polybius: ut doceat veritatem in historia rebus omnibus esse anteponendam. Non repetemus, quae hac de re luculente alibi notamus. Conferendus autem est hic locus cum iis, quae super eadem re libro xii. differuntur. Ceterum voces ἐπιείκεια et ἐπεικῆς multifariam apud Graecos accipiuntur. Critici veteres obseruant, non alia notione vocabulum ἐπεικῆς poetae fuisse notum, quam pro decente et conueniente. tum deducitur ab εἶκω, similis sum, quare ὡς ἐπεικῆς, Homero est, quod aliis Graecis, ὡς εἰκός. Apud recentiores Homero scriptores ἐπιείκεια est animi affectio contraria τῇ αὐθαδεῖα καὶ τῇ ἀκριβοδικαιοσύνη. per has sunt homines pertinaces, duri et cedere nescii, quum ὁ ἐπεικῆς rigide tendere contra nesciat, et suo iure facilis sit cedere. ideo dicit philosophus τὸν ἐπεικῆν esse ἐλαττωτικόν, et συγγνωμονικόν, ita comparatum, ut de suo sibi deesse aliquid non aegre patitur; et offensae veniam facile tribuat. nimirum ab εἶκω, quod est cedo, dicitur haec ἐπ.είκεια. Galenus tertio commentario in Προρρητικόν Coi senis scribit, illum dici sibi ἐπεικῆν, qui in omnibus vitae partibus obseruat verbum vetus, ne quid nimis. ἄνθρωπον, inquit, ἐπεικῆν καλεῖμεν τὸν μέτριον, ὃ μὴδὲν ἄγαν πράττεσθαι κατὰ τὸν βίον. hoc sensu

sensu ἐπιεικῆ appellamus omnia mediocria, et neque parua, neque magna nimis. quomodo potest accipi apud poetam contra veterum criticorum obseruationem hoc loco ex Iliade ψ'. Τύμβον δ' εἰ μάλ' ἀπολλύειν ἐγὼ πονέεσθαι ἄνωγα, Ἄλλ' ἐπιεικέα τοῖον. Eustrathius Aristotelis interpres ad primum Nicomacheorum obseruat, ἐπιείκειαν dici quamdam virtutem vitiosae Φιλαυτίας eorum oppositam, qui de se et sua praesstantia nemini credunt nisi sibi: quum contra ἐπιεικῆς ea sit moderatione, vt tum demum sua illi placere incipiant, quando bonis viris illa scit probari. ζήτησιν, inquit, οἱ χαριέντες τὴν πίσιν τῆς αὐτῶν ἀγαθότητος ἄλλοθεν. διότι καὶ τῆτο εἶδος ἀρετῆς ἐστὶ, καὶ καλεῖται ἐπιείκεια. λέγω δὲ τὸ μὴ τῆ αὐτῶν ἀρκεῖσθαι κρίσει περὶ ἐαυτῶν, ἵνα μὴ ἴσως Φιλαυτήσαντες ἐκ ἐπιτεύξωνται τῆς ὀρθότητος. Interdum ἐπιείκεια idem est, atque benignitas et clementia: vt quum Diodorus appellat ὑπερβολὴν ἐπιεικείας illam humanitatem, qua vsus Alexander erga matrem Darii et vxorem captiuas. Aliter paulo hic sumit Polybius, pro bonitate quadam naturae, quae nos ita amicis nostris adiungit, vt omnia illorum facta et dicta in meliorem partem accipiamus; probemus, quae illis placent, improbemus, quae displicent: contra quam ἀνδραγαθοὶ homines faciant. Hanc igitur animi affectionem in cetera vita non aspernandam, ait Polybius: in scribenda vero historia, vel maxime. Est enim historia testis incorruptus virtutis aut vitii vnus cuiusque: et historicus, quasi iudex meritorum. ponit autem personam amici, quisquis induit iudicis. Dionysius Halicarnassens, qui in scriptore historiarum desiderat διάθεσιν ἐπιεικῆ, non repugnat Polybio, si recte interpreteris. Vult enim Dionysius boni viri in scribenda historia officium esse, praeclara facta virorum ita narrare, vt fauere ipsum virtutibus appareat, et libenter talia commemorare. haec est ἐπιείκεια, quam ille in historia requirit, cui opponit πικρίαν, et asperitatem, siue animaduertentiam, quando delicta insignium virorum lubentes memoriae prodimus, recte facta aut dissimulamus, aut si narramus quasi inuiti. Locus est in epistola ad Pompeium, vbi de Herodoto et Thucydide sic scribit. Ἡ Ἡροδοτὸς διάθεσις ἐν ἅπασιν ἐπιεικῆς, καὶ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς συνηδομένη, τοῖς δὲ κακοῖς συναλγῆσα. ἡ δὲ Θεκυδίδου διάθεσις ἀνδραγαθὸς τις καὶ πικρὰ, καὶ τῆ πατρίδι τῆς Φυγῆς μνησιμακῆσα. τὰ μὲν γὰρ ἀμαρτήματα ἐπεξέρχεται καὶ μάλ' ἀκριβῶς, τῶν δὲ κατὰ νῦν



κεχωρηκότων καθάπαξ ἢ μέμνηται, ἢ ὡσπερ ἠναγκασιμένως. Hoc illud est vitium, quod noster libro xii. in Timaeo reprehendit, quem ait ἐσκοτίθαι ὑπὸ τῆς ἰδίας πικρίας. Adeo res maxime contrariae amor et odium, eosdem tamen effectus edunt.

Ibid. Φιλόφιλον δεῖ εἶναι τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα.) Aristoteles Nicomacheorum lib. viii. capite primo, probat amicitiam esse non solum rem necessariam, sed etiam honestam, quoniam inquit τὰς Φιλοφίλιας ἐπαινεῖ μὲν, ἢ τε Φιλοφιλία δοκεῖ τῶν καλῶν ἐν τι εἶναι Auctor libelli de virtutibus et vitiis, libertatis comites et quasi affeclas virtutes esse ait istas: sequax ingenium et quod facile se duci sinat, humanitatem, misericordiam, studium amicitiae et elegantiam. Ait enim: ἀκολοθεῖ τῇ ἐλευθεριότητι, τῇ ἡθικῇ ὑγρότητι καὶ εὐαγωγίᾳ, καὶ Φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὸ εἶναι ἐλεητικὸν, καὶ Φιλόφιλον, καὶ Φιλόξενον, καὶ Φιλόκαλον.

Ibid. ὅταν δὲ τὸ τῆς ἰσορίας ἡθικῶς ἀναλαμβάνη τις, ἐπιλαθέσθαι χρὴ πάντων τῶν τοιούτων.) Aurea sunt Luciani verba in libello de officio historici. ἔγω μοι ὁ συγγραφεὺς ἄφοβος, ἀδέκατος, ἐλεύθερος, παρρησίας καὶ ἀληθείας φίλος. et statim, ἔγω ξένος ἐν τοῖς βιβλίοις, ἄπολις, αὐτόνομος, ἀβασιλευτος.

Ibid. καὶ πολλὰ μὲν εὐλογεῖν καὶ κοσμεῖν τοῖς μεγίστοις ἐπαινοῖς τὰς ἐχθρὰς, ὅταν αἱ πράξεις ἀπαιτῶσι τῆτο.) Libro xvi. postquam Philippum Macedonem egregia laude affecisset, quem saepe dixerat in praecedentibus principem fuisse omni impietate et scelere contaminatissimum, addit τούτῃ χάριν ἐν ἀρχαῖς τῆς πραγματείας διεσειλάμην, Φήσας ἀναγκαῖον εἶναι, ποτὲ μὲν εὐλογεῖν, ποτὲ δὲ ψέγειν τὰς αὐτὰς. et eius necessitatis causam ibi affert grauissimam et verissimam. locum vide. Libro autem xii. exemplo Agathoclis crudelissimi Tyrannorum docet Polybius, nullum esse tantae immanitatis tyrannum, qui non aliqua interdum facinora edat laude digna vel maxima.

Ibid. ὅταν αἱ πράξεις ἀπαιτῶσι τῆτο.) Hoc est, si ita fides ducat, vt iure non dissimili loquitur Plinius initio libri quinti epistolarum.

Ibid. πολλὰ μὲν δὲ ἐλέγχειν καὶ ψέγειν ἐπονειδίστως τὰς ἀναγκαιοτάτας.) Exemplum habemus huius praeccepti insigne, legationum praemate xi. vbi Polybius errorem pene ridiculum Philopoemenis et Lycortae parentis sui in grauissimo negotio admissum, non secus narrat, ac si de personis loqueretur penitus sibi incognitis. Iam de Arato, cuius erat

erat apud omnes Achaeos sancta memoria, quam grauem et liberam sententiam proferat, licet videre initio libri quarti.

Ibid. ὡςπερ γὰρ ζῶον τῶν ὄψεων ἀΦαιρεθεισῶν ἀχρεϊῦται τὸ ὄλον.) Laudatur infra hic locus libro XII.

Ibid. ἔτιως ἐκ τῆς ἱστορίας ἀκυρεθείσης τῆς ἀληθείας.) Sic omnino est. tolle ex historia veritatem, sustuleris omnem illius usum et vtilitatem. Verissime Lucianus, in tradendis legitimae historiae legibus: ἐν ἔργον ἱστορίας καὶ τέλος τὸ χρῆσιμον, ὅπερ ἐκ τῆ ἀληθείας μόνον συναγεται.

Ibid. ἔτ' εὐσοχεῖν αἰεὶ δυνατὸν, ἔθ' ἀυαρτάνειν συνεχῶς εἰκός.) Rationem pete ex epistola Isidori Pelusiotae CVI. libri IV.

Ibid. καὶ διαλήψεις.) Solet Polybius διάληψιν appellare, quam vulgo alii auctores ὑπόληψιν, certam opinionem de aliquo conceptam. Iustinianus Nouella CXXIII. ὃν πάντες οἱ μοναχοὶ, ἢ οἱ καλλίονος ὑπολήψεως ὄντες ἐπιλέξωνται, quem omnes monachi, vel, qui melius inter illos audient, constituerint. Galli dicerent, *ceux de meilleure reputation.* et Nouella XC. testes εὐυπολήπτες idem appellat integrae famaе. Vocem διάληψις, vt Polybianam annotat et explicat pluribus Suidas.

I. 15. λαβόντες δὲ πολλὰς πληγὰς ἐπανελθεῖν εἰς τὴν Μεσσηνίην.) Vera sunt, quae haecenus dixit Philinus: istud quam falsum, vt superior narratio Polybii ostendit. confirmat Diodorus, qui Hieronem statim, vt cognouit Romanos Mesfanam copias traiecisse, Syracusas aufugisse scribit. neque aliter Zonaras. vide supra.

Ibid. αὐτοὶ δὲ ἐπὶ τὰς Καρχηδονίους ἐκπορευθέντας, ἢ μόνον πληγὰς λαβεῖν ἀλλὰ καὶ ζ.) Istud quoque Philinus falso: nam victoriam eius conflictus penes Romanos stetisse et Polybius antea docuit, et nos aliorum auctorum testimoniis comprobauimus.

Ibid. τῆς πάσης ἀλογίας ἐστὶ πλήρη.) ἀλογία in eo est, quod victoribus Hieroni et Poenis, vt quidem iste narrabat, ea tribuit, quae vsurpari solent a victis. Nam intra munita se recipere, et locis apertis aut parum firmis excedere, non eorum est, qui vicerunt, sed eorum, qui graui clade accepta ad eiusmodi consilia necessario confugiunt. denique ἐκχωρεῖν τῶν ὑπαίθρων nemo rei bellicae peritus negauerit esse ἦττας, et traditae victoriae signum.

Ibid. καὶ διασολῆς ἢ προσδεῖται τὸ παράπαν.) Hoc loco *διασολή* est examinatio diligens ad falsitatem arguendam. alibi in bonam partem accipitur a nostro, vt de Scipione Africano: ἢ *χορὴ* θαυμάζειν, εἰ Φιλοτιμότερον ἐξηγήμεθα τὰ κατὰ τὸν Συμπύωνα, καὶ πᾶν τὸ ῥηθὲν ὑπ' αὐτῆ μετὰ διασολῆς ἐξαγγέλλομεν. *mirari nemo debet, si res Scipionis diligentiore studio narramus, et singula eius dicta cum obseruatione proferimus.* Hic *διασολή* est obseruatio, siue disputatio Polybii circa Scipionis dicta, causam et rationes, cur hoc aut illud vir tantus dixerit, explicans. Suidas exponit *διαχώρησις* et *ἐξοχή*, parum ex mente Polybii, qui omnem diligentem tractationem et veritatis inquisitionem, vocat *διασολήν*, vt libro III. ἐγὼ ἐπὶ πλείον διασολὴν πεποιήμαι περὶ τέτων. et ita saepe. Libro v. *διασολὰς* appellat idem disceptationem ad pacis condiciones statuendas cap. 37. ἔδωκεν αὐτὸν ὁ Νικαγόρας εἰς τὰς *διασολὰς*, καὶ τὰς ὑπὲρ τῶν πίψεων συνθήκας.

Ibid. ὡς δ' ἔτος Φησί καὶ τὴν Ἐχέτλαν.) Echetla oppidum fuit Siciliae munitissimum: quod quum Agathoclis milites occupassent, Xenodicus copiarum populi Agrigentini dux anno quarto Olympiadis cxxvii. vi expugnauit, et expulso praesidio Agathoclis, suas leges et libertatem Echetliaci restituit. auctor Diodorus lib. xx. In cuius potestate vrbs esset, quum Romani Echetlam ceperunt, neque ex Polybio discas, neque e Zonara.

Ibid. ἐν μέσῃ κειμένην τῇ τῶν Συρακουσίων καὶ Καρχηδονίων ἐπαρχίᾳ.) Mirum exstare hanc lectionem in omnibus membranarum regiis, Bauaricis, meis. Scribendum est ἐν μέσῳ (vel μέσῃ) κειμένην τῆς τε τῶν Συρ. καὶ Καρχ. ἐπαρχίας. Erat autem illa tempestate Poenorum dominatio in Sicilia amplissima. dimidiam enim totius insulae partem et eo amplius obtinebant. Pausanias Eliacorum lib. II. de Hierone et huius belli initiis loquens: Ῥωμαίων περὶ Σικελίας ἐς τὸν πρὸς Καρχηδονίας πόλεμον καταράντων, εἶχον Καρχηδόνιοι τῆς νήσου πλέον ἢ ἡμῖσι. Caput prouinciae Poenorum fuit Agrigentum, vt mox dicet Polybius. Ab hoc autem anno primo belli Punici cepit Sicilia trifariam diuidi, in regnum Hieronis: Imperium Punicum: Imperium Romanum. Liuius libro xxvii. et alibi.



II. *Annus alter belli Punici primi. Foedus cum Hierone rege.*

I. 16. Προσπεσόντων γὰρ εἰς τὴν Ῥώμην.) Hic demum incipit narratio τῆς Προκατασκευῆς. Est autem annus iste belli Punici primi secundus: nam primus antea expositus. προσπίπτειν pronunciarī vel afferri, vox seculi Polybiani. extat saepe in libris Maccabaicis. vide fragmenta ex Suida. Liuius alibi verti προσπεσόντος, quum fama accidisset. at Polybius interdum vocem γραμμάτων adiicit. libro II. προσπεσόντων παρὰ τῆς Τεύτας γραμμάτων. et libro V. cap. 61. προσπεσόντων παρὰ Θεοδότῃ γραμμάτων, ἐν οἷς αὐτὸν ἐνάλει.

Ibid. κατασήσαντες ὑπάτης Μάνιον Ὀκτακόλιον καὶ Μάνιον Οὐαλέριον.) Vtrique anni huius consuli praenomen fuisse M? siue Manio, cum vulgatis Polybii codicibus, regius et Bauaricus consentiunt. In aliis inuenimus Μάρκος utroque loco, perperam. Fasti Verrii Flacci sic: M? Valerius M. F. M. N. Maximus M? Octacilius C. F. M? N. Crassus. Scribe etiam Ὀκτακίλιος, vt cap. VI.

Ibid. ἔστι δὲ παρὰ Ῥωμαίοις τὰ πάντα τέτταρα στρατόπεδα Ῥωμαϊκά.) Mos hic fuit reip. Rom. antiquus et perpetuo seruatus, vt statim post creatos Coss. et praetores, de prouinciis eorum deliberatio proponeretur in senatu. Simul soliti statuere patres, quot legionibus resp. esset administranda sequente anno; id quod Liuius in historia singulorum annorum diligenter interdum annotat. vt libro XXVII. *Vna et viginti legionibus defensum imperium Romanum est.* initio XXX. *Viginti omnino legionibus et CLX. nauibus longis res Romana eo anno gesta.* libro sequente: *Sex legionibus Romanis eo anno vsa resp. erat.* lib. XXXIV. *placuit octo omnino legiones essent.* Vides pro conditione temporum alium atque alium fuisse legionum numerum. Polybius tamen, qui multis post annis scribebat, videtur dicere, quotannis quatuor dumtaxat legiones solitas conscribi. Sed loquitur auctor de antiquo pop. Rom. instituto, quod multo ante obtinuit, quam ex Italia pedem efferrent Romani. Solebant enim, si quod bellum esset gerendum, duas legiones vni consuli assignare: atque hic erat, quem vocabant consularē exercitum. sin bellum esset periculosius, et maioribus gerendum viribus, binae ambobus Coss. legiones tradebantur. Hae sunt quatuor legiones, quas hic ait Polybius et iterum libro III. pag. 264. et Flavius Vegetius libro III. cap. primo. Etsi autem maioribus copiis fuit Romanis



gnae. Quum enim ex disciplina tacticorum omnis exercitus diuidatur in βαρέα siue τάγματα, grauius armatos, et ψιλὰ ὄπλα leuam armaturam; in legionibus Romanis uiliter et leuiter armati paucissimi erant, grauius plurimique ac fere omnes. iam ipsum armorum et πανοπλίας Romanae pondus sane graue, maxime propter pilum et scutum, de quibus libro sexto. hinc passim apud Liuium, *graue agmen legionum*; et *grauitas armorum*, quum de legionariis Romanis loquitur. Sed et genus pugnae, qua plurimum vsae Romanae acies, habuit βάρος et pondus. Vt enim phalangis Macedonicae, sic et legionum pugna fuit stabilis, militibus et suo et armorum pondere in hostes incumbentibus. Graeci tactici et historici hoc dicunt τῶν βάρει τῆς συντάξεως, vel ὠθήσει μάχεσθαι, et ἐξωθεῖν τῶν βάρει. Latini *pondere pugnare*, item, *ala et umbonibus pulsare*: quo de genere pugnae multa alio loco sumus dicturi.

Ibid. ἐπικυδεδέρας εἶναι τὰς τῶν Ῥωμαίων ἐλπίδας.) Quibus res sunt in bello magis secundae, eos Polybius solet appellare ἐπικυδεδέρας, et eorum spes ἐπικυδεδέρας dicere: Proprie κῦδος gloriam significat: sed in his loquendi generibus fortuna melior intelligitur, non maior gloria. Infra hoc libro: δοκούντων δὲ τῶν Κερχηρονίων ἐπικυδεδέρας ἐλπίδας ἔχειν ἤδη κατὰ τὸν πόλεμον. Libro II. ἐπεὶ μικρὸν ἐπικυδεδέρας ἔχε τὰς ἐλπίδας ὑπὲρ τῆ μέλλοντος ἐν Κλεομένει. sic libri XVI. initio. Paullo aliter lib. V. ὁ δὲ Περιγένης ἐπικυδέτερος ὦν ταῖς ἐλπίσι κατὰ τὴν ναυμαχίαν. legationum tmemate CXLII. τὰς προγεγενημένας μάχας ἀμφιδηρίτως ποιῶντες, ἐν πάσαις ἐμφασιν ἀπέλιπον ὡς ἐπικυδεδέρων αὐτῶν γεγονότων. Polybium imitatus est Onofander cap. XXXIII. ἤδη γὰρ ἐπικυδέτερα τὰ τῶν Φίλων ὄντα ποτὲ στρατηγὸς ἀποθανῶν ἐμείωσε. saepe factum, ut res suorum, quae meliore loco erant, et uictoriae propiores imperator morte sua inclinaret, atque affligeret. nec multo aliter Xenophon libro V. Hellenicorum de Lacedaemoniis: quos ait per pacem, Antalcida legato factam, πολὺ ἐπικυδεδέρας γενέσθαι, hoc est, meliore fuisse conditione, quam ceteros Graecos, et ad maiorem fortunam adipiscendam plura praesidia habuisse. Nicetas Choniates libro II. κάλλιστον ἂν εἰλήφει τέλος τὰ τῆ ἀγῶνος τῆδε, καὶ Ῥωμαίοις πάντη κινδυντικά ἐγεγόνει.

Ibid. διὰ τὸ καὶ περὶ τὰ πρὸ τῆ διαβάντα στρατόπεδα πολλὰν εἵδειν γεγονέναι τῶν ἐπιτηδείων.) Nihil huius inuenio apud



alios praeter vnum Zonaram. Is auctor est Claudium Caudicem superioris anni consulem, quo minus Syracusas obsidione premere posset, commeatum rei que frumentariae inopia, et valetudine exercitus, quae fere inopiam sequitur, fuisse impeditum. τῆς δὲ πόλεως ῥαδίως ἀλῶναι μὴ δυναμένης, καὶ τῆς προσηδρίας ἀπόρη διὰ σπάνιον ἕσης σιτίων, καὶ διὰ νόσον τῆς στρατίας, ἀπάνεση.

Ibid. ποιησάμενοι δὲ συνθήκας, ἐφ' ἧ τὰ μὲν αἰχμαλ.) Primum hoc foedus est, quod Romani cum transmarino populo arma sua prius experto fecerunt. Foederum varia genera libro tertio accurate exponimus: de isto potest dubitari, ad quod genus pertineat. sed haec quoque dubitatio ibi est exposita. Ostendimus, neque ex aequo factum hoc foedus, ut inter pares bello solet: neque item eo modo, quasi victis leges dicerentur. mixti igitur generis esse; quemadmodum et contrahentium anceps quodammodo nec satis explorata fuit conditio. nam neque Romani pro victoribus, neque Hiero pro victo satis iustis de causis haberi potuerunt. Sane rex Hiero ad pacem hanc petendam non praelio victus animum applicuit: (etsi non desunt scriptores Latini, qui id perhibeant) sed animo. Quare verum in Hierone est compertum, quod docet Polybius libro tertio, eam pacem solere esse firmam, quam potentior inquit cum eo, qui certo apud animum suum statuat, impari se hosti suo esse: quod Polybius eo loco appellat ἡττῶσθαι ταῖς ψυχαῖς. Igitur Hiero homo singularis prudentiae, et politicus insignis, ubi primum animaduersis pop. Rom. viribus imbecillitatem virium suarum agnouit, et fecit statim pacem cum Romanis, et semel factam constantissime semper deinceps seruauit. Porro ubi aequo foedere fit conuentio, utraque ex parte condiciones proponuntur: ubi superior cum inferiore paciscitur, solent ut plurimum a parte dumtaxat altera condiciones fieri.

Ibid. ἐφ' ἧ τὰ μὲν αἰχμαλίωτα χωρὶς λύτρων ἀποδῶναι τὸν βασιλέα Ῥωμαίοις.) Duae condiciones hic proponuntur ab Hierone praestandae, ut sine pretio captiuos e Romano exercitu, qui penes ipsum fuerunt, reddat: et ut centum argenti talenta pendat. Tertiam conditionem adiicit Zonaras, ut vrbes Romanis restituat, quas illis eripuisset: easque condiciones ab ipso Hierone oblatas ait, non autem Romanos exegisse tamquam a victo. ὁ Ἰέρων, inquit, φοβηθείς

βηθεῖς διεκηρυκεύσατο σφίσι, τάς τε πόλεις ἃς ἐφήρητο ἀπαδιδέας, καὶ χρήματα ὑπιχνύμενος, καὶ τὰς αἰχμαλώτους ἐλευθερῶν. καὶ ἔτυχεν ἐπὶ τέτοις σπονδῶν. Apud Diodorum eadem conditiones duae: sed hoc notandum in eius narratione, non perpetuam pacem inter Rom. et Hieronem esse factam, verum ad tempus tantum, et spatium annorum xv. συνέθεντο εἰρήνην ἔτη ιε'. λαβόντες δραχμῶν ιε'. μυριάδας, καὶ τὰς αἰχμαλώτους ἀποδόντι.

Ibid. ἀργυρίας δὲ προθεῖναι τάλαντα τέτοις ἑκατόν.) Diodorus modo drachmarum millia centum et quinquaginta, hoc est, talenta viginti quinque. absurda summa, neque Romanae cupiditati et opibus regis Hieronis parum conueniens. Sed videtur scripsisse Diodorus δραχμῶν ἑ. μυριάδας, hoc est, quingenta millia drachmarum, quae summa ad Polybianam proxime accedit. nam centum talenta conficiunt drachmarum sexcenta millia, siue μυριάδας ξ'. quae vera fortasse est apud Diodorum lectio. Eutropius duplo maiorem summam facit; Hiero, inquit, cum omni nobilitate Syracusanorum pacem a Romanis impetrauit: deditque argenti ducenta talenta. idem numerus apud Paeanium et Orosium libro iv. cap. vii. eae sunt drachmarum μυριάδες ρι'. duodecies centena millia. Sed Orosius etiam in hoc a ceteris dissentit, quod tertio anno eius belli haec ait accidisse, non vt alii secundo. Porro quid vicissim Romani Hieroni promiserint hoc foedere, minus clare mox Polybius, perspicue vero Diodorus ostendit: cuius verba obiter illustrabo: sunt enim deprauata: Sic ille: κυριεύειν Συρακυσίοις καὶ τῶν ὑπ' αὐτῶν πόλεων, Ἀκρων, Λεοντίων, Μεγαρέων, Αἰλώρων, Νεαυτίων, Ταυρομενίων. initio deest aliquid. potest sententia integrari si scribas κυριεύειν ἔξιν. nempe συνέθεντο Ῥωμαῖοι Ἱέρωνι. Sensus: Romanos vicissim spondidisse Hieroni, se liberum illi imperium relicturos in Syracusanos et omnes ciuitates, quae Syracusanis solitae parere. Naeuius belli Punici lib. vii. de pace.

*Conuenit regnum simul atque locos vt haberet*

nempe Hieroni. In nominibus vrbium imperii Syracusani, quaedam sunt animaduertenda apud Diodorum. Ἀκρων perperam scribitur pro Ἀκρέων, vel Ἀκραιῶν, Acrenses Plinio. Acran habet Stephanus, a Syracusanis conditam. sed Ἀκρα legendum, non Ἀκρα, vel Ἀκραίας, vt male editur apud Ptole-

Ptolemaeum. Thucydides libro v. Ἐκράχθη καὶ Κόσμευται ὑπὸ Συρακυσίων ὡκίθησαν, et ita semper apud nobilissimum illum scriptorem. Ἀλλώρων pro Ἐλωριτῶν nisi fallor scriptum. Elorus, vrbs Siciliae, vt antea dicebamus, non obscura. *Aelori* in ea, quod sciam, nulli, τὸ Ἐθνικὸν etiam aliter formatur, vt in tertio contra Verrem, *Archonidas Elorinus*. Potest etiam legi Πατιωρικῶν. nam et Ptolemaeus in eo tractu Patiorum urbem commemorat. Corruptum etiam est vocabulum Νεατίνων: lego Νεκτίνων, Ptolemaeus: Νέκτον, Μεαῶ, Πατιώρος. Cicero libro quinto in Verrem, et Plinius Netinos vocant in hodiernis libris: ceteri, qui a Diodoro nominantur noti vulgo sunt.

Ibid. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἱέρων ὑποσείλας ἑαυτὸν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων σκέπην.) His verbis declarat Polybius, quod in conditionibus foederis modo praetermiserat, Romanos patrocinium regi Hieroni viissim promississe. ὑποσείλας ὑπὸ σκέπην proprie de eo dicitur, qui parieti se applicat, vel arbori ad suffugium imbris aut solis, vide, quae notamus libro iv. ad paginam 384. de verbo ὑποσείλας. Plutarchus in Themistocle ὑποτρέχειν pro eo dixit. Livijs umbram dicere solet, quod hic Polybius σκέπην, vt libro xxxii. quia sub umbra auxilii vestri latere volunt, in societatem vestram confugiunt. libro xxxiv. Erant autem eo tutiores, quod sub umbra Romanae amicitiae latebant.

Ibid. καὶ χορηγῶν αἰεὶ τῆτοις εἰς τὰ κατεπίγοντα τῶν πραγμάτων.) Livijs libro xxi. T. Sempronius Cos. Messanam venit, et fretum intranti rex Hiero classem ornatam obviam duxit: pollicitusque est, quo animo priore bello populum Romanum iuvenis adiunisset, eo senem adiuturum, frumenta vestimenta que se legionibus consulis, sociisque navalibus gratis praebiturum. Huius liberalitatis, siue officii Romanis ab Hierone praestiti plura exempla apud eundem Livijs ac Polybium commemorantur.

Ibid. ἀδελῶς ἐχρησάμευσε τῶν Συρακυσίων τὸν μετέπειτα χρόνον.) Auctor T. Livijs Hieronem postquam sub umbram se recepit Romanorum, quinquaginta annorum vitam feliciter egisse. lib. xxiv. Hieronis potius, quam Hieronymi auctoritatem sequendam in socijs legendis: et quinquaginta annis feliciter expertam amicitiam Romanorum, nunc incognitae Poenorum, quondam infideli praefendam. libro xxv. non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis, quam paucis  
his



*his annis maleficia eorum, qui Syracusas tenuerint, erga populum Romanum esse. Ex iis, quae ante diximus, satis constat Hieronem post impetratam a Romanis pacem, annos solum XLVIII. in viuis egisse, non L. Totum autem id spatium vixit ἀδεῶς, ait Polybius, id est, secure, quod ad seditiones ciuium et interna mala attinet. nam ab hoste externo non semper fuit securus. Ex historia Liuii XXI. apparet, regnum Hieronis et Syracusanam oram a classe Punica aliquando fuisse vastatam: eumque Romanorum opem implorare esse coactum.*

Ibid. *Φιλοσεφανῶν καὶ Φιλοδοξῶν εἰς τὰς Ἑλλάδας.)* Verba *Φιλοδοξῶν καὶ Φιλοσεφανῶν* cum effectu accipienda. non enim hoc solum Polybius vult, fuisse Hieronem gloriae studiosum, et coronarum Graecanicarum cupidum: sed illa fecisse eum, et iis studiis animum applicuisse, quibus dediti qui sunt, gloriam apud Graecos, et coronas velut honoris debiti testimonium soliti sunt consequi. Graeci eos, qui pro scopo vitae et actionum omnium suarum sibi proponunt honorem, *Φιλοτίμους* vocant et *Φιλοκάμους*; Aristoteles *πολιτικὸς χριέντας*. Sed quum varia sint instituta, quae gloriam concilient, Hiero per liberalitatem et magnificentiam ad laudem est grassatus. De magnifica illius liberalitate erga Romanos antea diximus, et multa Liuius commemorat. sed et ciuitates alias suis beneficiis demeruit, vt Rhodiorum, teste Polybio libro quinto. item reges, vt Ptolemaeum Aegypti, cui nauem admirabilem frumento plenam, quum eius inopia Aegyptus laboraret, dono misit. Idem rex Archimedi poetae epigramma, quod in nauem illam stupendam scripserat, mille modium tritici munere est profecutus, idque demum suis impensis in Piraeum curauit deuehendum. auctor Athenaeus libro v. obseruat. Philosophus in *iv. Nicomacheorum*, vere magnificos illis potissimum impensis delectari, quae ipso genere sint honorificae. eiusmodi autem esse donaria consecrata, aedeis sacras et sacrificia: aut quae ad deum honorem quouis modo referuntur, vel ad publicam ciuitatis gloriam. *ἔστι δὲ, ἰνquit, τῶν δαπανημάτων τῆς μεγαλοπρεπείας εἶδη λέγομεν τὰ τίμια, οἶον τὰ περὶ τῆς θεῆς ἀναθήματα καὶ κατασκευαί, καὶ θυσίαι δὲ, καὶ ὅσα περὶ πᾶν τὸ δαιμόνιον, καὶ ὅσα πρὸς τὸ κοινὸν εὐφιλοτίμητά ἐστι.* Hae magnifici hominis notae in Hieronem omnes competierunt. de quo Athenaeus *Ὁ δὲ Ἱέρων ὁ Συρακυσίων βασιλεὺς,*

σιλεύς, ὁ πάντα Ῥωμαίοις Φίλος ἐσπεύδακει μὲν περὶ ἱερῶν, καὶ  
 γυμνασίων κατασκευάς. ἦν δὲ καὶ περὶ ναυπηγίας Φιλότιμος,  
 πλοῖα σιτηγὰ κατασκευαζόμενος. Ex his intelligimus Polybii  
 mentem in his verbis: neque aliud Plutarchus in Marcello  
 voluit, quum hunc regem vitam ait egisse a bellis alienam  
 et panegyricam. τοῖς Ἀρχιμῆδος μηχανήμασιν, ait, αὐτὸς ἐκ  
 ἐχρήσατο, τῷ βίᾳ τὸ πλεῖστον ἀπόλεμον καὶ πανηγυρικὸν βιώσας.  
 Quum autem Hieron erga omne genus hominum, maxime  
 autem erga Romanos magnificus fuerit, quare Polybius illa  
 addidit, εἰς τὰς Ἑλλήνας? aut cur non potius dicit εἰς πάν-  
 τας τῆς ἀνθρώπων καὶ κοινῆ καὶ ἰδίᾳ? Ratio est, quia Graeci  
 homines, ceteros mortales pro barbaris habebant, neque  
 tanti faciebant, vt laudem apud illos consequi magni aesti-  
 marent. Propterea reges et dynastae, qui studio laudis du-  
 cebantur, ingentibus beneficiis famam inter Graecos parare  
 sibi soliti: eratque ea persuasio Graecorum, cuidam suae  
 gentis praerogatiuae hoc quasi tributum deberi ab omnibus  
 bonae et magnae famae cupidis. Vide, quae de ea re dif-  
 ferit noster libro v. cap. 90. Propterea rex Antigonus,  
 quum Demetrium filium classe magna instructum ad Grae-  
 ciae liberationem mitteret, ἔλεγεν, ait Plutarchus, τὴν ἐό-  
 ξαν ὡσπερ ἀπὸ σκοπῆς τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν οἰκουμένην πυρτεύε-  
 θαι. dicebat gloriam e Graecia velut e quadam specula in  
 uniuersum orbem lumen suum transmittere. Hinc istud lo-  
 quendi genus, et similia apud auctores multa, vt Φιλοτιμεί-  
 θαι εἰς τὰς Ἑλλήνας apud Plutarchum de Alexandro et Tito  
 Flaminio: et in septima historia Thucydidis: καλὸν σφί-  
 σιν εἰς τὰς Ἑλλήνας τὸ ἀγώνισμα φανεῖται.

Ibid. καὶ πλεῖστον χρόνον ἀτολελευκέναι τῆς βίης εὐβουλίας.)  
 Non semper euenit in vita humana, vt qui prudentissimi  
 vulgo censentur, iidem sint et fortunatissimi. nam et pru-  
 dentiam saepe appellamus mortales, quae recte aestimanti-  
 bus mera stultitia dici mereatur: et felicitatem diuino mu-  
 nere hominibus contingere, atque vt cum Aristotele dicam,  
 τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι θεόδοτον, vt meliores literas taceam,  
 humana quoque sapientia et quotidiana experientia docent.  
 Aeschyli diuinus versus est: Θεῶν δὲ δῶρόν ἐστιν εὐτυχεῖν βρο-  
 τές. Donum Dei est mortalibus felicitas. Propterea Polybius  
 hac nunc vtitur ἐπισάσει, obseruatque Hieronem vnum e  
 paucis fuisse, qui fructum suae prudentiae tulerit felicitatem  
 eamque valde diuturnam. Solet hoc quoque interdum  
 vsu-

vsuuenire, vt qui sapienter prudenterque vitam instituunt, his tranquilla, et pro sua sorte beata vita contingat. Icirco celebratur Heracliti vox, ἡθος ἀνθρώπων δαίμων, quae unicuique mortalium suos pro Genio mores affirmat esse. Latini sopheri hoc voluere, quum dixerunt, sapientem fingere ipsum fortunam sibi: et Fabrum esse suae quemque fortunae. Porro eius prudentiae et εὐβελίας, quam in Hierone commendat hic Polybius, multa simul data ab eo sunt argumenta, quum repudiata societate Carthaginensium, ad Romanorum amicitiam velut in tutissimum portum mature confugit. Illis temporibus, vt si vumquam alias, vigeat in populo Rom. virtus, integritas, et super omnia fides: apud Poenos contra dolus, perfidia et barbara quaedam crudelitas. Quod igitur post prima statim experimenta virtutis Romanorum, eos sibi praeoptarit Hiero amicos, quam Carthaginenses, quorum erat vetus in Sicilia, et tunc quoque amplissimum imperium; quanta in eo facto prudentia, quanta iudicii rectitudo? Iam quod integer potius, quam victus pacem fecit, et rationem, quam fortunam sequi maluit, quis negabit summae esse prudentiae? quod in vita difficillimum est, sciuit Hiero vinci. qua de re praeclare politicus noster philosophatur libro eodem, in belli huius Punici sine. Fides vera et constantia eiusdem in conseruanda pop. Rom. maiestate laudari satis pro merito non queat. quum praesertim ea mox et deinceps persaepe secuta sint tempora, quae eius constantiam eximie probarent. Quot et quantas clades populus Rom. bello Punico primo, et secundi initio sit perpeffus, nemo nescit. Solent aduersa hominum voluntates. et abdita mentium nudare. Hieronis propositum et constantiam in suscepta semel amicitia Romanorum, non Reguli calamitas, non Claudii naufragium, non Thrasymenus, non Trebia, postremo ne Cannensis quidem dies potuit labefactare. Mansit inconcussa illa fides, etiam tunc quum et in Italia et extra Italiam omnes pop. Rom. socii et amici ad Poenos fortunam secuti inclinabant. ne domus quidem Hieronis tota (verba sunt Liuii) ab defectione abstinuit. namque Gelo maximus stirpis contempta simul senectute patris, simul post Cannensem cladem, Romana societate ad Poenos defecit. Hiero tamen nihilo secius immotus stetit, ceu Marpesia quaedam cautes, eique etiam tunc fides constitit: quam etiam ad extremum vitae constantissime ser-  
 vauit.



vauit. Quemadmodum autem suae constantissimae fidei grande praemium tulit hic rex: sic nepos illius Hieronymus (nam Gelonem huius patrem inter initia nouorum confiliorum mors opportuna absumsit) imprudentiae et perfidiae erga Romanos poenas confestim luit grauissimas. breuissimo enim tempore et vitam simul et auitas opes amisit, qui quidem regnum potentissimum, Hieronis virtute partum, prudentia auctum et diutissime conseruatum, malis ipse consiliis intra annum vnum funditus euertit. Adi ad Livium libro xxiv. Tulit omnis aetas similia his in vtramque partem exempla veris politicis diligenter adnotanda, et maturo iudicio expendenda. Mihi vero videtur fortunae Hieronis nulla vnumquam fuisse similior, quam Massaniidae et Attali, qui aetate proxima vixerunt. vterque constantissima erga pop. Rom. fuit fide: vterque suis opibus simul prudenter, simul magnifice vtendo, effecit vt regno dignus videretur: vterque sub Rom. nominis vmbra diutinam tranquillitatem obtinuit. hoc vno vterque felicior Hierone, quod regnorum suorum possessionem ad stirpem alteram aut tertiam transmiserunt.

I. 17. λοιπὸν ἡκέτι πάσας ἔκρινον ἐξαποστέλλειν οἱ Ῥωμαῖοι τὰς δυνάμεις.) Obseruetur hoc loco prudentia Romanorum excellens: qui ne numerosiore, quam res desideraret, exercitum alerent, simul ac numerus hostium eis imminutus, etiam ipsi legionum numerum altera parte imminuunt. Rationem consilii mox subiicit Polybius, vt copiis, quae restarent in Sicilia, maior esset rerum necessariorum copia. Tenuerunt igitur institutum suum, de quo Vegetius libri III. initio. *Veteres, qui remedia difficultatum experimentis diaicerant, non tam numerosos, quam eruditos armis exercitus habere voluerunt.* Norant nempe Romani, quod docet idem alibi: *Sarpis, inquit, penuria quam pugna consumit exercitum, et ferro facior fames est.*

Ibid. δι' ἧς ἀντοφθαλμειν δυνήσονται τοῖς πολεμίοις.) Familiare verbum Polybio, ἀντοφθαλμειν: quod locutione proverbiali de iis vsurpatur, qui rem non parum difficilem, nec periculo carentem audent: quod poeta dixit, *τλήναι εἰς ὅπαι θέσθαι, iustinare aliquem rectis oculis intueri.* dicitur et de personis, et de rebus. Similis significatio verbo ἀντιλέπειν. inde illa prouerbialis item locutio ἀντιβλέπειν τῇ ἀληθείᾳ, *oculos contra veritatem attollere, siue palam veritati resistere.*

Isidorus

Isidorus Pelusiotes libro iv. epistola cccxv. εἰποῦν οἱ ἐχθροὶ τῇ ἀληθείᾳ ἀντιβλέψαι ἐκ ἐτόλησαν, τίς ὁ ἀπισήσων τοῖς ἡλίαις Φανερωτέροις πράγμασι. Synesius Peregrino, loquens de eo, qui magistratum emerit: ὡς ἐκ εἰκός γε αὐτὸν διαράμενον βλοσυροῖς ὀφθαλμοῖς ἀντιβλέψαι χρυσίῳ.

Ibid. διὸ καὶ ξενολογήσαντες ἐκ τῆς ἀντιπέρα χώρας.) *Ex oppositis trans mare regionibus.* Solent dici geographis ἀντιπέρα κείσθαι, quae non solum flumine medio aut mari dividuntur, sed etiam e regione sibi inuicem opponuntur, vt Rhegium et Messana, Sestus et Abydus, Rhium et Antirrhium. hoc pacto Carthagini opposita est Hetruria. sed Polybius hic latius accipit, et oram totam considerat, vniuersae Africae, non solum Carthagini aduersam, et vt Geographi loquuntur, ἀντιπαραινομένην.

Ibid. ὁρῶντες δὲ καὶ τὴν τῶν Ἀκρυγαντίνων πόλιν εὐφυσάτην Ἰσαν πρὸς τὰς παρασκευάς.) Agrigenti opportunitates discas ex eius situ, quem praeter Geographos fuscus persequitur noster inferius in fragmentis e libro nono. Polybius hic vocat βαρυτάτην πόλιν τῆς ἐπ. sic solitus appellare vrbes omnes, quae sunt suae prouinciae capita. Latini rarius urbem grauem dicunt.

Ibid. εἰς ταύτην συνήθροισαν τάς χορηγεῖα.) Melius scribetur τὰ χορήγια. nam aliud est χορηγεῖον, aliud χορήγιον, quod idem significat ac χορηγία. vtitur eo Polybius aliquoties. In fragmentis e Suida: μὴ οἶον κατὰ θάλατταν τὰς παρασκευὰς καὶ τὰ χορήγια παρακομίζεω στρατοπέδοις, μηδὲ ἐπὶ ὑποζυγίων, ἀλλ' ἐν πήραις δεχ' ἡμερῶν ἔχοντας ἐφόδια. Romani non solum apparatus et commeatus omnis generis mari legionibus subuehebant et opera iumentorum, sed ipsos etiam milites decem dierum cibaria in peris habere iubent. At χορηγεῖα sunt ipsa horrea, vbi condita militaria asseruabantur.

Ibid. ὀρμητήριον κρίνοντες χρῆσθαι ταύτῃ τῇ πόλει πρὸς τὸν πόλεμον.) Ὀρμητήριον Graecis est instrumentum motus, vt αἰσθητήριον instrumentum sensus. Barbari *sensorium* dicunt. Docent autem rationes physicae, motum omnem fieri incumbendo in partem, quae non mouetur: ἀδύνατον γὰρ κινεῖσθαι μηδενὸς ἠρεμῆντος, ait philosophus. semper igitur in corpore, quod mouetur, pars fit aliqua quiescens oportet, vnde exiit ὀρμητὴρ et principium motus, siue totum moueatur, siue pars. Aristotelis verba sunt in libro de motu animalium: ἐν αὐτῷ ἕκαστόν τι δεῖ ἔχειν ἠρεμῆν, ὅθεν ἢ ἀρχὴ τῷ κινημένῳ ἐστὶ,

καὶ πρὸς ὃ ἀπκρειδόμενον, καὶ ὅλον ἀθρόον κινηθήσεται, καὶ κατὰ μέρος. Plane haec faciunt ad vim declarandam et vsum eius, quod in re bellica appellant Graeci aptissimo vocabulo ὄρμητήριον. Etiam exercitus quoddam est corpus: et militaris expeditio motus est huius corporis. quemadmodum igitur in motu naturali opus est parte aliqua quiescente cui innititur illa, quae mouetur: sic profus in bellicis expeditionibus, quoties naturam ars et humana industria imitantur, loco est quodam opus tuto, securo et quieto, vnde miles in hostem proficiscatur. hoc est, quod Graeci ὄρμητήριον vocant. Latini modo *receptaculum*, modo *arcem*, aut *arcem belli*, modo *sedem*. Tacitus, *sedem bello*, Annalium lib. xiv. quod verbum est significantissimum, vt ostendimus, et conuenientissimum. Liuius libro xxiv. *ad oppugnandam Vticam omnes belli vires conuertit. eam deinde si cepisset, sedem ad cetera exsequenda habiturus*. Qui sciunt quare olim dixerit Archimedes, ὅς πῦρ τῷ καὶ τὰν γᾶν κινῶ, non ignorant, quam vim habeat vox *sedes* in huiusmodi re. Graeci etiam *πολεμητήριον* vocant. Polybius libro iv. pag.

καθόσον ἐπέκειτο τοῖς Ἀχαιοῖς τε καὶ τοῖς Ἀρκάσι καὶ πολεμητήριον ὑπήρχε τῆς Ἠλείας ἀσφαλές, κατὰ τοσούτο πάλιν κρατηθέν, ἤμελλε τῶν μὲν Ἀρκάδων προκειῖσθαι, κατὰ δὲ τῶν Ἠλείων ὄρμητήριον ὑπάρχειν τοῖς συμμαχοῖς εὐκαιρον. Locum hosti imminentem, et opportunum ad illi nocendum, cuiusmodi sunt, quae in muniendi arte vocantur ἐπιτειχίσματα, appellat *πολεμητήριον* et *ὄρμητήριον*, hoc est *sedem belli*, vnde excursionses fiunt in aduersarios. Loca eadem, quatenus tutam praestant nostram regionem ab repentinis incursionibus hostium, vocantur *προτειχίσματα* et *προπολεμητήρια*. Sic Diodorus in xiv. Rhegium ait esse *προπολεμητήριον τῆς Ἰταλίας*. Etiam in arte polioretica, moles illae et turres, quae in obsidionibus vrbiū exstruuntur, vt tela in obsessos e loco superiore mittantur, ὄρμητήρια dicuntur. Paraphrastes Graecus Nicomacheorum, quem praestantissimo viro Danieli Heinsio debemus, lib. v. cap. viii. ἀδὲ γὰρ τὸν στρατηγὸν ἐλεπόλεις κατασκευάζοντα πολλὰ καὶ ὄρμητήρια ἐν πολιορκίαις οἰκοδόμων ἐρῶμεν ἢ τέκτονα. Vsum et vtilitatem summam harum exstructionum ostendit doctor incomparabilis omnium, quae ad vsus bellicos pertinent, Iulius Caesar in secundo de bello civili, et Massiliae obsidione: *Est animaduertum ab legionariis, qui dextram partem operis administrabant ex crebris*



*crebris hostium eruptionibus, magno sibi esse praesidio posse, si pro castello ac receptaculo, turrim ex latere sub muro fecissent: quam primo ad repentinos incursum humilem paruaque fecerant: huc se referebant: hinc si qua maior oppresserat vis propugnabant, hinc ad repellendum et prosequendum hostem procurrebant.* praeclare ista explicant et vim vocis ὀρμητήριον et rem ipsam. Aeneas in libro de toleranda obfidione, multis verbis diligenter monet, ut loca illa, quae naturam eiusmodi habent, mature occupentur; et rationem hanc affert πρὸς τὸ μάχεσθαι πλεονεκτητικῶς, ut cum tuo commodo et hostis incommodo pugnare valeas, et ut statim subiicit, ἄρχειν τῆς μάχης ἐν τῶν χωρίων τέτων ὀρμώμενος. Hos et alios praeterea usus praestat ὀρμητήριον in obsidendis urbibus: plures et maiores, quod ad summam belli totius paretur, ut hoc loco Agrigentum. Vegetius libro III. cap. III. *Anteaquam inchoetur bellum, de copiis expensisque solers debet esse tractatus; ut pabula, frumentum, ceteraeque annonariae species, quas a provincialibus consuetudo deposcit, maturius exigantur, et in opportunis ad rem gerendam ac munitissimis locis amplior semper modus, quam sufficit aggregetur.* Graeci loca huiusmodi et belli sedes, unde moventur omnia, appellant etiam κέντρα, quasi dicas cardines in quibus rei totius summa vertitur. Iosephus libro Ἀλώσεως II. cap. XXVIII. ἡ Αἴγυπτος τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἐκ ἀδοξεί, καίτοι πηλίκον ἀποσάσεως κέντρον ἔχουσα τὴν Ἀλεξάνδρειαν; nam hoc vult, Aegyptum vel ea re ad rebellionem posse sollicitari, quod res novas moliens, Alexandriam habitura sit arcem belli atque sedem. Non multo aliter in disputatione de motu animalium, flexiones, unde existit motus principium, κέντρα philosopho appellantur. τὰ ζῶα, inquit, ὡς περ κέντρα χρωῶνται ταῖς καμπύλαις. Affine est κέντρον ῥοπῆς, siue βιρήσεως apud Archimedem, et eius interpretes. Porro vox ὀρμητήριον venuste per translationem de rebus aliis usurpatur. Sic Isidorus Pelus. IV. Epistolarum, in LXIV. dixit Christum, qui humanum genus restauravit, τὴν σάρκα ὀρμητήριον ἀρετῆς ἀποφῆναι, id est carnem, siue naturam hominum virtutis sedem aut arcem constituisse, unde tot piorum bonae actiones proficiscantur: epistola autem CXXXVII. quaerens, quinam illi sint violenti, quos ait Dominus rapere regnum coelorum: eos ait esse, qui corpus suum ieiuniis, temperantia et cetera omni virtute cum

quadam violentia domantes et legibus spiritus subiicientes reddiderint ipsum, εὐήνιον δὲ ὀρηκτῆριον ἀρετῆς. sic et epistola CLXIX. Philotheus Patriarcha in laudatione Basilii, Gregorii Naz. et Chrysostomi; loquens de duobus posterioribus, qui fuerunt Patriarchae Constantinop. καὶ δι' αὐτῆς, inquit, καὶ ἐξ αὐτῆς, ὡσπερ ἐξ ἀφ' ἑαυτῆς καὶ ἰερῶν τινοῦ ὀρηκτῆριον, τῶ θεῷ λόγῳ καὶ ταῖς διδασκαλίαις τὰ τῆς οἰκουμένης περιέλαβον πέρατα.

### III. Belli Punici primi annus tertius, et Agrigenti obsidium.

Ibid. Οἱ δὲ μετὰ τῆς καταστροφῆς Λεύκιος Ποσειδῆσιος καὶ Κόιντος Μάμιλιος.) Anni huius Cons. produntur in Fastis Verrii, siue Capitolinis, L. Postumius, L. F. L. N. Mogellus, Q. Mamilius, Q. F. M. N. Vitulus. Vtrique prouinciam Siciliam esse decretam, scribit Polybius: qui tamen paullo ante dixit, Romanos ad res in Sicilia gerendas, post datam Hieroni pacem, vnum tantum consularem exercitum, siue legiones duas decreuisse alere. Sed videntur patres sententiam mutasse, postquam illud accidit, quod in fine superioris anni scribit noster; Carthaginenses, vbi viderunt, Romanos res Siculas serio capessere, nouos delectus habuisse, et longe acrius in belli huius curam incubuisse. Hoc igitur anno vtrique consulum attributum fuisse consularem et iustum exercitum, vel eo potest intelligi, quod narrat Diodorus: cuius verba mox subiiciemus.

Ibid. Φέροντες δὲ παντὶ τῶ στρατεύματι πρὸς αὐτὸν τὸν Ἀκράγαντα προσήρισαν.) Diodorus de hac obsidione: Οἱ πολιορκῆντες Ἀκράγαντα τὴν πόλιν σὺν τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ ταφροποιῶντες, καὶ χάρακα βάλκοντες, δέκα μυριάδες ὑπῆρχον. Eruditus interpres ita hunc locum vertit: *Romanorum, qui Agrigentum obsederunt, fossisque factis vallum iecerunt, centum millia erant.* Cui persuaderi poterit, Romanorum in ea expeditione fuisse centum millia? Existimamus nos quidem cum duobus consulibus binos consulares exercitus adfuisse, eosque iustos ac plenos: sed in quatuor legionibus, etiam si auxilia numeres, plures non fuerunt milites illis vti que temporibus, quam octo et triginta millia, idque ad summum. At hoc Diodorus non dicit, verum istud potius: *Illi, qui Agrigentum cum Romanis obsidebant, fossas facientes et vallo oppidum cingentes, centum millia hominum erant.*

Vide

Vide quam diuersam sententiam aliud agens vir doctus optimo auctori affinxerit: nam Diodorus palam separat Romanum militem ab illa turba operarum. hi sunt, quos alibi *λειταργὰς* noster vocat, et *τὰς ἐκτὸς παρεπομένους*, vt libro 111. pag. cccxxiv. vide, quae ad librum sextum de toto hoc genere fuse differimus. Porro Agrigentum Poeni non multo aliter amiserunt, quam ceperant anno tertio, vel vt Xenophon auctor est, secundo Olympiadis xciii. obsidione septem mensium, quot et ista fuit. Lege primum *Ἑλληνικῶν*.

Ibid. *ἄρμηταν ἐκθυμότερον τῆ δέοντος οἱ στρατιῶται πρὸς τὸ σιτολογεῖν.*) Obseruetur hic primo Agrigentinarum, siue Poenorum, qui Agrigentum tenebant, peccatum. nam quum omnia conari prudentes debeant, vt sibi sufficiat victus, hostes frangat inopia, idque maximum sit in omni inceptione consilium, sicut scribit Vegetius, solent, qui ad tolerandam obsidionem se comparant, quo inimicis incommodent, si tempus fuerit messis, segetes metere et in vrbes congerere, aut si minus queant, vastare et perdere. neque hoc praeceptum omiserunt, qui rei bellicae obseruationes in artis formam redegerunt. In libello egregio de toleranda obsidione, cuius nomen regii codices non produnt, ita praecipitur. *Θερίζειν δὲ δεῖ καὶ τὰς χώρας, καὶ μὴ πρὸς θρισμὸν ἐφθασαν, καὶ προαφανίζειν πᾶσαν χρεῖαν πρὸς δύο ἢ τριῶν ἡμερῶν διαστήματα, ἢ μόνον θηρίων, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπων, ἵνα καὶ ἐν τῷ δουθυμῶσιν οἱ ἐχθροὶ, πόνον περὶ τὴν θάπανην ὑπομένοντες.* *Agros metere oportet, etiam si necdum eius maturitas fuerit. omnia item quorum aliquis potest esse usus, siue ad iumenta, siue etiam ad homines, ante hostis aduentum sunt perdenda et corrumpenda; vt etiam ea res aduerfariorum frangat animos, quum circa alimenta tantum fuerit illis laboris sustinendum.* Hoc igitur praeceptum quum non obseruassent Agrigentini, non defuerunt sibi Romani, quin stultitiam hostis in suum commodum verterent. Polybius breuiter hoc significat, quum ait Romanos, *quoniam ab initio diuturnam fore obsidionem apparebat, ad frumentandum animose se accinxisse.* Enimuero Romani milites rem prudenter prouisam imprudenter exsequuntur, vt exitus docuit, et Polybius obseruat, quum ait, prorupisse illos frumentatum *ἐκθυμότερον τῆ δέοντος*, cupidius, quam par erat: hoc est, non exacte servatis disciplinae militaris legibus, quae ad populationes et frumentationes pertinent. Eius rei praecepta vel ad nu-



merum frumentantium spectant, vel ad modum frumentandi. Quod ad numerum, est obseruare, Romanos duces, quando longius hostis aberat, neque vilius periculi erat suspicio, minus diligentiae ad hanc partem adhibuisse: vagari enim impune militibus etiam singulis permittebant, quod Liuius dicere solet *effusis populationibus peragrare fines*. Polybius τὰς προνοίας ἐπαυίοναι κατὰ τῆς χώρας, libro IV. pag.

At quoties metus aliquis erat ab hoste, modo manipulatim, siue turmatim, modo per cohortes militem frumentatum mittebant, aut etiam si quid grauius hoste vicino timeretur, legionem vnam integram pluresue, si res posceret, interdum copias totas sub signis ad has paruas expeditiones (ita vocat Liuius) vel mittebant, vel ipsi imperatores summi ducebant. Apud Liuium libro XXIII. Samnites ita loquuntur: *Magni auctores cum magistris equitum, bini consules cum binis exercitibus consularibus ingrediebantur fines nostros, ante explorato et subsidiis positis, et sub signis ad populandum ducebant: nunc prope vnius et parui ad tuendam Nolam praesidii praeda sumus. iam ne manipulatim quidem, sed latronum modo percursum totis sinibus nostris negligentius, quam si in Romano vagarentur agro.* Magnus Caesar consuetudinem sibi fuisse scribit, etiam quum nihil admodum timeretur, legionem vnam frumentatum mittere. libro IV. belli Gallici. *Dum ea geruntur legionem ex consuetudine vnam frumentatum misit, quae appellabatur Septima, nulla ad id tempus belli suspicione interposita; quum pars hominum (de Britannis loquitur) in castris remaneret, pars etiam in castra ventitaret.* Idem tamen alibi tres legiones a se missas commemorat. libro quinto. *Meridie, quum Caesar pabulandi causa tres legiones atque omnem equitatum cum C. Trebonio legato misisset.* Ceterum dubiis rebus Caesarem ipsum ire frumentatum non pigebat. Oppius, siue Hirtius de bello Africano: *Ruspini sarcinis exercitus relicto, ipse cum expedita manu proficiscitur circum villas frumentatum: oppidanisque imperat, ut plaustra iumentaue omnia sequantur.* paullo post: *Itaque sine mora nauibus eis in portum receptis, et aduictis militum equitumque copiis, rursus ad oppidum Ruspinam rediit; atque ibi castris constitutis ipse cum cohortibus expeditis xxx. frumentatum est profectus.* Quod ad rationem modumque frumentandi et pabulandi, omnia paucis Liuius complectitur, libro xxx. de nobili duce Romano scribens,

scribens. *Nihil Marcellus ita gerebat, ut aut fortunae aut temere hosti commissum dici posset: explorato cum firmisque praesidiis, tuto receptum, praedatum ierat.* Agathias scriptor elegans libro primo in huiusmodi expeditionibus ista praecepta docet obseruari solita a magnis ducibus. Primum est *Ξυντεταγμένως χωρεῖν*, ut non dissipatis, sed seruatis ordinibus et sub signis praedatum eatur. Alterum, *ἔ πόρρω τῆ μετρίας τὰς ἐπιλάσεις ποιεῖσθαι*, ne studio praedae longius provehantur pabulatores: Polybius hoc vocat *μένειν ὑπὸ τῶς ἰδίαις ἀσφαλείαις*. nam qui praedandi incontinentia tenentur, ii, dum a suis munitionibus et subsidiis longius recedunt, eadem opera propius hostem accedunt, et fortunae salutem suam permittunt. III. *τὰς ἀναχωρήσεις ἔ διεσπασμένως ποιεῖσθαι, ἀλλ' ἐν κόσμῳ*, ut ordinati sub signis redeant pabulatores. IV. *τὰς ὀπισθοφύλακας ἐν τῷ δέοντι χώρῳ μένειν*, ut stationes et subsidium locis opportunis a tergo relinquuntur. in reditu enim *ὀπισθοφύλακες* non minus necessarii, quam *προφύλακες* in itu. v. praeceptum est, redeatur, *εἰς πλάσιον τῆς Φάλαγγος τακτομένης καὶ τὴν λείαν εἰς μέσον ἀπολαμβάνεσης*, acie quadrata, et praeda in medium eius recepta: quae usitatissima est forma ducendi agminis: qua de re tota fuse ad librum sextum. Semper autem interdum, numquam noctu, frumentatum ibant Romani duces: quod si quem noctu pabulatum proficisci animaduertent, quia praeter consuetudinem faceret, pro magni timoris argumento id habebant. auctor Caesar belli ciuilibus libro primo, cap. XIII. Liuius libro XXXI. cladis exemplum non dissimile huic Polybianae ita narrat. *Appius ingressus hostium fines, primo populationes satis prospere ac tuto fecit. delecto deinde ad castrum Mutilum satis idoneo loco ad demetenda frumenta (iam enim maturae erant segetes) profectus, neque explorato circa, neque stationibus satis firmis, quae armatae inermes atque operi intentos tutarentur, positus, improviso impetu Gallorum cum frumentatoribus est circumuentus. inde pavor fugaque etiam armatos cepit, ad septem millia hominum palantia per segetes sunt caesa; inter quos ipse C. Appius praefectus. Adiciam aliud exemplum e libro XLII. Romani demessis Cranonis segetibus in Phalameum agrum transeunt. Ibi quum ex transfuga cognouisset rex Perseus, sine ullo armato praesidio passim vagantes per agros Romanos metere; cum mille equitibus, duobus millibus Thracum et Cretensum*

*profectus, quum quantum accelerare poterant, effuso agmine essent, improvise aggressus est Romanos, cuncta vehicula pleraque onusta, mille admodum capiuntur, sexcenti ferme homines.* Habes et libro xxxi. non dissimile exemplum aliud de Romanis ad Oëtolophum, (id est loco nomen) fruinentantibus, quos rex Philippus male accepit.

Ibid. *τρεψάμενοι δὲ τήν τε ῥαχίως οἱ μὲν ἐπὶ τὴν τῷ χάρακος ἀρπαγῇ ἄρρησαν, οἱ δὲ ἐπὶ τὰς ἐσθραείας.) Romanos, qui per imprudentiam periculo se obiecerant, aliena nunc imprudentia subleuat. Nam quod Poeni, priusquam parata esset victoria, de praeda cogitant, et diuisis copiis ad diripienda Romana castra properant, ea res fuit Romanis saluti, ipsis in perniciem vertit. Disciplinae militaris praeceptum est a Romanis diligentissime obseruari solitum, siue pugnam cum hoste committerent, siue urbem captam ingrederentur, numquam ad spolia legenda, aut praedatum desletere, nisi rebus compositis. Multa Polybius libro x. de hac parte Romanae disciplinae, et nos ad Polybium dicemus. Solet auctor anonymus, cuius modo mentionem fecimus, praecepta sua appositione exemplorum illustrare; ac saepe e Polybio illa describit. Is igitur de hoc Agrigentinarum peccato circa illud praeceptum ita disserit ex isto loco. Παράγγελλειν δεῖ τοῖς εἰς τὴν ἐπίθεσιν ἐξίῃσι τῶν πολεμίων στρατιώταις, καὶ ἐπιτίμιον ἐκτίθεσθαι, τῷ μηδένα πρὸς διαρπαγὴν σκύλων χωρεῖν πρὸ τῆς τελείας τῶν ἐχθρῶν ἤττης· ἵνα μὴ λάθωσι τοῖς ἐχθροῖς παραδόντες τὴν νίκην. ὡς περ καὶ Καρχηδόνιοι ἐν Ἀκράγαντι. πολιορκημένοι γὰρ ὑπὸ Ῥωμαίων, ἐπεὶ ἐδεάσαντο τῆς Ῥωμαίης πρὸς τὸ εἰτολογεῖν τετραυμένως, ἐξεληθόντες καὶ τρεψάμενοι τήν τε εὐχάρως, ἐπὶ τὴν διαρπαγὴν τῶν τῷ χάρακι κεχωρηκέτας, τῶν ἐκείσε καταλελειμμένων ἰχυρῶς ἀγωνισαμένων, διετράπησαν, καὶ πολλὰς τῶν ἐκείνων ἀποβαλόντες ἀθυμότερον τὰς ἐπιθέσεις εἰς τὸ ἐξῆς ἐγεγόνεισαν· τὰς δὲ Ῥωμαίης φυλακτικώτερον χρῆσθαι ταῖς προνομαῖς παρῆσκεύχσαν. Haec ille ex hoc loco, sicut diximus, etsi nomen Polybii praeternisum et hic et alibi, quum multa ex eo describeret, ceterum in hac historia causam salutis Romanorum propriae ipsorum virtuti potius, quam alieno errori attribuit. ἐσθραεῖαι sunt stationes pro castrorum portis, et in omnibus viis atque aditibus ad castra collocari solitae.*

Ibid. Ἀλλ' ἢ τῶν ἐπισιμῶν διαφορά καὶ τότε καὶ πολλὰκις ἤδη σέτυνε τὰ Ῥωμαίων πράγματα.) Vox διαφορά discrimen et  
exci-



excellentiā significat. vtraque notio sententiæ loci huius non male conuenit. Nam disciplina militaris Romanorum et præstantior fuit, quam aliarum gentium, et non parum sæpe diuersa. Lex sane illa, quæ præsidio decedere aut statione statuebat esse capitale, de qua Polybius loquitur, vt non ignota populis aliis fuerit, ita nec sancita nec seruata eo modo apud alias gentes atque apud Romanos. Sed de his suo loco plura ad librum sextum. Notetur vero hic disciplinæ militaris, qua vsi sunt Romani, ingens encomion. nam quod numquam aut raro vinceretur populi Rom. exercitus; eius rei causam fuisse pronuntiat Polybius, genus disciplinæ militaris, quo utebatur is populus. Iure ergo Valerius Maximus lib. II. cap. VIII. *Disciplina militaris acriter retenta, principatum Italiae Romano imperio peperit, et multarum urbium, magnorum regnorum, validissimarum gentium regimen largita est.* breuius dicet idem scriptor anonymus, cuius modo facta mentio, de hac ipsa lege loquens: οἱ παλαιοὶ, de Romanis loquitur, τὸν λειποτάκτην τῇ ἐπιθανατίᾳ κατεδίκαζον ψήφῳ, καὶ διὰ τῆτο τὴν οἰκωμένην ὑπὸ χειρῶν πεποιήμασι.

Ibid. καὶ Φυγόντι τὸ παράπαν ἐξ ἐφεδρείας.) Suidas in voce Φρεβὼ legem hanc ex isto loco et alio libri sexti commemorans, pro eo, quod dixerat Polybius Φυγόντι τὸ παράπαν, hæc verba posuit, τὸν ὑποχωρήσαντα κατ' ἠνδηποτῶν αἰτίας, qui pedem retulerit, quacumque tandem de causa. sed verius est, dicti huius ἀποτομίαν molliendam esse ex ipsius Polybii verbis, libro sexto: ἄντινες εἰς ἐφεδρείαν ταχθέντες ΦΟΒΟΥ ΧΑΡΙΝ λίπωσι τὸν δοθέντα τόπον. Si qui in statione collocati locum sibi assignatum METVS CAUSSA deseruerint. Exemplum similis exceptionis habes in XXIII, legum militarium imper. Iustiniani et Leonis. Ἐὰν ἐν καιρῶ δημοσίας παρατάξεως ἢ πολέμου ΑΝΕΤ ΤΙΝΟC εὐλόγη καὶ Φανεραῆς αἰτίας. Si tempore publicæ pugnae aut belli, fuga fuerit facta ABSQVE ALIQVA PROBABILI ET EVIDENTE RATIONE. Anonymus scriptor modo nobis laudatus: εἶτις λιπεῖν πειραδείη τὴν τάξιν, ΠΛΗΓΩΝ ΑΝΕΤΘΕΝ Η ΑΛΛΗC ΤΙΝΟC ΕΥΛΟΓΟΥ ΑΙΤΙΑΣ, εἰς κεφαλὴν τιμωρεῖται. Sic cum flagitium ingens militiae sit, directæ acie statione excessisse, et ordinem corrupisse; sunt tamen causæ quatuor, propter quas impune licuit ordine excedere: hæc nempe, teli su-

mendi, teli petendi, hostis feriendi, civis seruandi causa. Liuius libro κχιι.

I. 17. *Ἐπεὶ δ' ἂν ἀνταξήσων οἱ Καρχηδόνιοι πλὴν ἕως ἀκροβολισμῶ.*) Obsidionem munitae urbis et idoneis defensoribus instructae parantibus primus hic labor occurrit, ut hostem locis apertis cedere compellant (Graeci dicunt εἰς πολιορκίαν συγκαλεῖν) et exercitum admouere ad moenia queant. Solent enim quibus cura urbis incumbit, si viribus vel mediocriter fidant, obuiam hosti prodire, et quoad licet, τῶν ὑπὸ ἄλλων ἀντέχεσθαι, neque protinus pugnam detrectare, in quo est tacita quaedam traditae victoriae confessio et omen futuri. Lege, quae super ea re dicuntur Polybio lib. viii. Denique nec obsideri, nisi qui prius fuerint inclusi, neque includi, nisi qui pugnam detrectant, solent. ideo de Scipione, qui Numantiam cepit, pro re memorabili traditum est a veteribus, prius id oppidum ab illo fuisse circumuallatum, quam defecisset Numantinos animus et voluntas pugnam cum hoste locis patentibus ex aequo capessendi. Apianus in Hispanicis ea de re loquens; ὅδε, inquit, πρῶτος ὡς ἐμοὶ δοκεῖ περιτείχισα πόλιν ἢ Φυγομαχῆσαν. sed et magnus Caesar Alesiam circumuallat, dum adhuc castra habet pro oppido Vercingetorix, in quo praeter equitatum erant milia hominum lxxx. Iam in admouendo moenibus exercitu multum saepe est difficultatis et laboris. Simulac enim obsidionem cogitantis hostis consilium innotuit, multa cordati ciues molliuntur, quo minus accedi ad muros queat. Aeneas in genere praecipit, ad nuntium de futura obsidione oportere τὴν χεῖραν δύσπετον κατασκευάζειν, καὶ τὰς ποταμὸς δυσδιεβάτας. regionis aditum difficultem reddere, et traiectus omnium difficultatibus impedire, aliaque varia δολώματα excogitare pro loci natura, quae ad obstruendas vias solent adhiberi. Auctor Anonymus, qui de eo argumento scripsit, in eam rem hoc dat praeceptum, πρὸς ἐπὶ τέτοις δεῖται τὰ φ. εθ. ὑπορύσσειν καὶ εὐρυτέρως ποιεῖν τῶν λ. πηχέων, εἰ δὲ τόπος ἀπαιτεῖ, εἰς πλάτος καὶ εἰς βάθος ὡσαύτως· εἰ δὲ καὶ δύο καὶ τρεῖς ἐγγχωρεῖ γίνεσθαι, γένεσθαι. ἐμπιπλᾶν τε αὐτὰς ὕδατος στρατηγιώτερον. ἐπὶ δὲ τοῖς χείμασι ἐκείνης χαρακώματα ποιεῖν, καὶ τελευταῖον προτείχισμα εἰ δυνατόν, πρὸς τὸ μὴ εὐχερῶς πλησιάζειν τὰς ἐχθρὰς τῶν τείχεσσι. εἰ γὰρ ἐπὶ πολὺ βάθος ἢ τάφρος ὑπορυγῆν. δυσχερῶς ἂν καταχωθήσεται παρὰ τῶν πολεμίων. Primo fossam iubet cauari triginta cubitorum et amplius: quod

quod si natura loci ferat, duplicem aut triplicem duci fossam praecipit. Addit, ex vsu futurum et maioris solertiae facinus, si quis aqua inane fossarum repleuerit. Tertium praeceptum, vt super labris fossarum agger siue vallum extruatur. Quartum, vt praeter omnia haec castellum hosti obiciatur, si potest fieri, quod hostem impediatur, quo minus ad muros accedere queat. Postremo causam affert desideratae mensurae in fossis: quia earum implendarum facultas eo modo aduersariis eripitur. Propterea monet Onofander, et ex eo repetit imperator Leo constitutione xv. repente et ex inopinato, ac si fieri possit noctu inchoandam esse obsidionem. sic enim et anteuerti hostium consilia contraria, et terrorem magnum oppidanis iniici. Polybius, quum paullo ante dicebat, de consulibus ad obsidendum Agrigentum proficiscentibus: *Φέροντες δὲ παντὶ τῷ στρατεύματι πρὸς αὐτὸν Ἀκρόγαντα προσήρεισαν*, ipso loquendi genere videtur significare, eos ad hoc inceptum capeendum magno impetu et celeritate vsos. *ερείδειν* enim verbum de magno conatu solet vsurpari, cum totis viribus aliquo incumbimus, vt apud diuinum poetam, *ερείδειν ἴν' ἀπέλσθρον*. Sed non impediit consulum diligentia Hannibalem Agrigenti praefectum, quin copias educeret, atque hosti venienti obuiam procederet. qui tamen etsi l. millium militum numero instructus, mox compulsus est in urbem, vt hic significat Polybius, et vel de muro vel paruis eruptionibus cum Romanis pugnare est coactus.

Ibid. *διελόντες οἱ στρατηγοὶ τῶν Ῥωμαίων εἰς δύο μέρη τὴν δύναμιν*.) Haec tenus accessio ad muros; sequitur obsidio dum pugnatur pro accessu, ambo Coss. iunctas vires adhibuerunt, et vnis castris confederunt: nunc quum obsidio instituitur, copiae separantur et bina fiunt castra. Consilii huius ratio a genere obsidionis peti debet. Urbium occupandarum variae sunt artes, vt de stratagematis nihil dicam. Est quando interna prodicione res peragitur. Polybius *πρᾶξις* et *πραξικόπησις* solet appellare: qua de re mox. Graeci *προσβολὴν κατὰ κράτος*, *ἐξ ἐφ' ὅδε βίαν*, aut *κατάληψιν* vocant. Latini violentam expugnationem, de qua Vegetius libro iv. cap. xii. Liuius de ea passim, *urbem primo impetu capere*; Caesar, *ex itinere capere*: Liuius saepe *corona*. cingitur enim vrbs capienda; idque pro numero inuadentium, vel simplici ordine, vel duplici, aut triplici. (apud Ammianum  
vero



vero libro XIX. *Amida a Persis quinquies ordine multiplicato (scutorum cingitur.)* deinde scalis admotis e variis simul partibus moenia inuaduntur. iccirco in hodierna militia vocatur hic modus **PER SCALAS**. Gunterus, poeta, prout barbari saeculi captus erat, perelegans, *assultum raptumque bellum* nominat libro X.

*Agmine collecto, quanto non ante Manerbum  
Haud procul a Cumis, vix expugnabile castrum  
Assultu, raptoque parant euertere bello.*

*bello*, id est, pugna, vt ante exponebamus. Diuersa genera sunt, quum vrbs aliqua aut fame, aut ceterarum rerum necessariorum inopia ad deditorem compellitur, aut operibus expugnatur. vterque modus communi nomine Graecis *πολιορκία* dicitur. Xenophon Ascensus Cyri libro III. *ταύτην πόλιν πολιορκῶν ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἐκ ἰδύνατο ἕτε χρόνω ἐλεῖν ἕτε βίᾳ.* duas facit species *πολιορκίας*; capere *χρόνω*, temporis longo tractu, quum vrbe vndique circumuallata, oppidani rerum omnium commercio, et simul exeundi, aut aliquid extrinsecus accipiendi facultate priuantur, et *βίᾳ* per vim; quum adhibentur machinae, tormenta, et quaecumque opera ars poliorcetica excogitauit. prior modus e re vocatur *περιτείχισις* et *ἐπιτείχισμα*. item *προσκαθεδρία* (Herodoto *ἐπίθερη*) vt Latinis *obsidio* vel *obsessio*. dicitur et *πολιορκία* angustiore notione huius vocis, cuius ea est propria, et vtiq; antiquior significatio, ἔρκος enim est *septum*: *πολιορκεῖν septo urbem cingere*. Thucydides libro II. expositis variis molitionibus Peloponnesiorum ad capiendas per vim Plateas; quum nihil succederet, rationem ipsos mutasse ait, et *περιτείχισιν* instituisse. cur autem sero et inuiti ad circumuallationem se accinxerint causam hanc affert: *πᾶσαν γὰρ δὴ ἰδέαν ἐπειούου, εἴπως σφίσιιν ἄνευ δαπάνης καὶ πολιορκίας προσαχθεῖη.* quoniam genus omne consilii excogitabant, si forte redigi in potestatem vrbs posset, sine sumtu et poliorcacia. hic *πολιορκία* ponitur *ειδικῶς* pro ea specie, quae mora et temporis tractu peragitur. et est obseruanda figura *ἐν διαδουοῖν* in verbis Thucydidis: *ἄνευ δαπάνης καὶ πολιορκίας*, pro *ἄνευ τῆς δαπάνης τῆς πολιορκίας*, siue iis sumtibus, qui necessario faciendi essent ad diuturnam obsidionem. etsi enim in muniendo et operibus exstruendis non parui sumtus fiebant: longe tamen impensa maior erat futura in alendis otiosis copiis.

copiis. Sic accipiendum, quod ait Xenophon libro VII. Παιδείας, Cyrum non e quouis ligno, sed e palma iecisse fundamenta turrium, quas ad Babylonem excitabat, ὅπως, inquit, ὅτι μάλιστα εὐοίκοι πολιορκήσῃν παρασκευαζομένω. id est, ut speciem praeberet longam et diuturnam obsidionem meditantis. Appellatur etiam πολιορκία cum vrbs aliqua cum inimicis vias infestantibus vndique cingitur, etsi propius muros non accedant. ideo B. Chrysostomus nouum hoc genus obsidionis esse dicit de Cucuso loquens, exilii sui sede, quam Isauri latrones viis omnibus infestis quotidie infestabant. Sic ille in epistola ad Urbicium episcopum: Φόβω συζώντες διηνεκῆ τῷ τῶν λησῶν, καὶ πολιορκίᾳ καινῇ· καθ' ἐνάστην γὰρ ἡμέραν ἢ Κενεσὸς πολιορκεῖται, τὰς ὁδὰς τῶν λησῶν ἀποτεριχισάντων. Constat et Graecos et Romanos per multa saecula machinarum vsum ignorasse. sola igitur tunc nota fuit species πολιορκίας, quam sic proprie dici ostendimus. apud Herodotum vero historiae patrem πολιορκία in prima historia

vbi tormenta fuere inuenta, tunc altera species existit. Graeci interdum τειχομαχίαν, quasi dicas oppugnationem murorum; saepius πολιορκίαν dicunt. vnde etiam ars machinas in eum vsum conficiendi πολιορκητικὴ est appellata. ita rursus nomen generale factum est speciei proprium. Polybius libro VIII. postquam docuit, Marcellum et Appium ad oppugnationem Syracusarum, et sambucas, et quascumque potuerant excitare machinas frustra adhibuisse, ita scribit pag. DCCXX. συνεδρεύσαντες μετὰ τῶν χιλιάρχων οἱ περὶ τὸν Ἀππιον, ὁμοθυμαδὸν ἐβαλεύσαντο πάσης ἐλπίδος πείραν λαμβάνειν, πλην τῆ δια πολιορκίας ἐλεῖν τὰς Συρακούσας. Ait. consulem de sententia totius consilii statuisse, omnes alias vias capiendae vrbs esse tentandas, praeterquam poliorcia, id est machinis et tormentis, quae omnia cum Romanorum ignominia Archimedes eludebat. clarissime hic πολιορκία secus ac apud Thucydidem eam solam oppugnandi viam significat, quae machinis vtitur. sic πολιορκεῖν, pro operibus oppugnare. sequitur ibidem: ὀκτῶ μῆνας τῇ πόλει προσκαθεζόμενοι, τῶν μὲν ἄλλων στρατηγημάτων, ἢ τολμημάτων ἔθενος ἀπέστησαν, τῆ δὲ πολιορκεῖν ἔδεποτε ἔτι πείραν λαβεῖν ἐθάβρησαν. Apud Liuium saepe opponuntur obsidio et oppugnatio; vbi per oppugnationem fere intelligit τὴν ἐξ ἐφόδου βίαν. libro

libro II. *Porfena primo conatu repulsus, consilia ab oppugnanda urbe ad obsidendam vertit.* libro V. de obsidione Veiorum. *Quum spes maior imperatoribus Rom. in obsidione, quam in oppugnatione esset, hibernacula etiam res noua militi Rom. aedificari coepta.* alibi, *obsidio dein per paucos dies magis, quam oppugnatio fuit.* clarius libro primo: *Tentata res est, si primo impetu capi Ardea posset: ubi id parum processit, obsidione munitionibusque coepta premi hostes.* lib. XXVII. de Asdrubale: *quod celeritate itineris profectum erat, id mora, ad Placentiam dum frustra obsidet magis, quam oppugnat corrumpit.* Agrigentum igitur, cuius ἄλωσιν narrare hic noster orditur, non βία neque oppugnatione captum est, sed χρόνω et obsidione. Propterea diuiduntur copiae, et castra diuersis locis a Coss. constituuntur. Pro magnitudine vrbs, copiis obsidentium, et ratione situs, solitae institui obsidiones, vel vnis castris, vel binis, vt hoc loco Agrigenti: et in III. Thucydidis similiter obsident Athenienses Mitylenas: εἰτείχισαν, inquit, στρατόπεδα δύο ἐκατέρωθεν τῆς πόλεως, vel etiam pluribus. in prima historia Thucydidis Athenienses τριπλὴν τεῖχος ἐπολιόρουν, trinis castris oppidum Samiorum obsident. sic enim interpretari malo, quam de triplici muro, quo fuerit vrbs cincta. Τεῖχος Thucydidēs appellare solet vel castra, sed ἐπιτείχισμα, munitionem ad vexandum factam. libro IV. de Atheniensibus: τὴν Βοιωτίαν ἐν τῆς ὁμοῦ ἐλθόντες, τεῖχος ἐνοικοδομήσαντες μέλλουσι φθίρειν. lib. V. de Lacedaemoniis. τὸν Παρρῆσιος ἀυτονόμος ποιήσαντας, καὶ τὸ τεῖχος καθελόντες ἀνεχώρησαν ἐπ' αἴκην. τεῖχος est arx a Mantinensibus excitata in agro Parrhasio, vbi praesidium alebant, quod illos vexaret, et eorum vrbi immineret. In XXV. Liuii ad Capuam obsidendam trina praetoria circa vrbe[m] eriguntur. Quaternorum dat exemplum Florus de Scipione lib. II. cap. XVIII. Numantiam fossa atque lorica quatuorque castris circumdedit. Inuenio et quina castra in eam rem facta. Caesar de bello ciuili lib. III. *Horum cognita sententia Octavius quinque castris oppidum circumdedit, atque vno tempore obsidione et oppugnationibus premere cepit.* Apud Procopium in primo Gothicarum rerum Vitis senis castris Romam imo Romae dumtaxat partem obsidet: cui numero mox adduntur et septima. quare autem tot castris fuerit illi opus, rationem Procopius assert; quia maior erat Romae ambitus, quam vt vna continua serie nusquam



nusquam interrupta cingi ab hoste posset. Γότθοι, inquit, ἔχουσι τε ὄντας ὅλον στρατοπέδω τὸ τεῖχος περιλαβέσθαι κύκλῳ, ἐξ ποιησάμενοι χαρακώματα πέντε πυλῶν χώρον ἡνώχλῳ.

Ibid. τὰ δὲ μεταξὺ τῶν στρατοπέδων ἐξ ἑκατέρω τῆ μέρης τῆς πίστεως ὠχυρώσαντο.) Apparatus ad obsidionem siue χρόνιον πολιορκίαν, cuius est scopus exitu obsessos, externos aditu arcere, duplex apud veteres fuit modus. Simplicior ille, quum loca dumtaxat opportuna circa urbem occupabant, et vel castrorum opus ibi ponebant, vel castella exstruebant, vel alio, quo genere munitionis instituto, praesidia eo loci collocabant, quae vias omnes atque aditus sollicite observarent atque infestarent. Apud Thucydidem πολιορκεῖν ἐπιτειχισμῶ, et περιτειχισμῶ: sicut etiam differunt, ἐπιτείχισμα et περιτείχισμα. Operosior sed et tutior illa ratio, quum perpetuo opere urbs circumclauderetur, quod fit hoc loco a consulibus Agrigentum obsidentibus. Circumuallandi non aliae sunt viae, quam muniendi: nihil enim est aliud περιτείχισις nisi τείχισις in orbem ducta. ΜΥΝΗΤΙΟ generis nomen est, cuius species et differentiae multae. ὀρυγή, τάφρευσις, σαύρωσις, χαρακώσις, χώσις, τείχισις, πλίνθευσις, Φράξις, πύργωσις. hae sunt primae differentiae: ipsorum deinde operum aliae sunt differentiae a diversitate figurae, aut usus, quem praestant. nam verbi gratia vnica τειχίσματος appellatione continentur, ἀντιτείχισμα, ἀποτείχισμα, ἐπιτείχισμα, παρατείχισμα, περιτείχισμα, προτείχισμα, συντείχισμα, ὑποτείχισμα. Omnes hae differentiae et quaecumque ad istud argumentum spectant κατὰ λεπτὸν explicantur a nobis ad librum Polybii sextum. Nunc de circumuallatione pauca. Huius quum sit scopus vnus, exitu obsessos, vt modo dicebamus, aditu externos intercludere, duae sunt eius efficiendi rationes, cauando humum et quasi eripiendo solum cui insistitur, vel obstacula obiciendo, quae iter cogant abrumpere. prior modus appellatur τάφρευσις, egestio terrae: opus, τάφρος, fossa, posterior fit multifariam: sed expeditissima et simplicissima ratio est σαύρωσις, palorum siue stipitum defixio. Vtrumque inuentum antiquissimum est, quare poeta cuius admirabilem rerum bellicarum peritiam in tam rudi saeculo, ad librum xvii. fuisse volente Deo sumus probaturi, τειχίσεων et σαυρώσεων meminit in descriptione munitionis, quam Graecos ad Troiam fingit instituisse, diligenter a nobis alibi explicata. σαυροὶ  
Graecis

Graecis dicuntur οἱ κατακεπηγότες σκόλοποις καὶ πάντα τὰ δεικνύμενα ξύλα, ait Hefychius, pali defixi, et quaecumque ligna stant erecta, ἀπὸ τῶ ἐσάναι. dicuntur etiam σκόλοποις, qua voce semper Homerus utitur in descriptione σαυρώσεως. iidem stipites dicuntur, et χάραιες. Auctor Etymologici, χάραιες, ὀξέα ξίλα, ἢ κάλαμοι, ἢ ἀκανθώδη φυτά. prima explicatio, ligna acuta, probat nihil interesse interdum inter χάραιες et σαυρῆς, siue σκόλοποις. Homerus: ὑπερθεὸν δὲ σκολόπεσσιν ὀξέσιν ἠρήρει. idem igitur erunt σαύρωσις, σκολόπων πῆξις et χράκωσις. Aliter longe res habet in accuratioris muniendi arte. Appianus in Punicis, de Scipione Carthaginem obsidente; postquam dixit eum fossas quatuor percussisse, quae efficiebant ὄρυγμα τετράγωνον, subiicit; ἐσαύρωσε πάντα ξύλοις ὀξέσι, καὶ ἐπὶ τοῖς σαυροῖς τὰς μὲν ἄλλας τὰ Φρεῖς ἐχάραιωσε, τῇ δ' ἐς τὴν Κερχηλῶνα ὄρωσιν καὶ τῆχος παρεκοδόμησε. Omnia latera stipitibus praemuniuit e lignis acutis, tum autem praeter hos stipites ceteras quidem fossas vallis cinxit: ei vero, quae Carthaginem respiciebat, murum etiam adstruxit. Quatuor hic habes distincte proposita, τὰ Φρευσιν, ἐσαύρωσιν, χράκωσιν et τείχεσιν. Appiani interpretes, et alii doctissimi viri, qui de hoc argumento scripserunt, pessime hunc locum acceperunt. non enim obseruarunt discrimen esse inter has voces. Enimuero apud Polybium et alios historicos χράξ, siue χράκωσις, (nam utrumque pro eodem vsurpatur) per saepe est vallum Romanum, et id genus aliae munitiones, longe operosiores et multo posterius inuentae, quam nuda stipitum defixio. σαυρῆς et σκόλοψ recti defiguntur: χράξ, siue vallus, et rectus destituitur, et inclinatus aut transuersus implicatur et intexitur. Faciem et vsus huius ligni e more Romano describit Polybius lib. xvii. sed et Latinis vallum, et Graecis χράκωμα non est simpliciter ordo sudium in terram fixorum aut implicitorum, verum munitionis genus, quod ex aggestis cespitibus concinnatur, et vel vtriusque, vel altera saltem ex parte sudibus praetexitur. Graeci posteriores ὄρυγτὰ χρακώματα καὶ ξύλινα περισαυρώματα appellant. Interdum etiam opus vniuersum munitionis, quae ex fossa, vallo, muro, aliisque partibus diuersis constat appellatur χράκωμα, aut vallum. vt quum pro castris, aut opere toto circumvallationis eae voces ponuntur. Modum inchoandae interuallationis ex consuetudine Romana docet Polybius,

quum

quum dicit diuifisse copias consules, et ad partes vrbis diuersas castra posuisse. Consilii causam aperit Liuius de obfidione Capuae. *Tunc ambo Coss. circumfederunt urbem, et Claudium Neronem praetorem ab Sueffula ex Claudianis castris exciuerunt. ita tria praetoria circa Capuam erecta, tres exercitus diuisis opus partibus aggressi fossa valloque circumdare urbem parant, et castella excitant modicis interuallis.* Sed et quum vnus tantum consul aderat, castra fiebant diuersa, si res postularet. Liuius lib. xxxviii. de obfidione Ambraciae. *Consuli ad Ambraciam aduenienti magni operis oppugnatio visa est. Fuluius bina a campo castra modico inter se distantia interuallo, vnum castellum loco edito contra arcem obiecit. ea omnia vallo ac fossa ita iungere parat, ne exitus inclusis ab vrbe, neue aditus foris ad auxilia intromittenda esset.* Sic ad Gergouiam obfidendam Caesar gemina castra facit, maiora, in quibus ipse erat, et minora, vbi duas legiones collocat: ad Corlinium quoque bina: vna primo aduentu: altera postea facta, quibus Curionem praefecit, libro viii. in obfidione Vxelloduni legatus Caninius, quum paucas haberet copias, plura tamen castra ponit: *Tripartito, inquit, cohortibus diuisis, trina excelssissimo loco castra fecit, a quibus paulatim, quantum copiae patiebantur, vallum in oppidi circuitu ducere instituit.* Munitiones, quae castra haec iungebant ad implendum orbem circumuallationis, quas describit his verbis Polybius, Latinis *brachia* dicuntur. Hirtius siue Oppius de bello Alexandrino cap. v. *castellum, quod rex in proximo vico non longe a suis castris munerat, brachiisque cum opere castrorum coniunxerat.* De bello Hispaniensi, *Caesar munitionibus Ategnam oppugnare, et brachia circumducere coepit.* Frontinus libro iii. cap. xvii. in re non plane eadem: *Flavius Fimbria brachiis a latere ductis, deinde fronte percussa, quietum in vallo militem tenuit.* ad hunc modum in ista quoque munitione castra gemina ab vtroque extremo instar habent frontis ancipitis: fossae, quibus iunguntur, sunt brachia. Graeci scriptores huiusmodi munitiones omnes, quae in longum porriguntur, *σηλήν κρούρα*, non brachia, aut *σηλήν μακρά* vocant: et quum distinctius loquuntur, *διαταφρεύσεις*, et *διασαυράσεις*, ac *διατειχίσεις*. Posteriores Graeci vocem Romanam vsu fecerunt suam, et *βραχιόλια* appellarunt non dissimiles his munitiones, vt apud Anonymum de obfidione toleranda est videre.



Haec prima munitio a moenibus vrbis vt plurimum vnus teli iactum aut paullo amplius aberat. Vegetius libro *iv.* cap. *xxviii.* *Obsidentes ultra iactum teli fossam faciunt, eamque non solum vallo et sudibus, sed etiam turriculis instruunt, vt erumpentibus e ciuitate possint obsistere, quod opus loricam vocant.* Sane loricam in Alexiae circumuallatione nominat Caesar, et in simili re Ammianus Marcellinus non raro. elegantissime vere Herodotus *τειχέων χιτῶνας*, tunicas murorum, alibi *θώρακα*, loricam: vt in primo: *τῆτο μὲν δὴ τὸ τεῖχος θώραξ ἐστὶ.* illud poeticum, imo putidum apud Nicetam in Andronico Comneno de Thessalonice obsessa a rege Siciliae, *διαλαβῶν μίτρα Ἄρεος καὶ διχζύσας.* vocarunt et Zonam. Guillermus Brito in carmine de rebus gestis Philippi Augusti, libro *vii.*

*Vt canerent Zona tot millia clausa sub vna.*

De eo spatio Guillermus Brito non inuenuste:

*Sic procul a muris, vt vix attingat ad illos  
Ballista duplici tensa pede missa sagitta.*

Ibid. *καὶ τὴν μὲν αὐτῶν τάφρον προβάλλοντο χάριν τῆς πρὸς τὰς ἐξιόντας ἐκ τῆς πόλεως ἀσφαλείας.*) Munitiones, quae ad circumuallandum exstruuntur, aut simplices sunt, et versus obsessos dumtaxat spectant; aut duplices, et obsidentes non solum ab oppidanorum eruptionibus, sed etiam ab hoste foris veniente tutos praestant. Latini *ancipites munitiones*, Graeci *διμετώπες bifrontes* appellant. Appianus libro *v.* *Ἐμφυλ.* de circumuallatione Perusiae per Augustum: *ἢ ἢ παρασκευὴ πᾶσα διμέτωπος ἕς τε τὰς πολιορκημένους, καὶ εἰ τις ἔξωθεν ἐπίοι.* Sic accipio fossam duplicem, quum in obsessione Gergouiae scribit Caesar: *fossam duplicem, duodenarium pedum a maioribus castris ad minora perduxit; vt tuto ab repentino hostium incurfu etiam singuli commicare possent.* Et in Philippide:

*Per cliuos igitur et per conuexa canari  
Fossato duplici terram iubet.*

Bifrontis munitionis exemplum in historia Graeca antiquissimum illud est, quod in obsidione Plataearum anno *iv.* belli Peloponnesiaci, hoc est anno ultimo Olympiadis *lxxxvii.* est editum. Thucydides in tertia historia brevem, sed accuratam eius descriptionem posuit. ea sic incipit.

πίτ. Τὸ τείχος ἦν τῶν Λακεδαιμονίων τοιόνδε τῇ οἰκοδομήσει. εἶχε μὲν δύο τὰς περιβάλλας πρὸς τε Πλαταιεῖς, καὶ εἴ τι ἔξωθεν ἀπ' Ἀθηνῶν ἐπίοι. Vtramque fossiam Thucydides appellat περιβολον: at noster signate loquitur, quum de interiore dicit προβάλλεσθαι. ita enim emendauimus, non προσεβάλλοντο: de exteriore περιβάλλεσθαι. sic apud Latinos praemunire et praeualiare, aut fossiam praeducere: item, circumuallare, aut fossiam circumducere.

Ibid. τὰ δὲ μεταξὺ τῶν τάφρων καὶ τῶν στρατοπέδων διαστήματα, Φυλακῆς διέλαβον.) Non dicit quantum fuerit intervallum medium inter vtramque fossiam: quod non praetermisit Thucydides; qui inter vtramque munitionem statuit pedum decem et sex intervallum. διεῖχον δὲ οἱ περίβολοι ἐκκαίδεκα πόδας μάλιστα ἀπ' ἀλλήλων. quae deinde subiicit idem nobilissimus scriptor, cum his Polybii sunt comparanda. τὸ ἔν μεταξὺ τῆτο οἱ ἐκκαίδεκα πόδες τοῖς Φύλαξιν οἰκήματα διανενημημένα ὠκοδόμητο. καὶ ἦν συνεχῆ, ὥστε ἐν Φάινεσθαι τείχος παχὺ, ἐπάλλεις ἔχον ἀμφοτέρωθεν. in medio spatio, sexdecim nempe illis pedibus, aedificata erant habitacula custodibus inter se separata. atque ea continua sic erant, ut murum unum crassum diceret, qui pinnas utrimque haberet. Φυλακῆς Polybius dicit, quae in similibus descriptionibus Φυλακτήρια dicuntur et eidem et aliis. Thucydidi sunt οἰκήματα, Diodoro σεγανά, siue σεγνά. libro xx. κατεσκευάσσε σεγνά τοῖς στρατιώταις παραχειμάζειν. idem, οἱ Ῥωμαῖοι σεγανά ποιήσαντες παρεχείμαζον. In nostra militia appellamus casemates, hoc est casellas, ut in Philippide Britonis.

*Qui fabricare sibi castrensi more casellas  
Arboreis ramis et sicco stramine norunt,  
Se quibus a pluvia tutos et frigore brumae  
Efficiant illic per tempora longa futuri.*

Ibid. ἐν διαστάσει.) Per certa intervalla; et quidem paria, quoad eius fieri potest. In omni munitione hoc seruari solitum, ut omnia semper propugnacula, turrets et Φυλακτήρια paribus intervallis a se inuicem distent: quod Graeci Latinique historici passim observant: neque praetermissum est ab auctore Philippidos:

*Sic, ut quot pedibus praecedat prima secundae,  
Tertia se tanto spatio seiungat ab illa:*

Ggg 2 Sic

*Sic reliquas eadem turres dimensio signat,  
Ut distent a se spatiis aequalibus omnes.*

Ibid. καὶ παρῆγον εἰς Ἑρβησσον.) Herbellini vicini Agrigentinis ex historicis et geographis noti. n.elius autem cum aspiratione scribitur hoc nomen.

Ibid. ἄγοντες καὶ φέροντες συνεχῶς τὰς ἀγοράς.) ἀγοράῖ historicis Graecis sunt species annonariae: apud Xenophontem in adfensu Cyri libro vi. τὴν ἀγορὰν εἰσω ἀνασκευάζειν: minus recte vertunt eruditi, *forum ad urbem transferunt*. nam vult auctor, annonae omnes species intra moenia esse comportatas, quod solet fieri in aduentu hostis, aut metu obsidionis. Hic igitur ἀγορὰ simpliciter est annona: Polybio et passim Graecis historicis ἀγορὰ et ἀγοραὶ dicuntur, non quaeuis annona, sed ea, quae vaenum est exposita. ἀγοράζειν enim est vendere; ἀγορὰ res, quae venditur: item forum, aut mercatus. proprie commeatus. in eodem libro Xenophontis leges, ἀγοραὶ πάντοθεν ἀφανῆνται ἐκ τῶν Ἑλληνίδων πόλειων. Thucydides in vii. dixit τὴν ἀγορὰν τῶν πωλημένων, *annonam propolarum*, siue *promercalem*, deinde addit, καὶ ὅσα τις ἔχει ἐδάδιμα: significans de esculentis proprie ἀγορὰν intelligi. Iulius Frontinus Graecos imitatus vocem *commercium* ita accipit. libro ii. cap. v. *Tiberius Gracchus in Hispania certior factus, hostem inopem commercio laborare, instructissima castra omnibus esculentis deseruit.* COMMERCIO LABORARE, est τὰς ἀγοράς ἐκ ἔχειν, siue σπανίζειν ἀγορῶν. Guntherus Ligurini libro iv.

— neque enim commercia rerum

*Indigus afflictō sperabat miles ab hoste.*

alibi ἀγορὰς vocat vaenalia:

*Neue quis hostili vaenalia deferat urbi.*

magis etiam ad Graecum verbum ἀγορὰ accedit vox *mercatus*, quae pro annona vsurpatur a posterioribus Latinis scriptoribus. *mercatum conferre* in appendice Ottonis Frisingensis, plane quod Thucydidi, Xenophonti, aliis, ἀγορὰν παρέχειν. Fridericus imperator in epistola ad Ottonem Frisingensem, *ibi dum a Mediolanensis mercatum quaeremus, et ipsi nobis cum negarent.* Sic Graeca historia vetus, αἰτεῖν ἀγορὰν, et ἀγορὰν ἐδέχασθαι. in sexta Thucydidis humanitatis, quae erga exercitum praestatur, hi quasi gradus ponun-



ponuntur: δέχεσθαι ὕδατι καὶ ὄρωι, facere potestatem applicandi ad littus, et aquandi: δέχεσθαι ἄσει, intra muros admittere: et δέχεσθαι ἀγορᾷ, res ad victum necessarias vae-  
num exponere extra urbem. Otto de gestis Friderici lib. I. *Erat in vicino mare Proponticum, quod modo Brachium S. Georgii dicitur, duoque super littus eius, unde mercatum exspectabamus, oppida parua.* Robertus Monachus libro I. *Alemanis imperator licentiam introcundi ciuitatem nunquam praeiuit, idem tamen mercatum eos habere concedebat, quicquid in ciuitate erat.* hoc est ἄσει μὲν ἐν ἐδέχετο, ἀγορᾷ δέ. Nicetas Choniates libro I. in Manuele Comneno ita nar-  
rat: τὰς πύλας τῶν πόλεων ἐπιζυγῆντες εἰ ἀστικοί, ἐν ἀγορῶν τοῖς Ἀλεμανοῖς μεταδίδοσαν. χροῖνης δὲ τῆς τεύχεος ἀποκρεμῶντες, ἀνείλικον πρότερον τὸ ὑπὲρ τῆς ἀποδιδόμενης κατατιθέμενον τίμημα· ἔπειτα διαχαλῶντες ὅσα ἐβέλοντο, εἴτε ἄρτος ἦν τὸ πωλέμενον, εἴτε τι βιώσιμον ἕτερον, εἶων. Vbi vides modum exer-  
cendi commercium inter inclusos in vrbe et exclusos. In antiquis memoriis legimus, milites quondam non nisi ex praeda ali solitos: postea coepisse etiam inter arma exerceri commercia: et cum in urbibus amicis milites, qui stipendia accipiebant, pretio res necessarias sibi parasse, tum in expeditionibus ius obseruasse commerciorum, quod ἀγορᾷν πολέμων dixerunt, atque huius instituti primos fuisse auctores Caras, gentem belli studiis olim nobilem, et hodiernis Helvetiis in multis similem. Aelianus de animalibus lib. XII. cap. xxx. πρῶτοι οἱ Κᾶρες ἀγορᾷν πολέμων ἐπενόησαν, καὶ ἐστρατεύσαντο ἀργυρίω. *Primi Caras ius emendi vendendique com-  
meatus belli tempore inuenerunt, et mercede militarunt.* Hoc voluit Aelianus, non quod hariolantur interpretes. Inuentum est antiquissimum: nam apud Homerum mercatores Lesbii permutationibus commercia exercent cum militibus Graeci exercitus. in septima Herodoti Musa mos Persarum in expeditionibus notatur: vt certus locus in castrametando assignaretur commerciis exercendis, qui locus ibi dicitur ἀγορὰ καὶ πρατήριον. in Graecorum historiis saepe opponuntur, ali exercitum ληϊζόμενον, rapto, et ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς, aere empto commeatu. Ad hoc ius pertinent multae leges militares, tam in iure Iustiniano, quam apud historicos: cuiusmodi est haec apud Xenophontem in quarto παιδείας. τὴν ἀγορᾷν τὴν ἔσαν ἐν τῷ στρατοπέδῳ μὴ ἀδικεῖν μηδέν, πωλεῖν δὲ τὰς καπήλας καὶ ἐμπόλας ὅ τι ἔχει ἕκαστος πράσιμον.

qua lege mercatores et caupones, qui sequuntur exercitum, tuti praestantur ab iniuriis militum. Radeuicus de gestis Friderici libro I. inter leges militares ab eo sancitas hanc refert. *Si mercator Teutonicus ciuitatem intrauerit et emerit mercatum, et portauerit ad exercitum, et carius vendiderit in exercitu, auferet ei omne forum suum.* appellat ἀγορὰν mercatum et forum.

Ibid. Ἄννης ὁ τεταραμένος ἐπὶ τῶν πολιορκιῶν δυνάμεων.) Hannibalem hunc viri quidam eruditissimi Asdrubalis filium nominant, et seniozem fuisse appellatum scribunt: quorum vtrumque est falsum. nam diserte scribit Zonaras, patrem huic Gisconem fuisse. de cognomine vero senioris, sine causa Orosium laudat auctorem Volaterranus: numquam enim id scriptum ab Orosio. sed ipse Orosius, vt ab Hannibale Amilcaris filio, viro notissimo, hunc distingueret, seniozem illum semper vocat. sic apud Diodorum Ἄννων ὁ πρεσβύτερος, quia fuit alius iunior clari nominis.

Ibid. τῶν ἐπισυνηγμένων στρατιωτῶν καὶ θηρίων γεμισσάντας τὰς ναῖς.) Missa sunt auctore Diodoro peditum millia quinquaginta, equitum sex: elephantum sexaginta. elephantorum meminit Polybius, sed tantum L. signata vox ἐπισυνηγμένων; de iteratis delectibus et legionum supplemento.

Ibid. ἐξέπεμψαν εἰς Σικελίαν πρὸς Ἄννον τὸν ἕτερον στρατηγόν.) In excerptis Diodori aliter narratur: Ἄννων ὁ πρεσβύτερος ἐκ τῆς Λιβύης μετὰ τὴν πολιορκίαν Ἀκράγαντος ἐπέρασε μεγάλην δύναμιν εἰς Σικελίαν. Postquam obsessum est Agrigentum, Hanno senior magnam vim militum ex Africa in Siciliam traiecit: μετὰ τὴν πολιορκίαν explicandum ex Polybio de inchoata obsidione.

Ibid. ὃς συναγαγὼν τὰς παρασκευὰς καὶ δυνάμεις εἰς Ἡράκλειαν.) Diodorus, ὁ ἔν Ἄννων ἀναζεύξας μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἐκ τῆς Λιβυαίης παρήλθεν εἰς τὴν Ἡράκλειαν. Heracliam autem intellige cognomento Minoam, vt paullo post etiam Polybius eam appellat. oppidum fuit maritimum Agrigento vicinum. causam appellationis pete e Diodoro XVI. in anno quarto Olympiadis CV.

Ibid. πρῶτον μὲν πραξικοπήσας κατέχευε τὴν τῶν Ἐρβησσέων πόλιν.) Militare verbum est πραξικοπεῖν, pro molitione clandestina, siue proditorum ope atque opera urbem occupare. libro II. Ἄρατος πραξικοπήσας τὸν Ἀκροκόρινθον Ἀντιγόνην κυριεύοντος, ἐγένετο ἐγκρατής. paullo post. Κλεομένης πεπραξικοπήσας

κοπηκός αὐτὰς καὶ παρηρημένε Τέγεαν, Μαντίνειαν, Ὀρχομενόν. quod in idiotismo nostro dicitur *menee secrete*, id Graecis est, *πραξικόπησις*, aut etiam *πῶξις*. libro IV. *συσησάμενοι πῶξιν ἐπὶ Θύρσων νυκτὸς ἔτι προσέβαλον τῇ πόλει*. paullo ante dicitur Aratus sciuisse eximie *πράξεις, ἀπάτας, ἐπιβλαὰς συστήσασθαι κατὰ τῶν πολεμίων*. Diodorus lib. XV. *οἱ συσησάμενοι τὴν πῶξιν μετανοήσαντες, ἐδήλωσαν τοῖς Βοιωτάρχαις τὴν ἐπίθεσιν*. et *faepe alibi πῶξιν συστήσασθαι de proditoribus urbium leges, aut iis, quibus urbes produntur*. *πράττειν* etiam *faepe idem ac prodere*. lib. IV. de Cynaethensibus; *ἐπεσπῶντο τὰς Αἰτωλὰς καὶ τέτοις ἔπραττον τὴν πόλιν*. ita loquuntur Attici scriptores. Thucydides lib. IV. *ὡς ἤθοντο οἱ πράσσοντες τὸ ἀμάρτημα, ἔδεν ἐκίνησεν τῶν ἐν ταῖς πόλεσι*. qui *prodebant urbes Atheniensibus intellexit errore, quem erraverant duces Atheniensium, nihil mouerant*. quod noster libro IX. in similis erroris narratione, *οἱ ἐκ τῆς πόλεως συμπράττοντες*. Ita accipe illum philosophi locum politicorum libro V. cap. VI. quem neque doctissimus Lambinus, neque alii interpretes sunt assecuti: *ἐν Αἰγίνῃ ὁ τὴν πῶξιν πρὸς Χάρητα πράξας ἐνεχείρησε μεταβαλεῖν τὴν πολιτείαν*. id est, *in Aegina urbe mutare reip. formam aggressus est is, qui oppidum Chareti prodiderat*. in sexta Herodoti Musa Nicodromus Cnaethi F. Aeginensis, patriae offensus Aeginam Atheniensibus prodere instituit. si de ea historia sensit philosophus, Charos hic non est ille dux Atheniensis, qui ad Chaeroneam victus est a Philippo: sed multo antiquior alius. Thucydides libro V. narrans Lacedaemoniorum contra Argiuros expeditionem: *ὑπῆρχε δὲ τι αὐτοῖς καὶ ἐκ τῆς Ἀργεὺς αὐτόθιεν πρασσόμενον*: significat fuisse in ipsa urbe, qui prodere eam Spartanis recepissent. Etsi autem nullum discrimen ponunt Graeci scriptores, inter *πῶξιν* et *προδοσίαν*, politici tamen prudenter ita distinguunt, ut *προδόται* sint dicendi ac prodidisse patriam illi censendi, qui pecunia accepta eam hosti tradiderunt, aut ille, qui iugo seruitutis fit subiecturus. si autem aliquis, quo patriam oppressam dominatione iniusta liberet, occulta consilia ineat, ut auctor libertatis intromittatur, hunc non *προδῶναι*, sed *πῶξαι τὴν λῆψιν* debere dici. Thucydidis verba sunt de Brasida, qui Toronem a paucis civium adiutus noctu per dolum occupauerat, et praesidio Atheniensium urbem liberauerat, ac mox coacta concione facti rationem reddiderat: *ξύλλογον τῶν Τορωνοῶν ποιήσας,*



ἔλεξε τοῖς ἐν τῇ Ἀκάνθῃ παραπλήσια. ὅτι ἔδίκαιον εἶη πράξαν-  
τες πρὸς αὐτὸν τὴν ἡψὺν τῆς πόλεως χεῖρας, ἥτε προδότας ἠγεί-  
σθαι. ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ δαλκίᾳ, ἔτε χρέμιασι πειθέοντας ἐράσασθαι τῆτο,  
ἀλλ' ἐπὶ ἀραθῆ καὶ κλευθερίᾳ τῆς πόλεως. Sed hanc quaestio-  
nem, quis sit proditor habendus, tractat noster ex professo  
eo fragmento, quod ex Suida descriptum exhibemus in  
fragmentis.

Ibid. *πραξικοπήτας*.) Afferit Suidas hunc Polybii locum:  
deinde plura huius verba subiicit, quae omnia a Polybio  
esse petita pro satis comperto habeo: ignoravit antiquus  
Hellenismus hanc verborum formam, Polybio et aliis me-  
dii Hellenismi scriptoribus frequentatam. sic ὄχλοκοπεῖν et  
ὄχλοκόπος libro III. ἔλληροκοπεῖν, legationum numero XLIII.  
πραγματοκοπεῖν ibidem numero LXXXIX. et CXLIV. apud alios,  
δημοκοπεῖν, πολιτοκοπεῖν, θαλαττοκοπεῖν, μετεωροκοπεῖν. in li-  
bro sapientiae Φαντασιοκοπεῖν, quod alibi exposuimus. affine  
apud Marcum imperatorem libro primo, Φαντασιοπλήκτως  
τὸν ἀσκητικὸν ἐπιδείκνυσθαι.

Ibid. *ἔξ ἧ συνέβη τὸς Ῥωμαῖος ἐπ' ἴσκι πολιορκεῖν καὶ πολιορ-  
κεῖσθαι τοῖς πράγμασιν*.) πολιορκεῖν et πολιορκεῖσθαι duobus mo-  
dis accipiuntur: aut proprie de eo genere obsidionis, quod  
ante diximus: aut μεταφορικῶς de iis, qui obsessorum ma-  
la patiuntur: qui tamen servata vocis proprietate, neque  
obsidentur, neque sunt circumvallati. Lyfias in oratione  
adversus Dardanarios, qui annonam candelaciunt: ὥστε ἐνίο-  
τε εἰρήνης ἤσσης ὑπὸ τῶν πολιορκούμεθα. adeo ut interdum pa-  
cis tempore obsessorum mala per istos patiamur. id enim est  
πολιορκεῖσθαι hoc loco. Plutarchus de Pompeio, ἐδίωκε Κεί-  
σαρα μάχης μὲν ἐγνωκῶς ἀπέχεσθαι, πολιορκεῖν δὲ καὶ τρέβειν  
ταῖς ἀτορίαις. Hoc igitur loco Romani dicuntur πολιορκεῖν  
Agrigentinos, quia cinctos tenebant: ipsi vero πολιορκεῖσθαι,  
quia inopia commeatus laborabant, quod solent obsessi. ele-  
ganter M. Tullius Philippica XLIII. de Antonio, qui D. Bru-  
tum Mutinae obsidebat: quem ita obsides, noue Hannibal,  
aut si quis acutior imperator fuit, ut te ipse obsideas: neque  
te iñine, si cupias, possis explicare. recesseris: undique omnes  
iniquaeatur: manseris: haerebis. et ita saepe historici: et-  
iam apud alios scriptores πολιορκεῖν ἢ πολιορκεῖσθαι, pro redi-  
gi ad extrema mala et ultimam perniciem accipiuntur, quo  
etiam sensu apud Oseam prophetam verbum κυκλῶν patres  
capiunt, cum ait capite VII. ἐκύκλωσαν αὐτὰς τὰ διαβέλια αὐ-  
τῶν,

τῶν, circumdederunt eos agitationes irforum, siue consilia. B. Cyrillus exponit, πεπολιόρηνται ὑπὸ τῶν ἰδίων ἐνθυμημάτων καὶ ἀνοσιῶν σκέψεων. in qua pii patris interpretatione, verbum πολιορκεῖσθαι ea, quam diximus, notione est sumendum.

I. 19. παραγγείλας τοῖς Νομαδικοῖς ἰππεῦσι προπορεύεσθαι.) De Numidis equitibus et genere pugnae, quo vtebantur, fuse dicimus libro III. ad illa verba μέγα μὲν ἄτ' ἔπαχον ἄτ' ἐποίηεν διὰ τὴν ἰδιότητα τῆς μάχης.

Ibid. ἀπείτα πάλιν ἐγκλίνας ἀποχωρεῖν ἕως αὐτῶ συμμίξωσι.) Quam variis artibus et simulationibus hostis alliciat in locum infidiarum, vel illa exempla doceant, quae in eam rem congesta sunt a Frontino libro II. cap. V. Sed postquam omnes historias veteres, recentes euolueris, nullam inuenies magis vsitatam rationem, quam cum cedendo sensim, aut terga subinde vertendo in locum infidiarum hostis pertrahitur: quod hoc loco faciunt Numidae. Similia exempla passim obuia: neque hic monitore opus.

Ibid. καταλαβόμενοι τὸν λόφον τὸν καλέμενον Τόρον. In decima sexta Diodori est λόφος Ταῦρος in Sicilia: qui non est iste, sed alius longo interuallo ab hoc semotus.

Ibid. καὶ δύο μὲν μῆνας ἔμενον ὑπὸ τῶν ὑποκειμένων.) Paulo ante dixit: πέντε μὲν ἦν ἴσως μῆνας ἔμενον ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων. Ex his duobus locis colligitur, durasse obsidium Agrigenti septem minimum menses: quod spatium Diodorus vno mense facit breuius, huc enim referenda sunt haec illius verba in ecloga IX. e libro XXIII. ἕξ μῆνας παραναθίσσαντες, nempe Romani, ἔτω παρέλαβον Ἀνράγατα. Obseruent studiosi phrasin Polybianam, μένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων, quoties nihil noui accidit, et seruetur idem belli pacisue status. alibi: ῥαδίως ἔπεισαν αὐτὰς μένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων. atque ita passim Polybius τὰ ὑποκείμενα pro statu praesenti solet vsurpare. velut: μέχρι μὲν γὰρ ἐν τῶν κατὰ λόγον ἦν τις ἐλπίς ἐν τοῖς ὑποκειμένοις, εἰδὲν τῶν παραβόλων παρέλειπε. plena locutio est, τὰ ὑποκείμενα πράγματα. lib. VII. ὅταν προσῶσι μέμφωντά τι καὶ δυσχεραίνωσιν, ἢ τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασι δυσχερῶσιν. Libro sexto in grauissima disputatione opponuntur: ἐξοικεῖν et μένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων. Plutarchus in Philopoemene νικᾶν ἐξ ὑποκειμένων de eo dixit, qui vincit, non paratis ante subsidiis, sed illis, quae ipse sibi suoapte marte comparauit. Translata vox e scholis philosophorum.

Ibid. τῷ δ' Ἀντίβῳ διαπυρσευομένῳ.) Adi ad librum xi: vbi fufe explicat Polybius modos πυρσεύας atque vsum, et nos ad illum vberrime. Ibi etiam docemus, Poenos, dum in Sicilia bellum gerunt, hanc artem diligenter excoluisse, et ad res magnas eius auxilio vsos. auctor Polyaeus libro vii. capite de Carthaginensibus.

Ibid. τέλος ἐτρέψαντο τὰς προκινδυνεύσαντας μισθοφόρους τῶν Καρχηδονίων οἱ Ῥωμαῖοι.) Punicæ Romanæque aciei ordinationem in hac pugna praetermittit Polybius, ex instituto suo: non enim historiam scribit, vt saepe testatur, sed apparatus ad historiam: ex hisce tamen verbis, et iis, quae sequuntur, tantum de Punicæ aciei serie cognoscimus. Praecedebant mercenarii προκινδυνεύοντες. hi erant quasi ferentarii et rotarii aut velites. posterior Graecia προκλάσας vocat, vt passim Leo. sequebantur elephantum tamquam murus aliquis legitimæ aciei oppositus. Elephantorum hæc vt plurimum fuit statio legitima; aut certe in cornibus: etsi interdum in subsidiis alias aut inter ordines collocatos obseruamus. qua de re alio loco diligenter. Bestiarum a tergo erat frons prima iustæ aciei, siue antesignani. deinde τὰ ἐπιτάγματα et ordines diuersi, quorum τὰ καθ' ἕκαστα ignoramus. At Zonaras longe aliter rem totam narrat. non enim acie instructa vtrimque pugnatum fuisse, verum Romanos in recipientem se Hannonem fecisse impetum, et magnam partem copiarum eius deleuisse.

Ibid. συνέβη πᾶν συνταρχθῆναι τὸ τῶν Φοινίκων στρατόπεδον.) Obseruent tirones causam cladis a Carthaginensibus acceptæ. Quum antecursores Poenorum velitum Romanorum pugnam non sustinerent, terga vertunt, et ad grauis armaturæ ordines se recipere conantur. Nullum adeo magnum in ea re periculum erat, si ea manus sine tumultu recessisset, et vel intra ordines aciei recepta ibi substitisset, vel totius aciei profunditatem emensa, pone vltimos ordines fugam stitisset. Nunc isti in effusam versi fugam, elephantos primo perturbant; deinde ad frontem aciei delati, impetu suo efficiunt, vt et qui in prima acie stabant, et deinceps alii fugientium agmine impellantur: ita corrumpitur acies vniuersa, et Romanis ad rem bene gerendam egregia occasio datur. Quam multa hic a Carthaginensium ducibus sint peccata, ex iis, quae inferius differuntur a nobis, poterit intelligi.

Ibid.



Ibid. οἱ μὲν πλείοι διεφθάρησαν αὐτῶν.) Diodori in hanc rem verba foedissime corrupta ita concinnamus ex ipsis corruptae lectionis vestigiis. Ἄννων δὲ πολεμῆσας ἐν δυσὶ μάχαις ἀπέβαλε στρατιώτας, πεζῶς μὲν μυριάς, ἰππέως δὲ σ'. ζωγρίας δὲ δ'. ἐλέφαντας Φασὶ θανεῖν τριάκοντα, τρεῖς δὲ κατατραυματιθῆναι. Hanno pugnare aggressus in duobus praeliis peditum amisit CCICD. equites ducentos, qui viui in potestatem hostium venerant, fuere ad CIO CIO CIO CIO. e bestiis occisas aiunt fuisse XXX. vulneratas III. numerus desideratorum equitum mihi suspectus. Zonaras hoc tantum, Ῥωμῶσι Φόνον πολὺν καὶ αὐτῶν καὶ τῶν ἐλεφάντων εἰργάσαντο. Orosius: Poeni maximo bello (pugnam intellige) victi et profligati, undecim elephantum in potestatem redacti.

Ibid. τινὲς δὲ εἰς Ἡράκλειαν ἀπεχώρησαν.) Hanno ipse castris relictis Heracleam Minoam confugit: Zonaras δ' Ἄννων εἰς τὴν Ἡράκλειαν κατέφυγε, τὸ στρατόπεδον ἐκλιπών. Apud Diodorum statim post narratam Hannonis istam cladem sequuntur haec verba: ὅτι πόλις ἦν ἡ Ἐντιλίνα. ὁ δὲ Ἄννων βλευσάμενος ἐμφρόνως ἐνὶ στρατηγῆματι τῆς ἐχθρῆς ἄμα καὶ τὰς πολεμίας ἀνείλεν. Auctor illorum excerptorum, aut qui illa descriperunt, ita omnia mutilarunt, vt in plerisque diuinatione opus sit, vt scias, quo illa pertineant. quod igitur hic dicitur Hannonem prudenti vsu consilio, stratagemate vno et inimicis et hostibus perniciem attulisse, referendum est ad vasrum illius consilium, quo Gallos mercenarios, qui non manebant in fide, simul et Romanos est vitus. historiam narrat Frontinus libro III. cap. xvi. sed Frontinus Amilcari stratagema tribuit, quod Diodorus Hannoni: et rursus Hannoni, quod Graeci Amilcari, vt e Zonara ante docuimus.

Ibid. χώσας δὲ φορμοῖς ἀχύρων σεσαγμένοις τὰς τάφρους.) Inter species munitionis paullo ante ponebamus χῶσιν, aggestionem terrae cuius in re militari varius et multiplex vsus. Interdum aggeritur humus ad excitandam altitudinem, quae fit pro pluteo, et tela hostium defendat: cuiusmodi sunt χώματα, quae super fossarum labris exstruuntur. Latini aggerem, vel etiam vallum vocant. aliquando attolluntur in vsu ἐπιτειχισμάτων et turrium stabilium, siue mobilium, ex quibus tela in obsessos mitti queant. hunc quoque Romani aggerem dicunt, et Graeci veteres χῶμα, recentiores ἔγσσα, vel ἄγσσα deprauatione verbi Latini.

Aliud

Aliud genus *χάσεως* est, quum portus mole iniecta obturantur, aut quum in lacu vel mari, vt olim ad Tyrum Alexander, muniendo fit via; quarum aggestionum multa sunt vetera et recentia exempla. Aliud item, idque vltimatissimum genus est *χάσεως*, quando fossa terra ingesta repletur, quod hoc loco fit ab Hannibale, res vt diximus in creberimo vsu posita, sed modus, quo vsus hic Hannibal observatione dignus, ac propterea Polybio notatus. communiter omnis *χάσις* aggestione fit humi: *χωμιύειν* enim est ingestu terrae glebaeue obruere: verum quia haec ratio temporis indiget ac morae, quam saepe necessitates bellicae non ferunt; propterea vsus inuenit, vt loco terrae alia adhibeantur. Tria fere in eam rem solita admoueri, sexcentis locis Graecae Latinaeque historiae docent: terram, saxa, et ἔλην, materiem, siue ligna: eaque vel grandia, vt trabes, arborum trunci, aut ipsae integrae: vel minuta, ac fere vineta, vt *κλάδων ἀγκαλίδες*, quas in simili re nominat Apollodorus in Poliorceticis, ramorum frondiumue fasciculi, item sarmentorum et virgultorum. aliquando etiam quisquiliae et lacunarum inquinamenta ac fordium omne genus complendae fossae iniiciuntur deficientibus lapidibus, vt ait Nicetas libro iv. *τὴν τάφρον ἐνέπλησεν ἀφυσγέτω δια τῶν λίθων σέρησιν.* denique vbi res poscit, quicquid est ad manum, in eum vsum solet verti. ipsa quinetiam corpora vulneratorum et occisorum cadauera fossarum saepe fiunt complementum. vnde illa grauis Appiani querimonia in Punico, *ἄνθρωπος*, inquit, *ἀναπλήρωμα βάρη*: dixerat enim de milite Romano, Carthaginem duce Scipione ex summis opibus oppugnante: *λιθολόγοι ὅσοι πελέκασι καὶ ταῖς ἀξίναις, οἱ δὲ ταῖς χηλαῖς τῶν κόντων: τὰς δὲ νεκρὰς καὶ τὰς ἔτι ζῶντας ἐς τὰ τῆς γῆς κοῖλα μετέβαλλον, ὡς ξύλα καὶ λίθους ἐπισφύροντες.* qui lapides legebant, inquit, *pars securibus aut dolabris, alii contorum furcillis et mortuos et adhuc viuos in terrae caua coniciebant; nec secus quam ligna et saxa trahebant.* Tacitus iv. *Anna-*

*lium: interea barbari cateruis decurrentes, nunc in valium manualia saxa, praeustas fudes, decisa robora iacere: nunc virgultis et cratibus, et corporibus exanimis complere fossas.* Liuius libro xxiii. de Poeno hoste et duce Hannibale: *Hunc natura et moribus immitem ferumque insuper dux ipse efferauit, pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue faciendis.* Omnium vero maxime congeri illa solent, quae

loci,

loci quum occupent plurimum, pondus habent minimum; culcitae, et quaecumque aut tomento, aut palea sunt facta, sicut de Hannibale narrat hic Polybius. Similium porro euasionum ex vrbibus circumuallatis multa possemus exempla afferre ex historiis, siue antiquis, siue recentibus: sed iis omisissis, quae studiosi per se adnotabunt, vnicum adferemus Appiani locum, vbi non solum euasio huic gemina tentatur; verum etiam apparatus omnis describitur necessarius ad huiusmodi consilium exsequendum. In quinto Ciuiliū narrat Appianus, Lucium Antonium ab Octauiō Perusia circumuallatum conatum esse cum suorum militum manu erumpere, et fossis murisque superatis salutem sibi parare: quibus autem rebus instructi generoso incepto se accinxerint ita narrat. ὁ Λεύκιος ἤγε πρὸς ἡμέρας, σίδηρόν τε τειχομάχων εἶχον πολὺν, καὶ κλίμακας εἰς εἶδη πάντα διεσκευασμένας. ἐφέρετο δὲ καὶ τάφρων ἀχασήρια ὄργανα, καὶ πύργοι πηκτοὶ σανίδας εἰς τὰ τεῖχη μεθιέντες, καὶ βέλη παντοῖα καὶ λίθες καὶ γέβρα τοῖς σκόλοψιν ἐπιβρίπτεισθαι.

Ibid. ἔλαθε τὰς πολεμίας ἀπαγωγῶν ἀσφαλῶς τὴν δύναμιν.) E diametro cum his pugnat Zonarae narratio vndeunde petita: αὐτὸς μὲν ἔλαθεν, οἱ δὲ ἄλλοι γνωθέντες οἱ μὲν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, συχνοὶ δὲ καὶ ὑπὸ τῶν Ἀκραγαντίνων ἐκτάνθησαν. Polybius sibi constat: nam eius sunt verba paullo post de hoc Hannibale, ἔτος ἦν ὃ τὰς δυνάμεις ἐκκλέψας νυκτὸς ἐκ τῆς τῶν Ἀκραγαντίνων πόλεως.

Ibid. ἄθενός δ' αὐτοῖς ἐμποδῶν ἰσαμένα, παρεισπεσόντες διήρπασαν τὴν πόλιν.) Sunt, qui tradant, Agrigentinos in fugientem Hannibalem vna cum Romanis fecisse impetum: multosque eorum occidisse: quod tamen, inquit Zonaras, apud Romanos nihil eis profuit. direpta enim vrbs est, et ipsi omnes hastae subiecti. auctor est Diodorus, sectione eius vrbs facta esse mancipia amplius viginti quinque millia. sic ille. δέλεος δὲ ἀκραντες ἅπαντας πλεον τῶν διαμυρίων καὶ s. prima verba non carent mendo. fortasse δέλεος δράσαντες ἅπαντας. nam et alibi eo verbo vtitur. Subiicit ibidem Diodorus, Romanos toto hoc anno aut certe obsidione amisisse peditem triginta millia, equites Φύ. quadraginta supra quingentos. sed est error, quem ante notauimus, μ pro α vel χ. CIO.

I. 20. ἐν ἔμενον ἐπὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς λογισμῶν.) Ait Romanos capto Agrigento, et de Poenis nobili parta victoria,

confi-



consilium suscepisse adimendae Poenis Siciliae, de quo ante non cogitauerant. ratio est; quia successu augentur hominum studia: et profectu ipso homines inuitantur ad ea persequenda, quae vel temere, vel per occasione[m] tentantibus bene cesserint. Huc pertinet, quod antea dicebamus ex Polybii sententia, eosdem Romanos ad occupandum orbis imperium occasione fuisse inuitatos: non autem destinatione animi certa id multo ante esse molitos. Adscendamus ad causam causae, quae est Dei prouidentia, siue ut historici solent dicere, vis fatorum occulta, quae Romanos ad orbis imperium vocabat, et iam tum res omnes in eum finem dirigebat. Hoc, qui non videt in historia vniuersa veteris populi Rom. nihil profecto videt: qui non attendit, non miratur praecipuum vsum ac fructum historiae.

#### IV. *Belli Punici primi annus iv. De maris imperio et Romanorum primo studio eius capeffendi.*

Hoc anno nihil gestum est in Sicilia dignum memoria, ab iis Coss. qui mox nominantur. Zonaras iccirco, Eutropius, et post illum Orosius, hunc annum ne attigerunt quidem; Mytistrati tamen obsessio, quae narrante Diodoro septem menses frustra Romanos tenuit, huic anno, opinor, congruit. Polybius etsi fatetur consules huius anni res Siculas ἐνδοχουμένως administrasse, hoc est, pro copiis quas habebant, satis commode; multasque adeo vrbes ab iis deditione captas: omnia tamen, quae in prouincia hi Coss. gessere, praetermisit. Denique nulla alia re insignem hunc annum facit Polybius, nisi rei naualis cura tum primum a Romanis serio suscepta. Et ait Polybius tanti hanc rem se aestimare, ut nihil aequae eum impulerit ad breuiter saltem narrandum bellum Punicum primum, atque hoc, ut originem et principium eius studii apud Romanos exponeret. Quam necessaria res sit ad magnum imperium, siue parandum, siue firmandum, habere in sua potestate mare, etiam mediocriter periti rerum politicarum, et eorum, quae nunc cum maxime geruntur ἐκ ἀνήκους, non ignorant. Omnino magnae potentiae praesidium et quasi pignus est semperque fuit mari dominari, quod Graecis θαλασσοκρατείν dicitur. Propterea antiqui Chronicorum apud Graecos scriptores, quum nullum exstaret summum imperium vllius Graeci populi,

puli, cuius factis ante Olympiadum institutionem doctrina temporum inniteretur, inter alia tempora, quibus ad seriem temporum designandam sunt vsi, istud non praetermiserunt; sed populos diligenter recensuerunt, penes quos imperium maris quondam fuisset, atque omnes mutationes, quae in ea re contigerunt, accurate in suis Chronologiis adnotarunt. Exstant hodie eius obseruationis clara vestigia in Chronico Eusebiano: vbi historia vniuersa imperii maris ab ipso eius principio ad Romana vsque tempora, vt videtur, deducta et pertexta fuerat: sed qui superioribus saeculis aureum illud Eusebii opus nobis descripserunt, ingenti etiam hic negligentia vsi, obseruationi pulcherrimae magnas tenebras intulerunt. Quoniam igitur ad eum annum deuenimus, quo maritimi Romanorum imperii iacta sunt fundamenta, multusque in eo sermone est Polybius, non pigebit hoc loco, quae de eo apud Eusebium restant, adhuc vestigia legere ac persequi, et de re cognitu dignissima ὁδὴ πάρεργον nonnulla adnotare. Ergo vt a capite rem ordiamur, maris imperium ante Carthaginenses, quibus Romani eripuerunt, hi populi leguntur tenuisse.

I. *LT DI* numero Eusebiano ab Abraham *DCCCXL*. qui est ἀπὸ τῆς κοσμογονίας, *MMDCXC*. Magni scriptores primum ex omnibus Graecis Minoem Cnossiorum in Creta regem, maris potentem fuisse scribunt. Diodorus bibliothecae libro *iv*. Μίνω πρῶτος Ἑλλήνων ναυτικὴν δύναμιν ἀξίολογον συστήσάμενος ἐθαλαττοκράτησε. confirmat scriptor eruditissimus Nicolaus Damascenus, cuius verba sunt apud Stobaeum, capite *xlii*. Κρῆτες πρῶτοι Ἑλλήνων νόμος ἔχον Μίνωος θεμένε, ὃς καὶ πρῶτος ἐθαλασσοκράτησε. Eusebius tamen hoc refellit: scribit ex versione B. Hieronymi numero *DCCLXV*. *Minos mare obtinuit et Cretensibus leges dedit, vt Paraedius memorat: quod Plato falsum esse conuincit.* quid hoc loco sibi vult vox Paraedius, illustrissimi Iosephi Scaligeri animaduersiones docent. Equidem vehementer miror, quomodo ex Platone sibi persuaserit, siue Eusebius, siue Africanus, falsum esse, quod de Minois imperio maritimo vetustissimi scriptores memoriae prodiderant. ego nihil apud Platonem inuenio, cur aliter credere debeam. et Strabo libro *x*. traditionem vetustam, prouerbii testimonio, hoc est Graecorum communi consensu comprobatur: solitos enim dicere de eo, qui rem probe sibi notam scire dissimulat, Scilicet

licet Cretenſis mare ignorat. Credere, inquit, par eſt, ναυκρατεῖν πρότερον τῆς Κρήτας. ὡς καὶ προοιμιάζονται πρὸς τὰς προποικιυέντας μὴ εἰδέναι, ἀ' ἴσασιν. Ὁ Κρηε ἀγνοεῖ τὴν θάλασσαν. Eusebius tamen ista persuasione imbutus, aliter pronuntiat. In interpretatione Hieronymi numero DCCCXI. siue ut aliae editiones habent DCCCXLII. ita scriptum, *Lydi mare obtinuerunt*: Graeca a Scaligero descripta e codice regio Georgii Monachi et publicata sunt vberiora, pag. 31. Λυδοὶ, οἱ καὶ Μαιόνες, ἐθάλασσοκράτησαν ἔτη 53. Primi igitur ex sententia Eusebii maris domini et θαλαττοκράτορας fuerunt Lydi.

II. *PELASGI*. Eusebius DCCCCLIX. *Pelasgi mare obtinuerunt*. et apertius Graece pag. xxxiv. Πελατγοὶ δεύτερον ἐθάλασσοκράτησαν ἔτη πε. pro δεύτερον scribendum δεύτεροι, ut semper in sequentibus, τρίτοι, τέταρτοι. Ex libro v. Strabonis et accurata Dionysii disputatione in prima historia, scimus Pelasgos gentem vetustissimam Graecorum, quondam πολλὴν ἐπιφανείαν κτήσασθαι, sed quae nullum diu firmum stabulum habuerit, modo huc modo illuc sedes transferre solita. Quod ad numeros attinet, cum Graecis Latina, in quibus error magnus vix potuit admitti, non consentiunt. Imperium Lydorum Graecus textus facit annorum xcii. Latinus cxix, ut fortasse legendum sit ρκ. non εβ. Pelasgos Graeca produnt θαλαττοκρατήσαν annos LXXXV. Latina versio LV. hoc est, 56. non autem πέ. Sequitur enim:

III. *THRACES*. Eusebius MXXIV. *Tertio mare obtinuerunt Thraces; annos decem et novem*. Graeca editio Τρίτοι ἐθάλαττοκράτησαν Θρᾶκες, ἔτη οθ. *Tertio mare obtinuerunt Thraces annos LXXIX*. ita corrigendum esse in versione Hieronymi testis Eusebius ipse, qui proximos θαλαττοκράτορας separat maiori adhuc intervallo a Thracibus. vide mox.

IV. *RHODII*. Eusebius MC. *Quarto mare obtinuerunt Rhodii annos xxiii*. In editionibus summi vironum Arnoldi Pontaci Episcopi Vasatensis et Iosephi Scaligeri, legitur haec nota eidem anno appolita MC. quum si verum sit, Thraces annos LXXIX. esse dominatos, ut modo dicebamus, apponi ista debuerint anno MXXIII. sed ut ratio congruat de Thracibus, Rhodiis, Phrygibus, puto transferendam hanc notam in annum MCIII. et pro οθ. scribendum



dum esse πζ'. LXXXIX. De Rhodiorum dominatione Graeca editio ita loquitur: Τέταρτοι ἐθαλασσοκράτησαν Ῥόδιοι, κατὰ δέ τινας πέμπτοι ἔτη κγ'. eadem diuerfitas; mox iterum notatur. quare autem Rhodios in hoc albo, quidam quarto loco recensuerint, alii quinto, nusquam hodie legitur, postquam doctissimorum hominum scripta, qui de his rebus ex antiquissimis Graecorum monumentis disseruerant, perierunt. Strabo libro xiv. videtur diuturnius multo hoc maris imperium Rhodiorum facere, quam trium et viginti annorum. Scribit enim de ea ciuitate: Θαυμασὴ ἡ ἐπιμέλεια πρὸς τὰ ναυτικά, ἀφ' ἧς ἐθαλασσοκράτησεν ἡ πόλις πολὺν χρόνον.

v. *PHRYGES*. Eusebius MXXVII. Quinto mare obtinuerunt Phryges annos xxv. Graeca Scaligeriana Φρύγες πέμπτοι ἐθαλασσοκράτησαν ἔτη κέ. κατὰ δέ τινας ε'. hoc est, ἔκτοι non autem ἕξ.

VI. -- -- -- -- Eusebius MCLII. Sexto mare obtinuerunt -- -- -- -- annos xl.

vii. *PHOENICES*. Eusebius MCXCII. Septimo Phoenices mare obtinuerunt. Tyri et Sidonis urbium Phoeniciarum nauigationes et potentiam omnis historia celebrat; maxime autem sacrae literae, et prophetarum vaticinia, vt Isaiæ capite xxiii. lege Strabonem libro xvi.

viii. *AEGYPTII*. Eusebius MCCXXX. Aegyptii post Phoenices mare obtinuerunt.

ix. *MILESII*. Eusebius MCCLXV. Olympiade vi. Mare obtinent Milesii, construxeruntque urbem in Aegypto Naucratim.

x. *CARES*. Eusebius MCCLXXXIV. Olympiade xi. Mare obtinent Cares. Castor siue alius scriptor vetus apud Suidam, τὰς Κᾶρας θαλασσοκρατῆσαι λέγεται μετὰ Μίνω τὸν Κρήτιον. Meminit θαλαττοκρατίας Carum Diodorus libro quinto: μετὰ τὰς Τρωϊκὰς χρόνας κατέχου τὴν νῆσον (Lesbum) Κᾶρες καὶ ὃν καιρὸν ἐθαλαττοκράτην.

xi. *LESBII*. Eusebius MCCCXLI. Olympiade xxxvii. Post Cares mare obtinuerunt Lesbii annos lxix.

xii. *PHOCAEENSES* per annos xliv. In Latinis libris haec nota est praetermissa, vt et sequentes, praeter vnam, omnes. In Graecis Scaligeri ms. pag. xlii. habentur haec β'. Φωκαῖς ἐθαλασσοκράτησαν ἔτη μδ'.

xiii. - - - - -

xiv. - - - - -

xv. *NAXII* per annos x. In Graecis excerptis Scaligeri p. XLIII. Νάξιοι ἐθάλασσοκράτησαν ἑτηί. *Naxii decimi quinti mare obtinuerunt annos decem*. Naxus haec insula est vna e Cycladibus, de cuius priscis cultoribus multa Diodorus libro quinto: vbi etiam de potentia, quam aliquando in mari obtinuerunt Naxii, ita narrat. Φασὶν ἐπέδῃναί τὴν νῆσον εἰς εὐδαιμονίαν, καὶ ναυτικὰς τε δυνάμεις ἀξιολόγως συστήσασθαι, καὶ ἀπὸ Ξέρξου πρώτης ἀποσάντας ἐκ τῆς ναυτικῆς συγκαταναυμαχῆσθαι τὸν Βάοβαρον.

xvi. *ERETRIENSES* per annos vii. Graecus textus Eusebii: Μετὰ Νάξιος Ἐρετριῶσις ἑτῆ ζ'. *Post Naxios Eretrienfes decimi sexti maris imperium obtinuerunt annis septem*. Eretria vrbs quondam in Euboea insula admodum potens opibus, secunda a Chalcide, quae erat metropolis et caput totius insulae. Strabo libro x.

xvii. *AEGINETAE*. Eusebius MDVIII. Olympiade LXVIII. *Decimo septimo mare obtinent Aeginetae, annos xx. usque ad transitum Xerxis*. Ita descripsit haec verba e suis libris Arnoldus Pontacus: in aliis codicibus desiderantur illa *decimo septimo*, quae recto iudicio ab eo sunt restituta. Fallitur vero doctissimus vir, quum disputat, legendum potius esse *undecimo*. imposuit ei defectus Latinorum librorum, in quibus populos *θαλαττοκράτορας* ante Aeginetas non inueniebat nisi decem. sed vitium exemplarium palam arguunt, quae haecenus diximus. In Graeco textu ita legitur: Γέλων Συρακυσίων ἐκράτησεν ἑτη ιζ'. ἐθάλασσοκράτησαν Ἀγινῶται ἑτη ι. hic quoque a librariis peccatum: nam legendum est, Γέλων Συρ. ἐκρ. ἑτη ζ'. ιζ'. ἐθαλ. *Gelo Syracusis dominatus est annos septem. Decimi septimi mare obtinuerunt Aeginetae annos x.* Gelonis tyrannidem tot annorum fuisse, et Diodorus scribit. de Aeginetarum imperio maris Strabo quoque facit mentionem libro viii. Αὕτη ἐστὶν Αἰγίνα, ἣ καὶ θαλαττοκρατήσασά ποτε, καὶ περὶ πρωτείων ἀμφισπρητησασά ποτε πρὸς Ἀθηναίους ἐν τῇ περὶ Σαλαμίνα ναυμαχίᾳ κατὰ τὰ Περσικά. meminit et Aelianus variae historiae libro xii. cap. x. Post Aeginetarum *θαλαττοκρατίαν* nihil vltius de imperio maris adnotatum in Eusebii Chronico. Sed quum dicat Eusebius, obtinuisse illos mare usque ad transitum Xerxis, quinam illis successerint non est obsecurum. Nam post victoriam de Nerxe et Peris relatum principatum Graeciae sine controuersia possederunt ἐναλλὰξ et per vices *Athenienses*

*nienfes et Lacedaemonii*: nos autem demonftrauimus antea, horum dominationem nihil aliud fuiſſe, niſi *θαλάττης ἐπι-κράτειν*, maris imperium et potentiam maiorem, quam reliqui Graeciae populi haberent. Poſtquam continuis diſſenſionibus et bellis fractae ſunt horum opes: terra marique late imperitarunt Europa et Aſia reges Macedonici. hos quoque temporibus illis *θαλαττοκρατῆσαι*, quum modo, qui in Aſia et Syria regnabant, praeualerent copiis naualibus; modo qui in Macedonia rerum potiebantur, plurimum mari poſſent, in bibliotheca refert Diodorus, qui etiam libro xviii. auctor eſt, Athenienſes aliquot in mari a Macedonibus clades accepiffe; *Μακεδόνων*, inquit, *τότε θαλαττοκρατῆντων*. Atque haec de populis Graeciae. Sciendum vero, numquam Graecos tantum in mari potuiſſe, vt verſus occidentem vltra mare Ionium potentia eorum extenderetur. Ergo etiam inter occidentis populos fuerunt, qui maris imperium ſibi vindicarent. Spina vrbs fuit in Italia, ad mare ſuperum ſita, Rauennae vicina, vetuſtiſſima Graecorum colonia. huius oppidi ciues Spinetas quondam tenuiſſe maris imperium, auctor Strabo libro v. *Ἰσορεῖται*, inquit, *περὶ Σπινητῶν ὡς θαλαττοκρατησάντων*. Dionyſius Halicarnaſſeus libro i. Spinetarum hoc imperium fuiſſe diuturnum ſcribit, atque opibus florentiſſimum. *εὐτύχησάν τε μάλιτα τῶν περὶ τὸν Ἰώνιον οἰκόντων θαλαττοκρατῆντες; ἄχρι ποθῶ, καὶ δεκάτας ἀνῆγον τῷ Θεῷ καὶ ἀπὸ τῶν θαλάσσης ὠφελειῶν εἶπερ τινες καὶ ἄλλοι λαμπροτάτας*. Sed multo illuſtrius Tyrrhenorum fuit imperium, quos magnae parti maris mediterranei eſſe dominatos, idque per diu, a multis proditum eſt memoriae. Strabo de Luna, in qua vrbe tum fuit Etruſci imperii ſedes, et portu Lunenſi libro v. *ἡ μὲν ἐν πόλις ἔσ μεγάλη, ὁ δὲ λιμὴν μέγιστός τε καὶ κάλλιστος, ἐν αὐτῷ περιέχων πλείους λιμένας, οἷον ἂν γένοιτο τὸ ὀρμητήριον θαλαττοκρατησάντων ἀνδράπων τοσαύτης μὲν θαλάττης, τοσῶτον δὲ χρόνον*. Dionyſius libro primo, de appellatione maris Tyrrhenici: *ἔπει Τυρρῆνοι θαλαττοκράτορες ἐγένοντο, μετέλαβεν ἣν ἔχει νῦν προσηγορίαν*. idem quoque Diodorus libro v. Tyrrheni, inquit, *ναυτικῶς δυναμέσι ἰχύσαντες καὶ ποθῶς χρόνος θαλαττοκρατῆσαντες τὸ παρὰ τὴν Ἰταλίαν πέλαγος ὑφ' ἑαυτῶν ἐποίησαν Τυρρῆνικὸν προσηγορευθῆναι*. meminit etiam alibi. Non ſatis ſcio an populis *θαλασσοκράτορες* accenſeri Maſſilienſes debeant: nam maris quidem imperium ipſos obtinuiſſe non memini legere;



classicis tamen apparatus fuisse instructissimos docet Strabo: qui etiam auctor, refertam eorum urbem fuisse donariis et spoliis, quae ceperant *ἀεί κατὰ ναυμαχῶντες τὰς αὐφισβητῶντας τῆς θαλάττης ἀδίκως*. Et Etruscorum potentiam obscuravit Carthaginensium dominatio, maior opibus, amplior sinibus, prior temporibus. Hos autem maris quoque imperium tenuisse, quum vigeabant res Punicae, e vetere historia certum est, et multis locis Diodori monumenta testantur. Ante Romanos tentavit hoc illis decus adimere potentissimus tyrannus Agathocles: et vero navitate, industria et dexteritate profecit homo sollertissimus non parum. semel enim insigniter et supra spem victis Carthaginensibus, victoriae praemium dominationem maris est consecutus. Diodorus in cxxviii. Olympiade, libro xx. *Ἀγαθοκλῆς ἐδ' ἐλπίδας ἔχων τῷ κατὰ θάλασσαν περιέσειθαι ποτατῶν Καρχηδονίων, ἐνίκησε ναυμαχίᾳ παραδόξως. καὶ τὸ λοιπὸν θαλασσοκρατῶν παρέιχετο τοῖς ἐμπόροις τὴν ἀσφάλειαν*. sed quod ex insperato tyrannus immanis erat consecutus, ex insperato citissime amisit, omnibus Africae populis mox ab eo deficientibus. itaque imperium Carthaginensium confestim in pristinum locum est restitutum, et ipsi *αὖ ἐθαλασσοκράτησαν*, ut scribit paullo post Diodorus. Romani vero ubi semel maris potentes sunt facti, sedulo semper cauerunt, perfeceruntque adeo, ne eius suae potentiae aemulos haberent. itaque victis primo et secundo Punico Carthaginensibus et postea Antiocho, lex inter primas foederis conditiones dicta, ne ultra certum numerum, eumque oppido paruum, naues parare possent. Lege formulas foederum illorum apud Polybium et Livium, nemo θαλασσοκρατίας Rom. meminit ante Lycophronem, qui vix potuit vidisse bellum Punicum primum, aut certe vix vti. ille tamen, p. 157. appellat Rom. *γῆς καὶ θαλάττης* principes. Sciant vero studiosi, verbum θαλασσοκρατεῖν non semper apud historicos aliosue scriptores de imperio maritimo esse accipiendum. interdum enim ita dicitur, ut *ἵπποκρατεῖν*, quod non significat equitibus dominari, aut praeesse: verum copiis equestribus praestare, et, ut loquitur Livius, equitatu meliorem esse; sic θαλασσοκρατεῖν, de eo, qui copiis naualibus fuerit instructior, aut qui in proximo sibi mari impune vagatur sine metu potentioris. ita dicit Xenophon in iv. rerum Graecanicarum, Corinthios in sinu, quem hinc Achaia, inde

Lechaemia

Lechaecum claudunt, Θαλαττοκρατῆσαι, et Diodorus libro XVIII. de Cyzicenis cum Arridaeo bellum gerentibus, Θαλαττοκρατῆντες ῥαδίως ἡμύνοντο τὰς πολεμίας. Sic et alibi tiro-nes legent et accipient.

I. 20. τὰ μὲν ἔν περὶ τὰς πεζικὰς δυνάμεις εἴρων κατὰ λόγον σφίσι προχωρῶντα.) κατὰ λόγον Polybio hic et alibi non raro est idem ac si latine dicas, ex animi sententia, quum destinata procedunt, et consilia ad finem propositum perveniunt. Legationum LIII. ecloga. Ῥωμαῖοι κυθόμενοι κατὰ λόγον κευωρηκέναι τοῖς Ἀχαιοῖς τὰ κατὰ τὴν Μεσσήνην. I. XXX. συνελογίζοντο δεδιέναι τὴν περίεσιν Ῥωμαίως, καὶ μὴ χωρεῖν αὐτοῖς τὰ πράγματα κατὰ λόγον. res ipsis non succedere secundum rationem, hoc est, vti proposuerant et sperauerant. Aliquando aliter accipiendum: vt in nauali praelio, quod paullo post describitur τὸ κατὰ λόγον ἐπετελεῖτο κατὰ τὴν μάχην, ὅπερ εἰκὸς, ὅταν ἢ παραπλήσια πάντα τὰ τῶν ἀγωνιζομένων, procedebat pugna secundum rationem. hic κατὰ λόγον non est, ex animi sententia: sed prout ratio ostendit fieri debere. erat autem rationi consentaneum, vt pares vires par belli fortuna sequeretur, et victoria anceps aut nulla. pag. DCII. Ἄρατος τὸ κατὰ λόγον ποιῶν καὶ προνοούμενος τῷ μέλλοντος συνετάξατο πρὸς Ταυρίωνα. Solet etiam dicere ἐκ τῶν κατὰ λόγον, vel ἐκ τῆ κατὰ λόγον, pro, vt par est, vt fit verisimile. sub finem libri V. τῶν πλοίων ἐκ τῶν κατὰ λόγον ἐγκρητῆς ἂν ἐγεγόνει. et συλλογίζεσθαι ἐκ τῶν κατὰ λόγον, quod alibi dicit ἐκ τῶν εἰκότων. Vide amplius libro III. ad illa verba pag. CCCLXVI. ἐν τῇ κατὰ λόγον παρισάνου ζυγῆντα. Vertimus δυνάμεις πεζικὰς pedestres copias. quod non desunt viri eruditi, qui reprehenderent. πεζικὰς enim esse terrestres copias. nam quae est ambiguitas in voce Graeca, modo equestribus modo naualibus copiis opponi solita, eadem est etiam in Latino sermone. Liuius libro XXVIII. Cum his ceteraque praeda Nicia praetore Achaeorum Aegium misso, quum Corinthum petisset, pedestres inde copias per Boetiam terra duci iussit. Orosius libro III. cap. primo: Pisander dux apud Spartam, per Agesilaum regem relictus, maximam munitissimamque classem tunc instruxerat, vt illo pedestrem expeditionem agitante, ipse quoque nauali discursu oram maritimam peruagaretur. Velleius Paterculus: Eadem virtus et fortuna subsequenti tempore ingressa animum imperatoris Tiberii fuit, quae initio fuerat; concussis hostium vi-

ribus; classicis peditumque expeditionibus. hoc est, τῶν τῶν πεζικῶν δυνάμεων ἐκστρατιῆς, siue ἐφόδοις.

Ibid. εἰ κατασπαθίοντες στρατηγοὶ Λεύκιος Οὐαλέριος, καὶ Τίτος Οὐατακίλιος.) Pœnius in saxo Capitolino. L. Valerius M. F. L. N. T. Octacilius C. F. M. N. Craffius.

Ibid. ἐξυσοπατεῖτο αὐτοῖς ὁ πόλεμος.) ζυγοπατεῖν est rei pondus cum facomate æquare: vel duas res pares inter se facere. inde venuste ad alia solet transferri. Lucianus de scribenda historia: ἐπειδὴν ἀναμειχθῶσι κοινῇ ἔσω ἢ θάνα. καὶ ζυγοπατεῖται τότε ἄσπερ ἐν τρυτάνῃ τὰ γινόμενα. eadem locutio apud Ammianum scriptorem semigræcum, libro xxiv. quum certaretur asperrime, multique funderentur altriviscus, et æquæ vires gesta librarent. indidem sunt illa, ἰσοάφοπος μάχη, δύσους ἀντιβλήσασ, vel ἰσοτάλαντος. Sed quam libenter veteres Graeci in rebus bellicis vterentur vocibus ἀπὸ τῆς σαθμικῆς petitis, declarant præcipua eius artis verba, Φαλαγγεῖ, ζυγός, βάρος, σήκεια, et alia, quae in his libris a nobis exponuntur. Aristoteles quoque hoc simili vsus: quum in secundo politicorum declarans discrimen, quod est inter communionem ciuitatis et commilitiū, ait illam quidem semper constare e differentibus specie: commilitium vero contra: esse enim societatem, quae ad bellum coitur, similem, vt quum in rebus ad libram pendendis pondus maius desideratur, quod sit par et æquale ei, quod in altera lance praegravat. est sane genus pugnae violentissimæ, quando alis et vmbone hostis impellitur, ac totius corporis pondere vrgetur: qua de re multa loco opportuno dicentur. recte igitur philosophus dicit, societatis huius vtilitatem esse in augenda quantitate. verba Aristotelis subiiciam; ἢ μόνον ἐκ πλείονων ἀνθρώπων ἐστὶν ἡ πόλις, ἀλλὰ ἐκ εἰσὶ διαφερόντων. ἢ γὰρ γίνεται πόλις ἐξ ὁμοίων. ἕτερον γὰρ συμμαχία καὶ πόλις: τὸ μὲν γὰρ τῶ ποσῶ χαρίσιον, καὶ ἢ τὸ αὐτὸ τῶ εἰσὶ βοηθείας γὰρ χάριν ἢ συμμαχία πέφυκεν, ὥσπερ ἂν εἰ σαθμὸς πλείον ἐλαίστη. Apud Diodorum Siculum libro xvii. obseruabam verbum ταλαντεύεσθαι non dissimiliter positum.





---



---

MERICI CASAVBONI  
NOTAE IN LIBROS V.

---



---

I. 6. **T**ῶ πρότερον ἔτει τῆς τῶν Γαλ. ἐφόδου.) De his verbis satis multa b. m. parens in editis notis: ex quibus tamen non plane colligas, quod ad oras tum nouae Parisiensis; tum veteris Basiliensis editionis diuersis verbis, sed quae eodem fere redeunt, adscripsit. Verba autem illa, ad has quidem oras, haec sunt: (An satis Graecum? nam suadet Graecismus, τρίτῳ πρότερον. aut tale quid) Ad illas autem; (corrigere ex pag. 100. τρίτῳ πρότερον ἔτει.) Eadem utrobique, siue correctio, siue coniectura, dicenda est? sed alio nixa fundamento. Recentiore esse istorum verborum scripturam, quam sunt editae notae, praestare non possum: hoc fidenter affirmare possum, haud pauca in illis notis, partim confusa, partim manca et mutila esse. Mihi autem nihil minus in animo est, quam rationes chronologicas hic excutere; sed ne cuiquam diligentius ista scrutaturo, siue Polybii, siue Pausaniae verba (de quibus ad haec Polybii non pauca ὁ μακκρίτης, in edito illo Commentariorum ἀποσπασματίῳ:) negotium facebant, operae erit, fortasse similes locos plures contulisse, ex quibus collatis, quod rectum et genuinum est, tanto facilius, qui id acturus est, eruet. Excerptarum igitur legationum, quae num. 38. edit. Paris. Graeco-Lat. pag. 847. b. ἃς ἦσαν πρότερον αὐτοὶ ἔτι ὑπογεγραμμένοι. Haud ista longe abeunt a vulgata Pausaniae lectione: Vertit autem ibi ὁ μακκρ. cui ante subscripserant. Legatione Paris. edit. pag. 873. a. εἰτινες ἐτίγγανον ἔτι πρότερον ἠρημένοι τὰ Φαρνάκια. Istorum verborum versio a parente, vel tylotheta praeterita sit, non possum dicere. nullam certe exhibet editio illa Parisiensis. Vertere possumus: *qui iam antea Pharnaci adhaeserant: vel, partes Pharnaci secuti erant.* Legatione 64. Paris. edit. p. 886. ἔτι πρότερον ἅμα τῷ Φαγερόν γενέσθαι, etc. vbi versio, *Iam antea vbi cognitum est* etc. Legat. 89. Paris. edit. p. 915.

καὶ διότι τῷ πρότερον ἔπει ψηφισαμένων τῶν Ἀχαιῶν: quod superiore anno, etc. vt ibi versum.

I. 18. πέντε μὲν ἔν ἔσως μίνας ἐπὶ τῶν αὐτῶν διέμεινον.) Πέντε μὲν ἔσως (non, ἔσως) μῆνας, exhibet editio Basil. neque aliter vlli, quod sciam, manuscripti libri. Mutauit ὁ μακ. de quo cum nihil in editis; non omissurus, sat scio, si perfecta illa prodissent in lucem: de causa mutationis, quantum est, quod suppeditant orae Basil. hic apponam. Forte ἔσως, (ita illae orae) quae particula apud Aristotelem saepe vacat. Haud dubium quin plura ad sententiae suae confirmationem additurus fuerit in commentariis suis ὁ μακ. si viuenti publicare contigisset. Certe et nos alicubi non vnum Aristotelem ita loqui obseruauimus.

I. 26. τὸ δὲ τέταρτον ἐπωνυμίαν ἔτι ἂ προσείλ.) Basil. ed. habet: τὸ δὲ τέταρτον καὶ τρίτον ἐπωνυμ. Vbi ad oram ὁ μακ. [Xylander (si Xylandi manus est illa, quam habuimus eo in codice, qui discerptus est in edendo: ) nescio an e coniectura, an e libris, pro καὶ τρίτον, emendabat ἐράτευμα, quam lectionem nusquam inueni. abest vox τρίτον a meo Polyb. Ex pagina sequente apparet solum τὸ τέταρτον ita dictum: et Lips. vehementissime fallitur, ipse Polyb. pag. seq. et τρίτον ἐρατότατον, et τρίτον σόλον vocat.]

Ibid. τὴν ἐπίστασιν ἐπ' ἀπὸ ἁλλήλοισ ἐΐχαν.) ὁ μακ. ad oram Basil. (Suspicio legendum ἐπισύστασιν.) Non contemnendam suspicionem, si forte, quod illi fulciendae sit, aliquid aliunde se obtulerit, putauit, quod rarum id verbum, et non alibi, quod sciam, praeterquam in N. T. obuium. quālia certe non pauca, de quibus alibi, Deo volente, vni Polybio, et sacris nostris libris peculiaria. Ceterum in versione, alia aliis subiecta: non vt editum est, alia alii subiecta legendum.

I. 28. οἱ γὰρ πρῶτοι: καὶ διεκρίθησαν.) ὁ μακ. hic ad oram Basil. (τὸ γὰρ, quo spectat; aut quid sibi vult?) Quid in Commentariis super eo dicturus ultra fuerit, non possum diuinare. Mihi sane non tantum repugnare sententiae verborum, quam expressit pater, videtur; sed et ipsa per se totius huius periochae ab istis, quoniam vero utriusque exercitus etc. versio, valde suspecta est. An non enim bis idem continuo dixerit Polyb. ideo certamen aequale fuisse, quod vires vtrimque aequales essent? Non diffiteor satis odiosae περισελογίας, aut πολυλογίας alibi quoque (de quibus alius erit dicendi locus:) apud hunc nostrum exempla occurrere.

currere. non tamen opus esse, vt eo confugiamus, hoc quidem loco, non tantum τὸ γὰρ illud ven. parenti animadversum; sed totus verborum contextus bene spectatus facit, vt credam. Ac primo pro χωρισμὸν in istis κατὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς χωρ. non χωρ. sed χειρισμὸν legendum esse, quod ego verissimum puto, ad nouae ed. oras notauit ὁ μακ. Totum igitur locum sic lego, ac distingo: Τῷ δ' ἐκκτέρων πάριστα τὰ μέρη γενέσθαι, κατὰ τὸν ἐξ ἀρχῆς χειρισμὸν, ἐφ' ἃμιλλον εἶναι συνέβαινε καὶ τὸν κίνδυνον. ἢ μὴν ἀλλὰ τὸ κατὰ λόγον ἐν ἐκείνοις ἐν ἐπιτελεῖτο κατὰ τὴν μάχην, ὅπερ εἰκός etc. οἱ γὰρ πρῶτοι etc. Verto autem: Quoniam autem utriusque exercitus aequales erant partes, certamen quoque per initia pugnae utrimque aequari contigit. Enimuero non in singulis partibus etiam circa finem, (vel, in fine) pugnae id euenit pugnantis, quod euenire debuit, quotiens inter aduersarios rebus omnibus aequales pugnatur. Primi siquidem (tantum abest, vt aequo Marte pugnaverint:) etiam rem decreuerunt. tandem enim Amilcar etc. Verba κρίνειν, et διακρίνειν, Historicis vsitatissima, a Medicis, in hac saltem significatione sumta, de quibus in indice dicturi sumus. Rem autem discernere, vertimus ex Liuiο, qui ita interdum loquitur in re simili: vt cum dicit. Primus labor atque impetus rem decreuit. alibique. Polybius lib. iv. locus huic, vt nos legimus et interpretamur, non absimilis. Οὔσης δὲ τῆς ἀκ. ἄπειχ. --- τὸ μὲν πρῶτον ἦν ἀγὼν οἶον εἰκός: et mox, τέλος γὰρ μὴν ἐτράπησαν etc. Inspiciat lector, si vacat, et nostra fortasse minus illi coniectura displicebit.

I. 29. πρὸς τὸ πολιορκεῖν.) Ex oris Basil. corr. ἐγίν. πρὸς τῷ πολ.

Ibid. καὶ πεπεισμένοι τὰς ὑπεναντίας.) Orae Basil. (πεπυσμ. ? sed retineo πεπεισ. nam erat coniectura. sed quia ait, ποιήσασθαι, non ποιήσεσθαι, malo per υ.) et ib. sed recentiore manu: Sane hic locus est ancipitis lectionis et sententiae.

Ibid. ὁ δὲ Γάϊος ἀναλαβὼν τὰ πληρ.) Orae Bas. recentiore manu: (imo Λεύκιος, ex superioribus.) quod et in versione secutus est ὁ μακ. L. Manlius cum remigibus et classariis, etc.

I. 39. παραταττόμενοι τοῖς πολεμ. ἐξ καὶ πέντε σαδίας.) Orae Basiliens. Mira locutio: consule Mss. Fort. ἐν ἐξ καὶ πέντε σαδ.



Ibid. πρὸ τῆς τείχεος καὶ τῆς τείχεος παρέβαλε.) Orae Bas. (F. παρενέβαλε) de hoc loco ὁ μακ. in erratis latinae versioni suae praepositis. (ποχ παραβάλλειν accipimus pro παρεμβάλλειν; vt paullo ante παρέβαλε, pro παρενέβαλε. plura in Comment. de hoc loco.) Multa sane ille de verbo παρεμβάλλειν, vt et reliquis omnibus tacticis, et militaribus, in aduersariis suis Polybianis, non vno loco. Non tamen haecenus occurrit aliud de hoc loco, praeterquam quod in oris Basil. vbi ad posterius illud παραβάλλειν: *An potest ita capi, vt fient ibi velut in acie?*

I. 42. προκατασκευάζοντες δὲ αἰεὶ τοῖς ὑποκειμ.) Ora Basil. (Deest, τι.) quod et in versione expressit ὁ μακ.

I. 47. τῶν πρὸ βραχέων.) Orae Basil. (an, τῶν πόρου βραχέων.)

I. 50. τῶν πολεμίων Ρωμαίων.) Ora Basil. *Aliterum videtur esse glossa.*

I. 55. μᾶλλον δ' ὄχυρὸν καὶ συνάπτον.) Ora Basil. (scribe, ὃ εἰς συν.) quod et in versione expressum: *qua Dr. contingit magis inaccessus.*

I. 56. εὐβατος ὑπόρχει καὶ γεωργός.) Orae Basil. (scribe, εὐβοτος.) quod et versio repraesentat: *pecori aliendo, et frugibus ferendis aptum.*

I. 58. ἐκείνοι τὲ γὰρ πολλὰκις ἀπολωλεκότες τὰς πτέρυγας.) De toto hoc loco melius illi pronuntiauerint, qui ludicris his τῆς ἀλεκτρονομίας (quae in Graecia et priuatim, et publice olim frequentia) saepius interfuerunt, et illorum inter pugnandum mores et ingenia bene perspecta habent. Ego quantum ex autoris scopo, et verbis ipsis colligere datur, suspicor, (sed suspicor tantum) aliud voluisse Polybium, quam quod hic latine ipsum legentibus exhibetur. Hoc utique: Gallos gallinaceos, seu senio, seu frequenti commissione confectos, alas amittere, quibus amissis, vtut animis vegetos et feroces, pugnas tamen non appetere, nec inuicem laceffere, donec casu aliquo congressi, ac complexi, ab intermissione ferociora, antea non abstant, quam alter eorum (si non et ambo) plane considerit. Ad hanc mihi praeeunt sententiam. I. scopus autoris, si bene perpenditur. Id enim videtur mihi Polyb. his praecipue (vt alia omittam) verbis, cum dicit, eos *hieram facere*, (quod quid sit in b. m. P. Comment. in Persium fusc explicatur.) voluisse; Rom, et Carthagin. istos milites, cum paribus viribus

ribus diu concurrissent, vtrisque de victoria desperantes, et iam viribus ad extremum exhaustos, aliquamdiu a certaminibus interquieuisse: donec tandem alia ratione isti bello finis impositus est. 2. Quod in hac editione, ἐμβάλλασι τὰς πλ. id in Basil. ἐμβάλλασ. τὰς πλ. Ego suspicor Polyb. scripsisse, ἀναβάλλ. τὰς πλ. Et certe quamuis ἐμβάλλειν, vel ἐπιβάλλ. πληγὰς sint ordinaria; aliud tamen videtur mihi articulus hic appositus (τὰς πληγὰς) postulare. Praeterea, τὸ αὐτομάτως, quod vertit hic ὁ μκκ. sponte sua: non minus frequenter, (si non et frequentius) *casu, fortuito*, significat. De diuersis gallorum congressibus verba Polybii intelligo, quod videtur mihi τὸ πότε requirere. Quod si de vnico, sed diuturniore congressu capienda sunt, quod ego quoque non valde improbarim: nihil prius videtur, quam vt pro ἐμβάλλασι, quod est in Basil. edit. et MSS. (quantum datur ex impresso libro, ad vsu[m] patris cum MSS. accurate collato, coniicere:) legamus, εἰμῆ βάλλασι temere, et ὡς ἔτυχεν: propter ἀδυναμίαν scil. et defectum alarum. pro quo alibi idem Polybius (vt a Suida notatum) vno verbo dixit, εἰκοβολεῖν. Hoc pacto et articuli (quod ego plane necessarium duco) rationem aliquam habebimus; et proxime sequentibus ἕως ἂν αὐτομάτ. etc. fatis bene consulamus. Possemus etiam τὸ ἐμβάλλασι in eandem fere sententiam interpretari, vt hic proprie (quod non abhorret ab ea verbi notione, ex qua dies intercalares dicti sunt ἐμβολιμαῖοι) significet, interiecto spatio, seu per interualla (vt quibus vires ad acriorem pugnam non sufficiant) ferire, seu plagas inferre. Ceterum an soleant galli, siue ex longa aetate, siue assidua et contentiore dimicatione proprie et vere *alas amittere*, non possum dicere. Sed quicquid huius sit, cum τὸ πτερῶν, et ἀναπτερῶν (*alas addere*,) vulgare sit apud Graecos pro *animos addere, instigare*, verbum; quod inde sumtum dicunt, quod πτερύσσεσθαι, siue latera sua alis expansis verberare solent aues istae ante pugnam: possumus etiam τὸ ἀπολωλεμέναι τὰς πτέρ. vt prouerbialiter dictum accipere; vt alas suas illi dicantur amisisse, qui praesidia sua, quibus antea, siue ad pugnam, siue aliam quamuis rem aggrediendam, nitebantur, amiserunt.

I. 59. ὁμοίως δὲ Πρω. ψυχομαχῶντες.) Orae Basil. scribe, ὁμοίως δὲ, quod et versio sequitur.

Ibid. *πρῶτευρέθη ἢ πρὸς τὴν συντέλειαν.*) Scribe, *πλέον*: olim ad oram sui libri ὁ μακ. Sed consultis et dissentientibus MSS. merito repudiavit. Nec sane abhorret a stylo Polybiano vulgata lectio.

I. 72. *ἄτως ἀδέκωτα δεῖ πρὸς τὸ παρὸν μόνον, ἔπειθ' ἄλλο μᾶλλον πρὸς τὸ μ. ἀποβ. δεῖ.*) Orae Basil. (Quia omnes codices retinent utrumque δεῖ, puto omnino sententiam esse maneam aliquot vocibus.) Atqui cum utrumque sit in textu Graeco nouae edit. illud δεῖ; nulli tamen, qui defectum aliquem notent asterisci sunt apposti: quod certo consilio mutata priore sententia, an casu acciderit, non possum certo statuere. Mutandae sententiae causa fortasse fuerit non dissimilium pleonasmorum, seu repetitionum (de quibus alibi dicturi sumus) observatio. Aliud tamen est, quod istam de loci mutilatione suspicionem confirmare potuit, quod Basil. editio vocula ὄντες (*ἔτι δὲ μᾶλλον ὄντες πρὸς τὸ μέλλ.*) sit auctior. quam quidem, ut hic legitur, magis turbare, quam iuuare sententiam, ut agnoscimus; ita fieri posse, ut non de nihilo, nec plane superuacua hic conspiciatur, non immerito suspicemur. Quid si, *ἔτι δὲ μᾶλλον στρατεύοντας, vel τὰς στρατεύοντας,* aut aliud quid in eam sententiam scripserit Polybius? Sic sane non ipsa tantum sententia pulchra observatione sit auctior, sed et orationi consulitur, ut utriusque δεῖ sua constet ratio. Potuerunt autem casu aliquo primae duae syllabae in fine lineae excidisse, et τὸ ὄντας, vel ὄντας in proxima linea remansisse. Plane ab eadem mente sunt ista lib. 11. *νέμεν δὲ μερίδα τῶ παραδόξῳ πανταχῇ μὲν, ἀνθρώπων ὄντας· μάλιστα δ' ἐν τοῖς πολεμικοῖς.* Nouae edit. pag. 93. primis lineis. Haec nostram coniecturam non parum confirmant. Sed alii viderint. Illustris sane sententia verborum, et praecipuum felicitatis, si penitus infixata cordibus, humanae fundamentum.

I. 74. *εἰκῆ καὶ παραλόγως προέθαι.*) Bas. edit. *παραλογίως*: vbi ὁ μακ. ad oram: *Hoc malo: etsi aliter M.S.* Sic ἀλογίως. pag. 39.

I. 75. *πόλις ἐπ' αὐτῆς ἀνοδομηκ.*) Eaedem orae ad istud πόλις: *Ἄν προ ἀκρόπολις?* nam urbem quidem, qui potuit tam cito?

I. 78. *ἦν δὲ πλήρης ὀρυκῆς πολεμικῆς.*) Ita ex libris scriptis haud dubie, cum antea legeretur, *ὀρυκῆς βασιλικῆς*, quamvis nihil super eo ad oras suas restituit ὁ μακαρίτης. quam etiam



etiam lectionem in altero exemplari eiusdem Bas. edit. vbi notatae variae lectiones ad oras, inuenio. Potuit alioquin ὄρου βασιλ. de nobiliore et minime vulgari indole recte accipi: et ita non vnus loquitur.

I. 79. παραλελειμμένας ἐπινοῶντες τιμωρίας.) Mirum tam absurdam lectionem, quae in Bas. edit. exemplari ex qua manauit, multis obelis confossa est a P. addita ad oram correctione: (scribe παραλλαγαμένας:) in hanc editionem receptam esse: quod imprudente illo factum esse, nullus dubitavit; tam certa scil. et quam multi alii, si quis dubitet, Polybii loci firment correctione, quam absurda et importuna illa voce, quae locum illius occupauerat.

## IN LIBRVM II.

II. 2. τῶν προϊόντων πρὸς τὴν αὐτήν.) Orae Bas. (ἀρχὴν λέγει interpretes, et est omnino locus mendosus.) Quantum ex interpretatione verb. licet augurari, videtur ὁ μακ. ἀρχὴν αὐτήν corrigendum censuisse: certissima, vt ego quidem iudico, coniectura. Vltimarum enim syllabarum in duobus illis continuis verbis ἀρχὴν et αὐτήν, similitudo, alteram omittendi librario, quo nihil procliuus in manuscriptoris libris, occasio fuit: προϊέναι autem (pro quo mox προπορεύεσθαι) quid hic valeat, docebit index graecus.

II. 4. ἀπό τε τῆς τὴν ἀρχὴν τῶν Αἰτωλῶν ἔχοντος.) ὁ μακ. ad oram nouae edit. (An Μυδιωνίων? locus suspectus.) Cum enim ἐπιγραφή pro more illius aetatis, non ad victos, sed victores pertineret; quid hic facerent Aetolorum, qui magistratum gesserant, nomina? Sed hoc videtur praeter ordinem factum a Mydioniis, vt tanto magis Aetolos vrent, et ridiculam eorum confidentiam aliis ridendam propinarent, vt etiam Aetolorum praetorum nomina, plane vt decretum ab illis fuerat, ἐπιγραφή suae, facta etiam fortasse decreti ipsius mentione, apponerent, hoc tantum discrimine, quod quae victores eos debebat, ex proprio decreto ἐπιγραφή celebrare; quae a Mydioniis facta est, ea vana spe victores, re victos, infamabat. Huc etiam spectat, quod in Basiliensis edit. oris, etsi non ad hunc locum reperio: (No. autem et victorum ducum? hoc est, τῶν νικησάντων, et τῶν νενικημένων nomina apponi solita. Vide Suidam in Iphicrate.) Hoc igitur notat hic Polybius de Aetolorum nomine

nomine apposito, quod obseruatione dignissimum visum est. De Mydioniis autem magistratibus ideo silet, quia in eis apponendis mos, haud dubie, seruatus, qui satis notus erat, nempe vt eorum nomina scriberentur, qui tum magistratu fungebantur, cum res gesta est: non etiam eorum, qui petituri erant, quod ridiculum erat. Ceterum solitos saepe victores, quae victi stulte aut crudeliter vouerant, mutatis personis et nominibus, in ipsos exequi, multa exempla in historiis antiquis. Illustre illud de Romanis, in bello Gallico, de quo Florus lib. 11. cap. 4.

II. 9. *καὶ συνάψαντες τοῖς προπλέουσι.*) Orae Bas. (Scribe, *προπλέουσι.*) et ita versio, *qui ante ipsos nauigabant.*

II. 17. *καὶ Νώλην πεδία - - - καὶ διὰ τὸ π. έμπ.*) Bas. ed. *καὶ ναλυναδην, καὶ διὰ τὸ π. έμπ.* vbi ó μακ. ad oras (scribe, *καὶ Νώλην πεδία.* tum lacuna est notanda. tali fere modo suppleuerim: *καὶ Ν. πεδία κατέχοντες, καὶ διὰ π. έμπ. εἰσὼς συνέβη γνωρίζεσθαι καὶ μεγ.*) Ad hanc siue coniecturam, siue correctionem aptata versio: *Cum quidam et campis circa Cap. et N. etc.*

II. 19. *ἔπει τετάρτῳ συσφρονησαντες*) ó μακ. ad oras n. ed. *Non potest ferri, nisi mendium in superioribus.*

Ibid. *πρὸς τὸ γεγ. ελάττωμα τοῖς Ρωμαίοις.*) Aliud versio, quam quod hic textus: sed conuenient, si corrigamus ex oris Basil. (scr. *πρὸς τὸ γεγονός ελάττωμα αὐτοῖς: εἰ Ρωμαῖοι, μετ' ἄλ. etc.* Expone ex Liuiο pag. 280. Senones absentibus Coss. legionem Romanam penitus ceciderunt. deinde aduenerunt Rom. et hanc victoriam sunt consecuti.) Ceterum ita fuisse tum Rom. vt in aduersis tanto ferociores essent, et vt ait poeta Lyr. *ab ipso sumerent oris animumque ferro:* alibi quoque Polyb. auctor est, non vno loco. Proxime quod memini, accedunt ad haec verba, quae *Excerpt. Legat. tmemate*, 68. pag. 891. *Ἴδιον γὰρ τῆτο πάντη παρὰ Ρωμαίοις ἔθος, καὶ πατριόν ἐστι, τὸ κατὰ μὲν τὰς ἐλαττώσεις. etc.* ibi *ἐλαττώσεις*, quod hic *ἐλάττωμα.*

II. 30. *καὶ διακοπτόμενοι προέμενον ἐπ' ἴσον τῆς ψυχῆς.*) Consentit hic quidem cum textu Graeco versio τῆ μακ. non silenda tamen (ita mihi visum) apposita ad oras Basil. coniectura, quod pluribus eiusdem locutionis exemplis nitatur. istud autem, quod hic est, an alibi sic usurpatum in Polyb. occurrat, non possum dicere. Quid autem illae? *Στοιχός:*

ἐπὶ ποσὸν, ut in simili loco, p. seq. Οἱ δὲ Κελτοὶ διὰ τὸ παρὸν εὐτύχ. μείναντες ἐπὶ ποσὸν εὐθαρσῶς.

II. 34. εἰς τὴν τῶν ἀνδρῶν χώραν.) *Verfio: in ditionem Romanorum.* Oræ autem Basil. *Suspecta vox* (τὸ ἀνδρῶν scil.) *vide Plut.* Sed quem Plut. locum voluerit ὁ μακ. cum nullo numeri, nullum libri nomen adscriptum fit, non possum diuinare. Eadem quidem historia, Polybianæ narrationi per omnia fere conueniens, in Marcello Plutarchi extat: non tamen ibi de obsesso Claſtidio quicquam reperio; nec aliud quicquam in tota illa historia, quod ad eruendam veram lectionem, aut hanc falsi conuincendam spectet. Ego per τὰς ἀνδρας, Rom. proprie Conſ. et Rom. exercitum cui praeerant, et de quibus fermo Polybio est, intelligo. Ita enim saepe solent Graeci istis τῶν ἀνδ. vocibus loco pronominis, aut certe proprii nominis vt: vt hoc ipso Marcello Plut. editionis pulcherr. et praestantiss. p. 547. ἡ δὲ ἔ κατηφρόνησε τὰ κατὰ μικρὸν ἔτως ἐλλείμματος, ἀλλ' ἔγραψε τοῖς ἀνδράσι. Consules intelligit, quos paullo ante nominauerat, Scipionem Nas. et Cnaeum Martium. An igitur hunc ipsum locum in animo habebat ὁ μακ.? non credo: neque de mendo locum suspectum habuisset, si hoc voluisset. Ceterum, per Conſ. et exercitum Rom. (si nos bene coniciamus) Romanum in genere populum intelligi, et ita, *in ditionem Rom.* bene verti, etiam sine monitore quivis opinor intelligat.

II. 35. τὰ τοιαῦτ' ἐπίσθη διὰ τῆς τύχης εἰς μνήμην ἄγειν καὶ παράδ.) Vertit ὁ μακ. *Vt huiusmodi lusus fortunae memorabiles ad posterios mem. tradant.* Cum nullae autem, vt interdum, vbi non tam salebroſi loci, notae sint in textu Graeco appositae, quae vitium aut defectum indicent; coniectore sagacissimo opus est, et in his exercitatiss. qui quid secutus sit ὁ μακ. cum ita verteret, ariolari queat. Cum ita verteret, inquam; qui quidem non ea libertate vsus fit, qua Perottus, alique non pauci: sed religiosissime in hoc opere toto versatus sit. Dignus locus, in quo experiantur ingenium suum, qui suae ipsi sagacitati confidunt. Audiant alii, quibus minus vacat, aut libet, Basilienses oras, quae vno verbo expediunt: (scribe, ἐπεισόδιχ.) Quod si quis in his studiis adeo tyro est, vt in hoc verbo, et quem habet hic vsus, adhuc haereat, adeat ille doctissimum Stephanum, et quos ille laudat: Suidam in primis, cui con-

sensit



fentit Etymologicum M. ἐπεισόδιον, τὸ ἐπιφερόμενον τῷ δράματι, γέλωτος χάριν, ἕξ τῆς ὑποθέσεως ὄν. καταχρηστικῶς δὲ, τὸ ἐξχγώνιον ἅπαν πρᾶγμα.

II. 39. \* ἐνέπρησε τὰ συνέδρια τῶν Πυθ.) Orae Bas. (Quis? an posuit actium pro passiuo? Aliquid Tzetzes Chil. 205. Vide Laertium.) Sed cur non ἐνέπρησαν, in plurali, cum nominatiuorum eiusmodi ellipses, vt ad Catullum obseruat Scaliger, non sint inusitatae: imo vt ille iudicat, elegantes? Ita crederem, nisi id displicuisse τῷ μακ. ex eius silentio (tam obuia alioqui coniectura) coniecero.

II. 41. εἰς ταύτην διαφορὰν καὶ καχεξ. ἐνεπ.) Haud dubium, quin alicui aliquando veniet in mentem, (vt sunt ad ista procliuēs multi) corrigendum esse διαφορὰν; qui lectori fortasse suam imputabit εὐσοχίαν. Sciat igitur ille quicumque, damnatam hanc a parente coniecturam, quod omnes aliter Mss. codices; vt ad oram Basil. notauit. cui iudicio consentientem etiam eiusdem versionem hic habemus.

Ibid. διὰ Μάρκου καὶ τῶν Ἀχαιῶν.) Orae Basil. (scribo Μάρκου. hic enim est Marcus Carynensis.) Ita et versio: *Marci et Achaeorum opera.*

II. 47. Πρᾶξις ἕξ. καὶ σύνευσιν.) Non in Basil. tantum edit. linea transfixa diphthongus in voce σύνευσιν; sed et ad oram n. edit. scriptum: (fort. σύνευσιν:) coniectura non minus probabili, quam obuia. Versio vulgatam lectionem expressit.

II. 48. διότι ταχέως ἂν ὑπὸ τῆ Κλεομ.) Orae Basil. (Deest verbum: non dubitabat, vel, persuasum habebat.) Additum illud verbum in versione; his argumentis motus, non dubitabat, etc. Credo ego id verbum fuisse διπνοήθη. quod quia ab eadem syllaba, a qua et proximum διότι, incipit, tanto facilius, vt qui in his exercitati norunt, potuit excidere. Ceterum τὸ δεῖγμα ποιούμενος, in Bas. edit. cum superioribus verbis, non vt hic cum sequentibus, cohaeret: ἐκ τῶν κατὰ τὸν Ἀμ. Φιλ. εὐεργεσιῶν δεῖγμα ποιούμενος: quod quare mutatum sit, nisi ita suadebant Manuscripti codices, causam non assequor.

II. 50. ἔδεν γὰρ εἶναι τέτη κάλλιον, ἐδὲ συμφορώτερον.) Orae Bas. ad istud συμφορώτ. (Absurde pro συμφορώτερον.. Sed ita Mss. et iterum p. 49. et p. 153 at in Fragm. συμφορώτερος: vt p. 49.) Et mox, ibid. (Scr. Φορ. vt Thucyd. 276 277. et τὸ σύμφορον, D. Halic. 359. συμφορώτατον, Arr. 94. b.

II. 55. *παρὰ τοῖς Μεγαλοπολ. καὶ Στυμφαλ.*) Ed. Basf. *παρὰ λιονεῖς, μεγαλοπολ. καὶ στυμφαλ.* vbi ὁ μακ. ad oram Basf. scripsit ille quidem plane nihil: sed plures notas appinxit defectus, vel corruptelae (decussatae sunt illae lineolae, siue *χιασμοί*) indices. Sed in versione plus est, quam in textu Graeco: *quod neque apud Clitorios, neque apud Megal. neque item, etc. Clitorii* igitur hic suppletum est: et ita debuisse, cuius liqueat ex sequentibus, nisi si alicubi terrarum *Lionenses* reperire possimus, quos Perottus, opinor, commentus est. quamquam ne id quidem suffecerit; cum *Clitorios* plane nomet infra Polybius.

II. 56. *ὡς ἐ πάντας εἰς ἑκασιν καὶ δακ. τὴς ἑλ. ἀγ.*) Ex duabus variis, quas exhibet Ed. Basf. (alteram in contextu: alteram in margine:) lectionibus, *ἑκασιν* scil. et *ἐπίσασιν*: haud dubium, quin hanc posteriorem pro vera et genuina amplexus sit ὁ μακ. quam etiam in versione eleganter expressit: *Vt Gr. omnes ea res aduerteret.* Merum igitur *παρέραμα* fuerit, quod *ἑκασις*, et non *ἐπίσασις* hic legitur in textu.

Ibid. *Δεῖ τοιγαρὲν ἐκ ἐπιπλήττειν τὸν συγγραφεύ.*) Orae Basf. (vel sumit pro *ἐκπλήττειν*, vel ita scripsit: quod constat ex pag. 265.) Vide ibi edit. Graeco-Lat. p 721. vbi vox *ἐκπληκτικῆ* bis occurrit in hac ipsa re. Sed ecce, non multis ab hinc lineis, vox ipsa *ἐκπλήττειν*, vt tam longe testimonium accersere, non opus sit.

Ibid. *καὶ ἢ ψεῦδος διὰ τὴν ἀπάτην τῶν θεωμένων.*) Cum prius dixerit, finem legitimae historiae esse, *τὸ διδάξαι*: Tragoediae autem *τὸ ψυχαγωγῆσαι*: addit hic pro diuerso hoc fine mirum non esse, si diuersa quoque sint media: in tragoedia quidem, *τὸ πιθανόν*, quamuis sit falsum, ex quo delectatio consequatur: in historia autem, veritas; ex qua vtilitas ad usum vitae. Non potest alia mens esse verborum, et ita dicet, quisquis attente considerauerit. Vt tamen hoc ex verbis conficiamus, pro *ἀπάτην*, corrigendum *ἀγωγὴν* vel *ἀπαγωγὴν*, quod est (et ita ille postea non semel vsurpat) *delectatio*. nam certe non *ἀπάτη*, deceptio: sed *ἀγωγή* (dixit ipse prius *ψυχαγωγῆσαι*) est finis tragoediae; vt *ὠφέλεια* (pro quo prius *διδασχῆ*) historiae. Ceterum, quod hic de Tragoediis pronunciat Polybius, vnicum illis finem propositum esse, *τὸ ψυχαγωγῆσαι*: multa opponi huic illius sententiae posse scimus, et longe aliter de prima illarum in-

stitutione et scopo summus imperator et philosophus M. Aur. Antoninus in diuinis illis *de seipso et ad seipsum* libris, libro xi. adeo quidem, ut ipsum τὸ διδάξαι et διδάσκαλος, propria olim fuerint istius professionis vocabula, ut iam non vnus monuit, et nos aliquando pluribus forte dicturi sumus, si vnquam nostri in sapientiss. illum scriptorem prodibunt in lucem commentarii.

II. 67. Θεωρῶντες τὰς σπείρας τῶν Ἀχαιῶν ἐρήμους.) Ver- tit ὁ μακ. *animaduerso Illyriorum cohortes subsilio Achaeo- rum a tergo esse nudatas.* et sic fortasse nihil mutandum est: quod alioquin fieri, si genitiuum illum (τῶν Ἀχ.) ad priora, non posteriora verba referamus, res ipsa postulare videtur, ut ad oras suas Basil. notauit ὁ μακ. his verbis; (de Illyriis videtur accipiendum. quare Ἀχαιῶς accipe hic, qui stabant ab Achaeis: vel rescribe, Ἰλλυρ.) Sed de hoc loco plura ὁ μακ. in praefatione ad lectorem, quae Polybio praefixa.

II. 69. ἀνακληθῆντων δὲ τῶν παρ' ἐτέροις ἐξ ὤμων.) Orae Basil. (Scribe, παρ' ἑκατέροις.) atque ita versio quoque: *Tubis deinde ab utraque parte concinentibus,* etc. praecesserat et- iam paullo ante, παρ' ἑκατέροις χεδὸν ὑπαρχόντων τέτων, etc.

### I N L I B R V M I I I.

III. 7. ἀλόγως καὶ ψευδῶς κατηγγ.) Aduerbiorum istorum, ἀλογ. καὶ ψ. *absurde et falso,* versio, operarum typographi- carum, an interpretantis inaduertentia, praeterita est.

Ibid. δαόντως ἐτήσαοαι τὰς τῶν συμ. θερ.) Orae Basil. (scr. ἐνησαοαι) Ita et versio: *curandi c. reciam viam inisset.*

III. 10. τὸ μὲν πρῶτον εἰς πᾶν συγκατέβαινον.) Versio: *principio illi in hoc certamen descendere:* quod minus rectum, et praeter mentem Polybii mihi videtur. Non enim, opi- nor, ille voluit, Carthaginenses bellum hoc initio susce- pisse: sed illos, iustis suae causae fretos, et iure cum illis contendere, καὶ δικαιολογεῖν paratos, quod Romani postula- bant, abnuisse. Et recte hic orae Basil. (idem loquendi ge- nus legat. p. 41.) Ita autem habet ibi locus: *παρεκάλει γὰρ αὐτὸν εἰς τὸν συγκαταβαίνειν, μάχεσθαι δὲ κατὰ μηδένα τρόπον Ῥωμαίοις.* id est, ut ibi versio:  *hortabatur namque, ut nul- lam pacis conditionem recusans, quocumque Rom. vocarent, sequeretur: bello aduersus Romanos modis omnibus et abis- teret.* Ex hoc loco, et si qui sunt alii similes, liquere possit,



possit, εἰς πᾶν συγκαταβαίνειν, vt ποιῆν τὸ προσαπτόμενον, (quod apud hunc nostrum crebro) siue κελευόμενον, et id genus alia solemnia verba fuisse, de iis vsurpari solita, qui ab aliena voluntate toti penderent, quaecumque imperata, siue aequa, siue iniqua, parati facere. Hunc sensum cum hic requirat (vt mihi quidem videtur) ipse contextus, negatiuam particulam excidisse ratio suadet: et rescribendum esse, εἰς πᾶν ἔ συγκατέβαινον. Quid enim illa sibi velint, quae paullo post, πλὴν ἐκ ἐντροπομένων τῶν Ῥωμαίων: *Sed Rom. iusta illorum non curantibus*, etc. quam Carthaginien- ses, non in armis, sed in iustis suae causae spes suas omnes repositas habuisse? Ceterum, τὸ συγκαταβαίνειν alioquin aliter vsurpari quoque, vt συγκαταβαίνειν εἰς τὸν ἀγῶνα, quod apud Polybium lib. I. et id genus apud alios alia; non ignoramus. Sed τὸ πᾶν hic additum, et sermonis contextus, aliter hic suadent, si non euincunt.

III. 23. μηδὲ τὰς κατὰ τὴν Βυσσάτην.) Orae Basil. (Scribendum erat Βυζακίτιν, nisi Stephanus doceret, Polybium aliter extulisse hoc nomen. itaque haereo; eum vide.)

III. 32. καὶ διαγνῶναι βιβ. τεττ.) ὁ μακ. ad oram nouae edit. (scribe, διαναγνῶναι.)

III. 33. ἐμβαλεῖν ἔν ὀπότερον ἂν κελεύσωσι \* ἀπολήψιν.) Ex asterisco praeposito verbo ἀπολ. satis constat, pro mendofo τὸν μακ. habuisse. Idem quoque ad oram Basil. (Quid hoc verbi est? quid sibi vult?) Mihi non videtur iste locus adeo caliginosus, aut imperuius, praeut alii multi sunt in Polybio, paucis aliis, opinor, peruii, quos vt inoffenso pede transmitteremus, feliciter praeiuit ac praeluxit nobis ὁ μακ. Τὸ ἀπολαμβάνω pro simplici λαμβάνω non raro vsurpari, satis notum est. Compositorum pro simplicibus in genere verborum exempla in Polyb. plurima suppeditabit index; et hoc inter alia styli Polybiani idioma recte statuit Henricus Stephanus, de Polybio, et omnibus Graecis scriptoribus ille meritissimus. Dicit igitur Polybius, aut legatus potius Rom. ἐμβ. ὀπότ. ἂν κελεύσωσιν: Vtrum eorum (pacem, ac bellum) promere iusserint Carthaginien- ses, ἀπολήψιν, accepturos, vel habituros. Non opus erat hoc verbo, fateor, et solum ἐμβαλεῖν potuit sufficere. Sed sexcenti (ausim dicere) sunt in isto scriptore loci, vbi maior verborum redundantia.

III. 36. καὶ ἢν ἐκάστη διαφορά τῶν προειρ. - - - ἐπὶ τῶν προειρημ.) Orae Basil. (lego ἐκάστη διαφορά: et ἐπί τι τῶν προειρ.) Ita et versio.

III. 39. ἕως πρὸς τὴν ἀναβολὴν τῶν Ἀλπ.) Orae Basil. (vel pro ἀνάβασιν posuit, vel legendum, ὑπερβολὴν.) et ibid. in inferiore ora: (ἀναβολαί passim p. 79. Ex p. 155 apparet alta montium iuga intelligi.) Sed et in collectione (quam in indice Graeco sumus exhibituri) verborum Polybio propriorum, ἀναβολή, vt hic ponitur. Ideo notandum duximus, ne cui postea minus attento et cauto suspectum sit hoc verbum.

III. 41. ἐξέπλεον ἐπὶ τὴν ἀρμίαν.) Orae Basil. (scribe, ὑπὸ τὴν ἀρ. vt pag. 67. Οὐ μὴν ἀλλὰ τοιαύτοις χρησάμ. τοῖς διαλ. Ῥωμ. μὲν ὑπὸ τὴν ἀρ.) Ita et versio, *incunte vere.*

Ibid. ἦκε τεμπτώως ἀποτασῶν εἰς τὰς κατὰ Μασσαλίαν τόπους.) Versio: *quinto die Pisis Massiliam peruenit.* Optime, si non, vt edita sunt hic, et in Basil. edit. sed vt emendata sunt in oris Basil. Graeca Polybii verba leges: (ἀπὸ Πιστῶν. Inde profectus Scipio, eodem mox redit: p. 11. in fine. Vide et pag. 97. et pag. 46.) Nec tamen haec emendatio sine scrupulo; quem docebunt, et tollent caedem orae: (No. tamen pag. 239. vocem ἀπέτασον: hic praeterea restant scrupuli duo: 1. quod Liuius p. 305. vertens haec, Pifarum non meminit: 11. quod de magna celeritate loquitur. at quinque diebus venisse Pisis Massiliam, non est celeritas. Imo vero magna celeritas in exercitu; et hoc expresse notat Polybius, quem vide infra pag. 83.) Ad Liuii silentium quod attinet, non est, quod valde miremur, cum passim ille magna libertate Polybianis addat dematue pro arbitrio; quod plura loca cum cura contendentibus apparebit. Alter autem iste locus, vbi vox ἀπέτασον, parum aut nihil huc facit; cum de fugientibus, et ex nimia qua festinatione, qua consternatione animi, lapsis ex equis, ibi sermo sit.

III. 51. τοῖς τῆ πορεία προβάλλουσιν.) Orae Basil. (lis, qui longo agmine iter carpebant.) et ibid. sed recentiore scriptura (sed legimus προλαβῶσιν.) quod, opinor, et versio sequitur.


III. 52. καὶ τὴν τῶν ἐγχειρησάντων κατ' αὐτῆ ἀπώλειαν.) Orae Basiliens. recentiore manu, (γρ. τῶν ἐγχειρησάντων αὐτὸν ἀδικεῖν ἀπώλ.) Versio ambigua, sed vulgatae lectioni propior.

III. 55. τοῖς διὰ τῶν \* ἀκροπήλων πορευομένοις.) Orae Bas. varias proponunt coniecturas et interpretationes, quas non vnius esse temporis ex diuersitate scripturae liqueat inspicienti. Nos quantum datur ex scriptura coniicere, ordine, quo scriptae sunt, eas hic exhibebimus. (Interpres et Budaeus, ἀκροπήλων, quam vocem non agnosco. Lego ἀκροπαγῶν. et huc refero illa Liuii pag. 379. *Tetra ibi lubricatio, ut a lubrica glacie non recipiente vestigium.*

¶ An summas rupes, easque faxeas et angustas intelligit? nam πύλας sunt fauces in montibus. (sed nota, quod hic quoque prior coniectura, vt potior inserta.)

¶ Bau. ἀκροπήλων. an intelligit? lutum ab equis calcatum, et postea concretum? an ἀκροπέτρων, vt p. 226. λευκοπέτρων. et p. 212. πέτρα ἀκρότομος.) Haec tenus orae Bas. versio, *quoties per lubricum glacie solum inceditur*: primam τῆ μακ. coniecturam (ἀκροπαγῶν) exprimit: vnde mihi suspicio non aliam hic, quam vulgatam ἀκροπήλων, sed asterisco, notatam, exhibere illum voluisse. Ceterum vox, λευκόπετρος etiam retro, non ita longe: pag. scil. 206. περὶ τὸ λευκόπετρον ὄχυρόν etc.

III. 65. τὰς δὲ λοιπὰς ἐν μετώπῳ κατασήσας. Orae Bas. aduersae: (Legе, κατόπιν, ex re ipsa, et Liuiio.) Ita quidem illae, sed aliae, superiores scil. aliter. (ἐν μετ. An ferri potest. vt ita intelligamus, equites fuisse in cornibus praerire iustos, hoc modo.



Posteriori huic interpretationi consentit versio: *ac reliquis in frontem versis*, etc.

Ibid. οἱ μὲν πολλοὶ σποράδην.) Orae Bas. (σποράδες: Vrs. et Bau. sic Onof. 76.) et iterum in eadem voce pag. 225. l. 16. ἀποχ. μὲν εὐχ. καὶ σποράδην. eadem orae: (γρ. σποράδες. Sic Onofander, pag. 76.)

III. 68. ἀθροισθ. δὲ τῶν στρατ. κατὰ τὸν ὄρκον.) Orae Bas. (Vide num ὄρον leg. nam ὄρκος ibi fuisse nullus supra ostenditur.)



ditur.) Sed eadem orae paullo post: (Omnes libri ita habent. apparet ex hoc loco, Tiberium cum dimisit militem, exegisse ab eo iusiurandum, de quo genere alibi.)

III. 71. *παρήγγειλε καὶ τὸν ἀνδρῶδ.*) Orae Bas. delent istud *καὶ*: et mox eadem, ad vocem, quae proxime sequitur, *ἔκαστον*: (Liuius videtur legisse *ἐκαστόν*.) et ad ista, quae paullo post *εἰς τίνα τόπον ἔδη τῆς στρατοπέδ.* (fortasse *ἴδιον τῆς στρατοπ.*) quod et versio videtur expressisse.

Ibid. *προσέταξεν πελάσαντας τῶ τῶν ἐν. χαρ. κ. στ. ἐπιδιαβ.*) De hoc loco, quod olim fuerit b. m. Parentis iudicium, non abs re erit, quod multi tales in Polybio loci, qui fortasse alios moraturi sunt, intelligere. Ita igitur ille ad oras suas Bas. (aut scrib. *πελάσσοντα*: aut mirum *ὑπερον πρότ.* Ex Mss. incertum an sit legendum *ἐπελάσ.* et fort. ita legit Liuius: nos vertimus, ut verba sonant.) An post editam versionem ista scripserit *ὁ μακ.* ut ad istas oras passim alia; non possum certo dicere. Scriptura certe videtur antiquior. In edita autem versione, ut vitaret hoc *ὑπερον πρότ. ὁ μακ.* τὸ ἐπιδιαβῆναι, quod alioquin stilo Polybiano, qui compositis uti amat pro simplicibus, pro simplici *διαβῆναι* sumendum erat, vertit, *iterum transire*; significatione minime vulgari, cuius vix alibi exemplum. Nondum autem, ut videtur, cum ita verteret pater, venerat illi in mentem, quod postea diligentiore Polybii lectione obseruauit, solemne illi esse, ut pro futuris (qui sane mirus scriptoris alias tam praestantis et accurati idiotismus est) utatur aoristis, quae praeterita quaedam sunt tempora. Hanc igitur ipsius obseruationem ex tractatu de stilo Polybiano, quem inchoauerat, (cuius partem, ut occasio se dabit, exhibebit index Graecus,) hic inferemus: dignam quae non a solis Polybii lectoribus legatur, cum tales temporum enallages, intellectae et obseruatae, ad decidendas interdum magni momenti controuersias in quocumque scriptorum genere non parum lucis asferre possint. Haec igitur τῷ μακ. ipsissima in hac re verba: (Aoristis utitur pro futuris: p. 79. *ἐν ἄν τολμῆσαι τῷ δὲ ποιήσασθαι.* Etiam sine *ἄν*: ut saepe p. 97. vide. nam ita Mss. p. 16. *ποιήσασθαι* pro *ποιήσεσθαι*. et p. 109. 116. *λειπὸν ἔδη ποιήσασθαι* 115. *αἰύνασθαι*. p. nostrae edit. 334. *τολμῆσαι*, pro *τολμῆσειν*, et *συστήσασθαι*. No. p. n. ed. 356. *τολμῆσαι*. p. Bas. Edit. 172. *μῆναι*: et statim *ἔξειν*. Quid. p. *ἔξειν καὶ διατρέψαι*, ita enim omnes libri. P. B. ed. 279. *φησὶν ἐπισκέψασθαι*.

ψαθαυ. dixit se cogitaturum. 207. ἀνύσαθαυ. et Vrb. 228. καὶ δόξαυ.

III. 77. ἀντέχεσθαι τῆς πρὸς αὐτὰς Φιλ.) Orae Basf. (nempe Carthagin. vel scribend. αἰτύν.) Versio, *amicitiam suam sequi*: quod τὸ αὐτὸν videtur exprimere. Sed et αὐτὰς in eadem sententiam potest ideo dixisse fortasse Polyb. quod suum illud οἱ περὶ Ἀνν. quo ut plurimum utitur pro Ἀννίβας, (de quo plura in indice Graeco:) in animo haberet; cui consequens fuerit τὸ αὐτὰς: ut et ipse vulgo loquitur. sic p. 346. a. τῆς πρὸς αὐτὰς Φιλίας. praecesserat a. τοῖς περὶ τὸν Ἀρχτον. Sed et p. 410. c. αὐτὰς pro αὐτῶ, ut ad oram Basiliens. notat ὁ μακ. quod et in versione sic expressit.

III. 78. αἰεὶ δὲ πῶς οἰκείον ὄν τῇ φύσει τέτα τὸ μέρος.) Edit. Basf. αἰεὶ δὲ πῶς οἰκείον τῇ φύσει τέτα τῷ μέρος, etc. Orae ibi eadem coniecturam exhibent, quae hic in textum recepta est: quae sane quantum ad sententiam attinet ipsam cuius nulla plane in vet. interprete vestigia:) certissima pariter et elegantissima mihi videtur. De verbis aliquis adhuc haeret scrupulus. Nam cum Polybius suum illud τῆτο τὸ μέρος singulis fere paginis (plane ut et in N. Testamento ter aut quater legere memini) quacumque fere de re, et quavis occasione, ad nauseam vsque oggerat; non memini tamen simplex τὸ μέρος, pro τῆτο τὸ μέρ. in hanc sententiam apud illum vllibi occurrere. Scriberem igitur, αἰεὶ δὲ πῶς οἰκείον ὄν τῇ φύσει αὐτῶ τῆτο τὸ μέρος: vel, αἰεὶ δὲ πῶς οἰκείον ὄντος τῇ φύσει αὐτῶ τέτα τῷ μέρος: nisi forte simpliciter, ut aliquando, dixit Polyb. τῇ φύσει, pro, τῇ φύσει αὐτῶ: ut nihil nisi τὸ ὄντος supplere necesse sit, quod ad vulgatam lectionem proxime accedit.

III. 79. διατεταραγμ. καὶ διαπεπατημ.) Orae Basf. (an δια. τετ.) Ita certe paullo supra, δι' ἀκερ. τῶν ἐλῶν ποικμ. τὴν πορείαν.

III. 81. ἀγνοεῖ καὶ τετύφωται.) Orae Basf. (valde suspicor scripsisse Polyb. τετύφλωται. sed vide Hesych. in τετύφωται, et St. in fh.) Versio: *Errat enim, et caeca mentis caligine laborat*, etc. dubium, quam lectionem amplexa; vtrunque certe non infeliciter complexa. Proprium enim est τῶ τυφω (ut vulgo pro nimia sui opinione et δακνησισοφία accipitur) dementare, et vel acutissimos alioquin ita infatuare, ut caeca mentis caligine laborare rectissime dici possint. Inde τυφω et ἀνοια, saepe iuncta, ut vel eadem, vel

valde affinia. Optime in hanc sententiam γνωμόγραφος sapientiss. et antiquiss.

“Ὅσις τοι δοκέει τὸν πλησίον ἴδμενοι ἄλλῃ,  
 Ἄλλ’ αὐτὸς μῆνος ποίκιλα δῆν’ ἔχειν,  
 Κεῖνος γ’ ἄφρων ἐστὶ, νόη βαβλαυμένος ἐθλῶ.

νόη βαβλαυ. ἐθλῶ, plane quod hic Polyb. τετούφωται. Hoc etiam volebat Hesych. cum τετούφωθαι, expronebat μειχρέ-  
 ναι. Ceterum, quod hic dicit Theognis gentilis; idem, ac  
 iisdem fere verbis ante illum, θεόπνευστος Salomon Prou.  
 cap. xi, v. 12. vt ad illum nuper obseruabamus.

III. 88. ἐπὶ τρεῖς τὴν Ἀργυριανήν.) ὁ μακ. ad oras nouae  
 edit. (scr. Ἀργυριανήν. ex Steph. cogita, num sint Hirpini.  
 nam Liu. 352. Hirp. sunt, quos vocat ita Polyb. 105. Ve-  
 rumtamen et lib. 31. et seq. Ἄρρος saepe nominat Liuus, et  
 constat, ibi diu confedisse Hannib. Cogita. vide Liu. Ἀρπι-  
 νος autem vocat istos Liu. non Ἀρπινάτες. Ἀρπι, et Ἀρπι-  
 νου diuersae erant vrbes, ait Seruius, et ex eo Scal.  
 ad Euseb.)

III. 88. τὸ μὲν πρῶτον ἐπιβίβαστο κατὰ γῆν.) Ita et Basil.  
 edit. sed apposita ad oram varia lectione, κατὰ θάλατταν.  
 Parens autem ad easdem oras (vide num sit legend. κατὰ  
 γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. nam Liu. ait: idem consiliū fuit.) Di-  
 xerat autem paullo supra de Asdrubale Liuus, atque ita Car-  
 thagine profectus nauibus prope terram, exercitum in littore  
 ducebat: paratus confugere quacumque parte copiarum hostis  
 occurrisset: Id vero est, καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν.

III. 89. βῆσσω δὲ πικιδιωστ. κατὰ τὴν ἡλικ.) Orae Basil.  
 (scribe, ἢ κατὰ τὴν ἡλικ.) et ita versio, non pro ea aetate, qua  
 erat, etc.

III. 100. τίσεις ἐδίδα τῶν ἐπαγγελ. Orae Basil. scribe, ὑ-  
 πὲρ τῶν ἐπαγγελ. vt p. 201.

Ibid. τοῖς βόλοις \* ἐπιβολὴν τῷ τάγμ.) Orae Basil. (Haec  
 verba nihil significant. nos rem diximus, et legimus, σιτο-  
 βόλοις. Locus praeclarus, vel potes legere, σιτοβολαῦσι)  
 Versio consulenda, quam intelligit ὁ μακ. cum rem dixisse  
 se profiteretur.

III. 105. τὴν κορυφ. τῆ καταλειφθέντος λ.) Orae Basil.  
 (Ex pag. praeced. videtur legendum, καταληφθ.) Ita et versio.

III. 107. καταλαμβ. τὴν τῆς Κίννης προταγορευου. πόλ.  
 ἄκραν.) Ed. Bas. τὴν τῆς κινῆς προταγορ. πόλ. ἄκραν: quod



Perottus interpres, *Neapolitanam arcem occupat*, etc. Parens autem *arcem Cannarum occupat*. Quia autem sunt multi eo ingenio, ut urbium, nobilium praecipue, nomina ubicumque occurrunt, cupide captent et arripiant, non minore studio et ambitione pro iis pugnare parati, quam si pro veris aris ac focus certandum esset; et fortasse tanto ferocius, quanto facilius est, verbis, quam telis rem gerere: imo reperti quoque, qui urbium et regionum nominibus, scriptis antiquis per vim et fraudem inferendis, locis, quibus fauerent ipsi, falsam antiquitatem conciliare studerent: his adductus ego, quibus rationibus motus ὁ μακ. parens intrusum huc Neapolis, urbis alioquin, quod libenter agnoscimus, et nobilissimae et antiquissimae, nomen et mentionem expunxerit, ex oris ipsius Bas. promere, ac lectori proponere operae pretium credidi. Sed meminerit lector, nos ista κατὰ δεύτερον πλῆν, et tamquam collectas ex naufragio tabulas, aut tabularum potius fragmenta, proponere. Quis enim dubitet, quin haec eadem in commentariis suis, multis partibus plenius, et ut nullus scrupulus esset reliquus, executurus fuerit? Ita autem illae: (Ζῆται, quis veterum Καινήν Πόλιν appellavit Neapolim, et quis huius historiae meminerit. Mihi stupor merus videtur putare, de Neapoli posse intelligi. nam Liu. p. 338. 339. longe aliud de Neapoli in eodem anno. Est igitur Cannarum vicus, nam et infra numero singulari effert huius loci appellationem. Obstat aliquid, quod Liu. 344. Cannas Hannib. venisse multo post aduentum Coss. ait, sed facilis responsio. nam tota ista historia aliter exponitur a Livio. Livius p. 346. ait victos Rom Cannas perfugisse, quod et Silius ait.)

III. 109. πάντων ὑμῶν παρεσκευασμ.) Orae Bas. (scribo, ὑμῶν) Ita et versio; *quum cetera omnia vobis ad vict. sint parata. non, vobis omnibus, etc.*

Ibid. τὰ δ' ἐκ τῶν ἀποβαινόντων βραχ. ἔχε διαφοράν.) Ver- tit ὁ μακ. et post pugnam spes statum in melius mutandi tenuissima. atqui non de mercenariis tantum loquitur hic Polyb. sed et sociis, quibus mutato statu nihil opus. Verterem potius, quod et contextus suadet; *quis autem futurus est exitus pugnae, non est in magno discrimine: vel, quicumque autem futurus est exitus pugnae, prope indifferens* (ita loqui cum Cicerone, et aliis bonis auctoribus liceat:) est. Id enim vult Polyb. mercenariis et sociis, in ipsa pu-

gna omne periculum esse; quod post pugnam metuant, aut valde cupiant, nihil admodum esse: longe aliam eorum rationem esse, quibus non pro vita tantum, sed pro patria, liberis, vxoribus, et quicquid in terris charum, certaminis alea subeunda est. Ita se satis aperte explicat in sequentibus ipse Polyb. Quare et ista, quae sequuntur καὶ πολλαπλασίην τὰ μετὰ ταῦτα συμβαίνοντα τὴν διαφ. ἔχει τῶν ἐνεσ. αἰεὶ κινδύνων: et re, et verbis eo ducentibus, ita potius verterim: *et longe maiora post pugnam manens pericula, quam quae in pugna ipsa subeunda sunt: monere etc.* pro istis autem, τῶν ἐνεσῶτων αἰεὶ κινδ. non dubito rescribere, τῶν ἐνεσ. ἄρτι κινδ. nec ille puto dubitabit, cui totus et rei ipsius, et orationis contextus bene perspectus.

III. 113. πυκνοτέρας ἢ πρόθεν τὰς σου. καθικ.) Orae Basil. (forte ὄπιθεν ἢ πρόθεν.) mox ibi sequitur, (quod ad hanc proprie coniecturam an pertineat, quia mihi Aelianus non est ad manum, nescio: (An similis sententia illi, quae apud Aelianum cap. 17.) Sed quicquid huius sit, ex versione pareret, ὄπιθεν istud vel textui restituendum, vel animo saltem supplendum credidisse τὸν μακ. Vertit enim, *signa magis conferta in extrema acie, quam in prima statuit.*

III. 114. ἐν τοῖς τῆς προγεγενημ. μαχ.) Orae Bas. (lego, τοῖς ἐκ τῆς προγ.) Ita et versio.

III. 116. Οἱ δὲ Ρωμ. μέχρι μὲν διαύχ. Orae Bas. (forte, μέχρι μὲν ταῦδε. vel certe capiendum pro τῶς μὲν.) Ita et versio.

## IN LIBRUM IV.

IV. 1. ὑπὸ τῶν ἐκ Λακεδαιμ. βασιλ.) Orae Basil. (scribe Μακεδονίας, ex p. 51. similis error p. 213.) Ita versio. quare autem pag 213. (quae n. ed pag. est 561.) τὸ Μακεδόνων in textum sit receptum, quod aliter hic factum, causam non video, nisi si inde est, quia ibi mendum aliquanto conspicius, et aliqui fortasse Mss. libri consentientes.

IV. 4. τῶν ἐξηρημένων τὸν ἄνδρα κατὰ π. τρ.) Orae Basil. (An pro ἄρηρημένων: de quo verbo ad Xenoph. Leonel. p. 1029. et nos alibi multa. ἐξηρηθῆσαι τὸ ἀνδρὸς, passim Graec. vt Plut. Arato. ἀρηρηθῆσαι, Xen. p. 13. ¶ Mss r. ἐξηρημένων. Turn. emend. ἐξεικασμένων. apud Dion. Hal. 607. αἰρήμενος τὸν δῆμον: qui captat populi ben. ¶ An intelligit virilitatem

tem exectum, et tum corpore, tum animo effaeminatum?) Ex pluribus, quae proponuntur hic, coniecturis, τὸ ἐξηρημέ-  
νων expressit versio. *Dorim. plane modis omnibus dedius,*  
recentissima tamen apparebat eius scriptura, quam postre-  
mam posuimus.

Ibid. ἐκ παρανομίας καὶ σκώμ. γεγον. τὴν δριμύν.) Eum  
fuisse Dorimachum, qualis hic a Polybio describitur, cui  
παρανομία, vel παρανομίας elogium (nisi hoc ei nimis molle,  
qui tam dira et atrocias commisisset,) recte competeret, non  
negamus: hic tamen isti verbo, ubi hoc agit Polybius, ut  
merum scomma et dicterium repentini ipsius abitus, et  
tantarum quas animo concepit irarum, causam fuisse nos  
doceat, locum esse non puto. An non enim disertis ille  
verbis, διὰ τὸ ῥηθὲν; (propter id unum, ut vertit ὁ μακ.  
quod dictum in illum fuerat scilicet:) et μηδεμίαν ἄλλην  
ἀξίαν λόγου πρόφασιν illum habuisse, cur tam diro crudelique  
bello Messenios, ipsorumque amicos ac socios persequere-  
tur? Puto ego Polybium non παρανομίαν, sed παρωνυμίαν  
hic scripsisse: παρωνυμίαν autem pro falso, seu alieno nomi-  
ne posuisse. Μετωνυμίαν, vel ἀυτονομασίαν alius fortasse di-  
xisset: sed hoc tamen, si vim praepositionis παρὰ, quam  
habet in multis compositis spectamus, non minus proprium,  
nec multo aliter a Plutarcho τὸ παρωνυμιον, vel (ut quidam  
scribendum censent) παρανύμιον (in istis *de sera num. vind.*  
praestantissi. edit. p. 994. παρανύμιον χρησάμενος ἀντὶ τῆ ὀνόμα-  
τος:) usurpatum. Vtitur autem Polybius, cum dixit (ut  
nos quidem coniicimus:) ἐκ παρωνυμίας καὶ σκώματος,  
figura valde sibi familiari, quam vocant veteres Grammati-  
ci ἐν διὰ δυοῖν: cuius exempla apud illum, ἐνεργεσάτην καὶ  
μόνην, pro μόνην ἐνεργεσάτην: ἀρχὴ καὶ σύνεσις, pro ἀρχὴ  
συνέσεως: ἀρχῆ καὶ πραδέσει, pro τῆς προτεδείσεως ἀρχῆς;  
et alia plura, quae profert ex illo ὁ μακ. editis in lib. pri-  
mum commentariis. Ita igitur et hic, παρωνυμία καὶ σκώμ-  
μα, erit, dicterium, quod ex inuerso, vel peruerso siue mu-  
tato nomine. Nam qui *Dorimachum*, ipsum alloquens et  
compellans, debebat dicere: pro Dorimacho, *Babyltane*  
(vilissimi ac propudiosissimi nomen homuncionis:) ex na-  
turali illa, quam narrat Polybius, et oris et vocis, ceteri-  
que totius corporis similitudine petita ioci, meriti quidem,  
sed peramari materia extulit. Nec fortasse tam signanter  
hoc, et expresse Polybius sine causa; ne minus attenti le-  
ctores,



ctores, dum Babyrtae nomen in Scironis oratione legerent, Babyrtam ipsum (quod mihi contigisse fateor, et diu hic haesisse, priusquam me expedirem:) compellatum crederent. Sed et hoc nostram non parum coniecturam confirmat, quod, si id voluisset Polybius, priora et propria scelera Dorimachum causam subiti discessus, et eorum, quae post discessum ab illo perpetrata sunt, habuisse, *ἐξ ἰδίας παρανομίας*, aut tale aliquid; et non (vt ego quidem iudico) *ἐκ παρανομίας*, simpliciter dicturus erat; quod valde ambiguum fuisset: praecipue cum *σκάμμα*, quod vt altera causa (si duae statuendae:) sequitur, non de proprio, sed alieno scommate intelligi vellet.

IV. 10. *προκατασύραντες τὴν χώραν.*) Orae Basil. (fort. *προκατασύρ.* omnino ita melius. nam oportebat prius Aratum inuadi, dum adhuc erat *ὑπὸν*. et statim regionem vastari.) Hoc etiam et versio videtur exprimere. Ceterum *τὸ ὑπὸν*. in verbis *τῆ μ.* quid sibi velit, nisi fortasse *ἀνυπὸν*. quod in Polybio paullo supra, habebat in animo, fateor ignorare me.

IV. 12. *εἰ μὲν αὐτῶν εὐθίως διαμένοντες.*) Orae Bas. (Legge omnino *διακλίοντες*. sic, 188.) Ita et versio; *alii huc illuc extemplo dilapsi.*

IV. 14. *οἴσθαι δεῖν καὶ καθόλου σκοπεῖσθαι τὰ πράγ.*) Orae Bas. (videntur voculae transpositae.) Ita et versio, *quum in vniuersum posuisset.*

IV. 20. *κατ. ἐνιαυτὸν τοῖς Διονυσιακοῖς αὐλοῖς ἐκ τοῖς θ.*) Orae Bas. (Diu haesi in hoc loco. nam illa, *τοῖς Διονυσ.* videbantur denotare festum diem huius solemnis ludici: Liberalia nempe. at *αὐλοῖς* vox vix tum ferri queat, ideo scribebamus *αὐτοῖς*. Sed omnes libri aliter.) An ista post, vel ante versionem editam scripta, mihi incompertum est. aliter certe videtur tum cum ista scriberet, de verborum sententia statuisset P. quam cum ita verteret: quorum tamen commodiorem versionem vix aliunde speremus.

Ibid. *ὡς δὲ αὐτῶν ἀνα μέρους ἔδειν ἄλλ.*) Bas. edit. *διὰ τῶν ἀνὰ μ.* vbi *ὁ μκκ.* (Sic et Mss. sic et Athenaeus. nos legimus *δι' αὐτῶν*: vel, *δι' αὐλῶν.*) hoc iterum in superiore ora eiusdem libri: haec autem (quam exprimit et versio) coniectura, *δι' αὐλῶν*, posterior et potior mihi videtur.

Ibid. *καὶ μὴν ἐμβατηρίας μετ' αὐλῶν καὶ τ.*) Orae Bas. superiores: (*ἐμβατηρία* scrib. vt Athen. nam Mss. Pal. failunt nos.

nos. Porro hunc locum neque Ath. interpretes, neque P. intellexit.) Ibid. in ora inter. et infer. (Lego, ἐμβατήρι' ἄσματα μετ' αὐλῆ.) Haec, ni fallor, verissima et elegantissima coniectura: quam etiam expressit et versio, *praelia-tes modulos.*

IV. 21. οἱ πάλαι προσαγαγεῖν.) Orae Basil. (fort. παρεισ- sic παρεισαγ. bis hac ipsa p. et infra p. 190.) Versio quoque ni fallor, istud potius, quam illud expressit.

Ibid. ἴν' ἄν ποτε αὐτοῖς ὁ θεὸς ἐνδῶ.) Bas. edit. ὁ θεὸς δῶ: pro quo, vt ex oris liquet Bas. ὁ μακ. ex coniectura reposuit, quod et versio sequitur, ἐνδῶ: *clementius egerit.* Sed ad oras suae edit. aliter idem, his verbis. (MSS. Vrb. εὖ δῶ. quod rectum est. Eurip. in Oreste,

Ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῶ, τί χρὴ Φίλων;  
Ἄρχει γὰρ αὐτὸς ὁ θεὸς ὠφελεῖν θελών.

Est et formula Graeca, ἐὰν ὁ θεὸς διδῶ: vt in diuina sententia Demosthen. pro Ctes. φέρειν ἂν ὁ θεὸς διδῶ γενναίως.) Aliquid et in hanc sentent. ad oras Basil. ex Arist. Nicom. p. 166. vbi eadem formula. Veritas igitur: *Vt si quando diuino beneficio: aut, Deo iuuante: aut in eam sententiam: quod nos Christiani, Dei gratia: aut, diuina gratia opitulante, diceremus.*

IV. 30. ἐτύγχανον τέτοις.) Orae Basil. (scrib. ἐνετύγχ.) Ita et versio.

IV. 33. καὶ σάος Ἄρκαδ.) Orae Bas. (scr. σάα Ἄρκαδ.)

IV. 34. οἰόμενοι δεῖν.) De hac lacuna, quae nulla in edit. Basil. comparet, sic ad eius editionis oras ὁ μακ. (Hic in MSS. est lacunula, et in marg. λείπει τι. Deest nomen illius, vel illorum, qui hoc postulabant.) Aliam quoque rationem huic hiatui subueniendi docent eadem orae, si τῶ Μαχ. pro *sibi*, proprium nomen scilicet, loco pronominis, (quod exemplo non caret) positum sit: ac tum οἰόμενος, non οἰόμενοι scribendum fuerit. Sed et in prioribus verbis, μετ' ὀλίγων: ex eisdem oris, corrige, (quod et versio sequitur) μετ' ὀλίγον.

IV. 36. ἔπεισαν δὲ τὰς πλείους.) ὁ μακ. ad oras suae edit. (scrib. Ἡλείας, ex emendat. Ios. Merceri.) Enimvero paullo post sequitur Αἰτωλοὶ δὲ προσειληφότες τὴν Ἡλείαν, καὶ Λακεδ. ἄγνοιαν etc. Vertendum igitur: *Eleis item per- suaſit Mach.*

IV. 44. καὶ τῷ ἔμπροσθεν ἀφίαισι κατάβρω.) Orae Basil. (γρ. κατὰ βρω: quam γραφὴν et ora Regii Cod. exhibet. Sed quid, si vox scripta retineatur? nam κατάβρω, erit βρω εἰς τὸ κάτω. et cum eam vocem medici tam frequenter vsurpent, cur non inter nautica locus illi erat, vnde manavit?) Versio, vtramuis amplectaris lectionem, eadem erit.

IV. 46. ἕως εἰς Κλύαρον.) Orae Bas. (Forte leg. Cauarus et hic est ille Cauarus, de quo p. 124. sic p. 124. αἰθίαν, pro λιθίαν.) An ista post, vel ante editam versionem scripta sint, non liquet mihi. Versio certe, pariter et Graecus ibi contextus, Κλύαρον exhibent.

IV. 50. ἀντιπαρικήσειν τῷ Πρ. φόβω. Orae Basil. (Deest versio ἡλιζον.) Ita et versio.

IV. 56. ἔτι δὲ λιθοφόρος τέτταρα.) Versio; *ad haec castapeltas, quae lapides mitterent quatuor*: cur autem τὸ mitterent inter et quatuor, positus sit asteriscus, quod ad latina verba alibi in hac versione fieri non memini, causam non assequor. Fortasse ad τὸ λιθοφόρος pertinet iste asteriscus. ita enim ad illud orae Basil. (an, λιθοβόλος, qui vulgo πτροβόλ.)

IV. 58. ἔγω τῆς πόλεως, ἤδη βεβ. αὐτῆς κεκρατηκ.) Orae Basil. ὡς ἤδη βεβ. quod sententiae optime conuenire mihi videtur. Quomodo enim dicat Polyb. eos (Aetolos) βεβούως κεκρατηκέων, qui mox cum magna sua clade, vt pauci superessent, sunt eiekti? Fugitiui autem istius ὡς causa (vt norunt his assueti) manifesta, praecedens vox, in ὡς desinens. Vertemus igitur; *vt quam ab hostibus, irreuerabiliter*; vel, *irrefragabiliter* dicerem, si auderem;) ita vt recuperari non possent, iam teneri crederent.

IV. 59. ἐνεργότερον δ' ἐμπροσθὸν εἰς ἐνέδρ.) Orae Basil. (an deest aliquid?) Ex versione suspicor τὸν μακ. legisse, ἐνεργότερος, non ἐνεργότερον. Aliter quoque suppleri verba possunt. Sed ea tutissima pariter et facillima via visa est.

IV. 62. καὶ τὸν \* τέριον ἐπιπορ.) Orae Basil. (lego, τὸ πεδίον ἐπιπορ. τὸ κατὰ τὴν Π. Vrf. male corrigit. Vetus interpret non agnoscit, neque Rhium, neque Terium.) Ita et versio; *Vbi per planitiem* etc.

IV. 63. ἀφείς ὑποσπονδ. τὰς ἔντας τῶν Αἰτ.) Orae Basil. (scribe, ἐνόνητας.) Ita et paullo supra, κατεπλήξατο τὰς ἐνόνητας. Et ita versio; *qui intus erant.*



IV. 64. καὶ - - - τὴν Ἰθωρίαν.) Orae Basil. (Deest verbum cui innitatur τὸ πορθήσας. scribe, τὴν χώραν ἡμεῖς εἰς τὴν Ἰθωρίαν.) Ita et versio; *Agrum impune depop.* etc.

IV. 70. ἔχειν δὲ καὶ τεῖχη διαφέροντα.) Nihil hic orae Bas. sed in ipso contextu τὸ (ν) in verbo ἔχειν a P. deletum. An igitur ex mera ἀπροσεξίᾳ hic remansit; an quod dubitaret ὁ μακ. ? Caussa forte dubitandi, si bene coniicio, 1. quod omnes MSS. repugnarent: 2. quod Polybio suum illud συμβαίνειν tam familiare, imo fere perpetuum, ut etiam cum non palam vsurpat et effert, in animo tamen habuisse, et ad id quod in animo habebat, ceteram orationem interdum effinxisse et protulisse, non improbable sit.

IV. 71. διηπόρην ἀλλήλοις δεδιότες.) Orae Bas. (fort. διηπ. ἐν ἀλλήλ. aut διηπίσταν.) Versio hoc posterius expressit; *diffidere sibi inuicem*, etc.

IV. 74. τῆς νῦν παρὰ πάντων ὁμολογεμ.) Versio: *quum praesertim ad recuperandum ius immunitatis, nullum umquam tempus fuerit opportunius praesenti rerum statu, in quo omnes acquiescunt.* Fuerit igitur τὸ, κτήσασθαι τὴν ἀσυλίαν, a Polybio positum, pro, πρὸς τὸ κτή. τὴν ἀσυλ. ut ad oras Basil. ὁ μακ. At hoc valde durum. Sed et illud, τῆς νῦν παρὰ π. ὁμολογεμένης, pro, *in quo omnes acquiescunt*: non vna ratione suspectum mihi. Aliam lectionem et interpretationem suppeditant orae Basil. priorem tempore, an recentiorem edita versione, non possum dicere: non contemnendam certe: (f. πρὸς τὸ τὴν παρὰ πάντων ὁμολογεμένην κτ. ad recuperandum immunitatem, quam omnes fatentur ipsis deberi.) Cogitet peritus lector. In proxima sententia, pro ἐπὶ τῆς παλ. συνηθ. ex iisdem oris corrigendum, (quod et res ipsa postulare videtur) ἔτι τῆς π. συνηθ.

IV. 77. καὶ Μεγαλόπολιν.) ὁ μακ. ad oras nouae ed. (scr. Μεγαλοπολιτῶν, ex emend. Ios. Merceri.) Versio igitur corrigenda. *quae ab initio Arcadiae attribuebatur; et Megalopolitanorum Alliada* etc.

IV. 81. πάντας αὐτὰς κατέσφαξε.) Orae Basil. (scr. αὐτῶ) Ita et versio; *in ipsa coenatione.*

Ibid. πλείων μὲν πόνων καὶ σάσεων ἐμφυλ.) Orae Basiliens. idque scriptura recentiore; (scrib. Φόνων.) Versio ut respondeat, immutanda: *ad extremum, caedes plur. etc. vel, ad extremum caedibus multis factis, seditiones intest.*

IV. 84. Ἀμφίδαμος ὁ τῶν Ἡλ. στρατ.) Orae Basil. (Ἀμφίδαμος, vt pag. 131. 132.) Latinum igitur erit *Amphidamas*: quod si hic; in sequentibus etiam, non vno loco, reponendum.

Ibid. τοῖς ἰβίοις πρύγμασι διατηρήσει.) Orae Basil. (scg. πολιτεύμασι.) Quod, opinor, et versio, *legibus suis*.

Ibid. ἐπιτρέψαι τὸν ἄνθρ.) Orae Basil. (an διατρέψαι, vt p. 138 initio.) Versio: *in aliam traduxisse sententiam*.

IV. 87. Μεγαλέας δ' ἐπὶ τῷ γράμμ.) Orae Basil. (n. p. 141. Μεγακλέας, quod videtur melius. Cogita: sed vide Plut. in Arato.) Locus Plut. quem habebat in animo P. vt eum Plut. praestantiss. editio exhibet, hic est opinor. Καὶ τότε πρῶτον Ἀπολλῆ καὶ Μεγαλαῖν καὶ τινῶν ἄλλων αὐλικῶν διαβαλλόντων τὸν Ἄρατον, etc. p. 1918.

## I N L I B R V M V.

V. 4. προῆγε τὰς μηχαν. τοῖς τέχν.) Orae Bas. (an, προσῆγε;) Ita certe versio *muris mach. adiuuet*.

V. 6. ἐπιλαβόμε. τότε τῆς Μακεδ. ἐπαρχίας.) Orae Basil. (an ἐπαρκείας? lego ἐπιτυχίας, vt pag. 141. omnino ita recte.) At priorem coniecturam exprimit versio: *occasionem Maced. auxilii amplectentes*. Quod si τὸ ἐπιτυχίαν, vt Basil. edit. pag. 141. nouae autem edit. p. 363. d. reperitur, potius amplectendum, vertendum erit, *Laeti igitur occasionem Macedonicae prosperitatis amplect.*

Ibid. ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς Θερμοῖς τόπον.) Orae Basil. (Stephanus legit Θερμῶν: eum vide.) Ita et in sequentibus ἐπὶ τὸ Θέρμον: et πρὸς τὸ Θ. etc. vbi versio, *Thermum versus etc.* Sed et ibi discrimen, vt ad easdem oras notatum, quod Steph. τὸν Θ. non τὸ Θ. vt hic.

V. 9. καὶ μεγίς: δὲ παράσχισ ἐπὶ τέτοις.) Quamquam verborum, in quibus aliqua difficultas, explicationem ad indicem Graecum consulto confilio (quale fortasse in praecedente εἶχῳ τῷ Δῖον ambiguitas, ex qua dicti iacti, seu scripti potius, acumen pendet:) reseruamus: non aliena tamen ab his notis criticis, quae textui (vt vulgo loquimur) Polybii proprie dicatae, versionis etiam pro re nata διέσωσις: qualis hoc loco ex oris Basiliensibus se offert. Merito enim displicuit τῷ μαχ. quod hic editum, *Regem quoque ipsum eiusque amicos, rei magnitudo velut in stuporem dabat:*

cum

cum longe aliud verbo *παράσασις* voluerit hic Polybius: eos nempe, quod agebant, plena quadam quasi praeclari facinoris persuasionem actos et impulsos id egisse: qualem bonae conscientiae *πληροφορίαν* solent etiam saepe fanatici Christiani, a suis mystagogis pravis opinionibus imbuti, in similibus ostendere. Ea certe vis est vocis istius *παρασύσεως* hoc loco, ut certam persuasionem et fiduciam, quomodo ad illas suas oras exponit *ὁ μ. ὡς ἐμφατικώτατα* significet. Fuit autem Polybius ita ab omni superstitione (quod tot locis prodit et profitetur) alienissimus, ut tamen sacrilegium et diuinorum profanationem odisset, et detestaretur. Vertemus igitur: *Et regem quidem ipsum eiusque amicos certa quaedam gestientis animi fiducia pertentabat, quum iuste et honeste, etc.*

V. 24. ἀπέχ. μὲν τῆς πόλ. δύο μάλ. 52δ.) Versio edita: *ad ducentissimum quinquagesimum ab urbe lapid.* corrigenda sine dubio: *ad ducentos et quinquaginta ab urbe passus.* Potuit et hoc inter operarum typographicarum, vel calami proferantis errata, ut eiusdem, cuius et illa generis, referri. Nos tamen in his, plus aequo fortasse, sed consulto cautiore, ne nimis nobis in alieno opere ipsi fumeremus.

V. 27. εἰς τὴν Τρυφυλίαν.) Orae Bas. (In nostra editione locus corrigendus, cum *Τρυφυλία* sit rectum, ex pag. 132. vide) Locus ad quem reicit *ὁ μακ.* est edit. ipsius p. 340. *ἦκε βοηθῶν εἰς τὴν Τρυφυλίαν.*

Ibid. τὴν ἐπαγωγὴν τῶ λεον.) In textu Bas. editionis τὸ (ε) in ἐπαγωγ. a P. deletum reperio, qui sine dubio primam Alphabeti literam loco illius substitutam voluit, ut legeremus ἀπαγωγ. non ἐπαγ. Certe τὸ ἀπάγειν (vel, ἀπαγαγεῖν) pro, in carcerem ducere, vel ad supplicium rapere, notissimum: τὸ ἐπάγειν non item, nec ullibi puto reperiendum.

V. 28. διότι τὰ κατὰ τὸν Φιλ. ἔξω τελέως ἐστὶ διὰ τὴν ἀχορηγ.) Orae Basil. (an scrib. ἔξω ἐλπίδος τελ. an potius ἐξώλη τελ.) sane posterius istud valde probabile est, et ad illud, opinor, versio a Parente concinnata. Audebo tamen et meam hic coniecturam ponere, magis ut aliorum importunam *Φιλονειλίαν* praeueniam, quam ut illam lectori commendem. *ἐξίτηλα ἔσι*, vel *ἐξίτηλα τελέως ἐστὶ διὰ τὴν* etc. Hoc eodem verbo vsus in hac ipsa re Plutarchus in Caesare (Stephani Thesauro eum me locum debere non diffitebor:) *οἴομενοι ταχὺ τῶν ἀναλωμάτων ἐπιλιπέντων τὴν δύναμιν ἐξίτηλου γενέσθαι.*



V. 44. *συνάπτει τοῖς Σατραπείοις καλυμένοις.*) Orae Basil. (supra p. 64. in caulis belli Punici 11. et infra p. 155. ait Artobazanem principem fuisse τῶν Σατραπείων καλυμένων. Est opinor regio Satrapenorum. Nam Satrapia, non vnus prouinciae nomen est: erant enim plurimae, vt docet Herod. p. 125. et passim historia.) Haec ibi ὁ μακ. et his forte contentus abeat lector. Sed quid sibi vult igitur asteriscus praepositus: aut quare versio, *quos vocant Atropatios?* neque hic tantum ita res habet; sed et p. 155. quae Graeco-Lat. edit. p. 399. c. asteriscus item praepositus, et versio, *Atropatios* exhibet? Discamus hoc ex eisdem oris, ad quas, sed recentiore scriptura reperio. (legendum, τοῖς Ἀτροπατίοις καλ. ex Strabone p. 351. nostrae edit vbi eadem verba. Dionys. Periegetes hoc solum differt, quod ad Sept. Atropatios montes hos locat. eum vide, et facile concilies cum Strabone et Polyb. Ceterum, quod de populis sumus interpretati, dubito an recte. nam gens vocatur Atropatena: et melius montes Ἀτροπατίοι dicantur, aut οἱ τόποι.) Ceterum ad locum, p. 64. (qui Ed. Graeco-Lat. 163. a.) ἐκ τῶν ἄνω σατραπειῶν, quod attinet; vt et p. 398. d. τὰς περίξ σατραπείας, et seq. 399. b. τὰς ἔνω σατραπ. et mox ibid. ταῖς ἐαυτῆ σατραπείαις; et si quae sunt alibi similia; ad ista dico, quod attinet, aliter ibi (tyrones alloquimur) capienda vox est: quomodo et versio; *satrapias*, vel *praesefturas*, in his et similibus exhibens: non vero, *Satrapenorum regionem*: vel *Atropatios*.

V. 48. *κατ' αὐτὸ συνέζυξε καὶ κατ.*) Orae Bas. (f. κατ' αὐτὸς ἀνέξ. quid enim est, συνέξ.) Ita et versio; *castra inde mouet*.

V. 53. *ὃν εἶχοντο Γαλάται \* Πιγασάγες.*) Ex asterisco praeposito certum est, τὸν μακ. de vera lectione dubitasse. Dubitandi caussa, (vt ipse ad oras suas Bas. notauit) quod p. 163. et 164. edit. Graeco-Lat p. 420. b. et 421. b. scribuntur isti iidem Galatae, seu Galli, Αἰγιστάγες, non vt hic Πιγασάγ. et ibi quoque asterischi vtroque loco praepositi. Versio autem non eadem (vt in re dubia) vbique: sed quae tamen eodem redeat.

Ibid. *τὰς δὲ Συρραφόρους καὶ Γαλάτας.*) καὶ Χελῶνας, non Γαλ. edit. Bas. vbi ὁ μακ. (Γαλάτας, Mss.) sed idem ibid. recentiore scriptura; (scr. *Chalonitas*. Dionys. Perieg. 127.) Chalontis etiam regio hac ipsa pagina, circa finem.

V. 57. *συνεῖς διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς διατροπὴν.*) Orae Basf. manu recentiore: (videtur delenda ἢ διὰ.) Ita, puto, et versio: *qui vertisse in contr. voluntates ipsorum sentirent.*

V. 59. ὄρος ὑπόκειται παυμέγεθες.) Ita et versio: *subiectum montem habet celsit. imm. et fatis commode fortasse τὸ ὑπόκειται illud, seu subiectum, ad propinquitatem, non altitudinem referri possit.* Non contemnenda tamen, quae ad oras Basf. coniectura: (an, ὑπέρεται?) Illa vero tempore prior, an posterior hac editione, non possum dicere.

V. 66. Ἄντ. δὲ συνεπιστάμενος πολιορκίαν.) Orae Basil. (συνιστάμενος Mfl.) Certe *συνίστασθαι πολιορκίαν, vt συνίστασθαι πόλεμον, μάχην, etc.* (quae passim obuia:) recto more dicitur; et alibi Polyb. ipse, ni fallor, ita loquitur. *Συνεπιστάσθαι πόλ. vel πολιορκ. neque Polyb. alibi, quod sciam; nec alius, opinor, quisquam.*

V. 68. ἐπεὶ πρῆσβεύοντες ἄλλεις εἶχον ἀμφοῖς.) Mirum nisi lectōri, qui paullo fit in his exercitior, Vrlini, viri doctissimi, coniectura, ἄλλεις, pro ἄλλεις, ex ingenio restituentis in mentem veniet: quam etiam ad oras Basf. inuenimus. Non tamen ea mens τῶ μακ. fuit, quicquam mutandum esse. Sed τὸ ἄλλεις tamen quo sensu hic accipiendum crediderit, an ex eius verbis et versione, bona alioquin et elegante, qui non Liuiano sermone tritas aures habeat, fatis affecuturus fit, dubito. quod cum alibi plurimis quoque locis pariter habeat, semel monitus lector meminerit, ne suam veteris et purioris sermonis imperitiam, vitium interpretationis immerito suspicetur. Hic interim commode se offerunt orae Basf. (Nota duriss. vocem. vide Hesych. Ponit hic pro defensione caussae. ita et regius codex. sic omnino Liuius p. 645. *propugnaculum* posuit.)

V. 70. προσκαλεσάμενος γὰρ εἰς ἀκροβ.) Annon potius *προκαλεσάμ. vt ὁ μακ. ad oras suas Basil.* Hoc certe proprie et vsitate, *laceffere: τὸ προσκαλέσ. eo sensu vix alibi reperias.*

V. 71. εἰς τὰ Ῥαβαθαμάννα τῆς Ἀραβίας.) In gratiam lectoris sacrarum literarum studiosi, cuius et studium mentio *Rabath-ben-Ammon* in versione τῆ μακ. fortasse prouocabit, vt diligentius aduertendum locum putet: in eius, inquam, si forte, gratiam, quod suppeditant super hoc nomine (quod in Basil. edit. aliter editum, ex MSS. et loco inferiore ita hic restitutum est:) orae Basil. hic apponam.

(Haud dubie haec est *Rhabath* filiorum Ammonis, ut toties vocatur in Vet. Testament. quare verum nomen est  $\text{Ραβατ.}^{\text{A}} \text{Αμμωνος,}$  vel  $\text{Αμμωνιτῶν.}$  aut  $\text{Ραββατ βεν Αμμων.}$  Sed Graeci varie corruerunt. Accedit propius scriptura Ptolemaei. No. aliud est *Aram Rehabeth*, de quo Scalig. in Euseb. p. 24.)

V. 75.  $\omega\varsigma \tau\acute{\epsilon}\lambda\omicron\varsigma \epsilon\pi\iota\theta\eta\sigma\omicron\upsilon\tau\alpha\varsigma \tau\omicron\upsilon\varsigma \pi\rho\omicron\upsilon\kappa\tau\iota\mu\iota.$ ) Corrige ex oris Bas.  $\epsilon\pi\iota\theta\eta\sigma\omicron\upsilon\tau\alpha\varsigma:$  et ita versio, *negotium confecturi, non confecturos.*

V. 76.  $\epsilon\pi\tau\alpha\kappa\omicron\sigma\tau. \mu\acute{\epsilon}\nu \kappa\alpha\tau\acute{\iota} \beta\alpha\lambda\omicron\upsilon\tau\omega\upsilon \tau\omega\upsilon \text{Μυσῶν.}$ ) Basil. editio, non Μυσ. ut hic, sed  $\mu\iota\tau\omega\upsilon.$  vbi  $\delta \mu\alpha\kappa.$  (MSS.  $\text{Μιστῶν.}$  suspicor legendum,  $\tau\omega\upsilon\upsilon \epsilon\nu\alpha\upsilon\tau\iota\omega\upsilon,$  vel  $\tau\omega\upsilon\upsilon \beta\iota\eta \epsilon\sigma\tau\iota\omicron\upsilon\tau\omega\upsilon.$ ) Versio vtrumque repraesentat:  $\gamma\omicron\omicron.$  *ex hostibus (u erant Μυσῆ), caede proftraverunt.*

V. 77.  $\text{Αλιμῆς καὶ Λημνῖται.}$   $\delta \mu\alpha\kappa.$  ad oras nouae ed. (scribe,  $\text{Τημνῖται.}$  Ios. Mercer. Temnus, Graece  $\text{Τῆμνος,}$  Aeolidis (cuius vrbes hic commemorat Polybius) vrbs olim non incelebris; cuius et inter alios Cicero meminit: Hermodenis Rhetoris patria.


V. 78.  $\tau\eta\upsilon \epsilon\acute{\xi}\alpha\kappa\omicron\lambda\omicron\theta\eta\sigma\omicron\upsilon\tau\alpha\upsilon \alpha\upsilon\tau\eta \Phi\eta\mu.$ ) Orae Basil. (imo  $\epsilon\acute{\xi}\alpha\kappa\omicron\lambda\omicron\theta\eta\sigma\omicron\upsilon\tau\alpha\upsilon.$ ) Ita et versio.

V. 82.  $\tau\omega\upsilon\upsilon \theta\eta\rho. \tau\eta \beta\alpha\sigma\iota\lambda\iota\kappa\eta \kappa\acute{\epsilon}\rho\alpha\tau\omicron\varsigma.$ ) Orae Basil. ad ista,  $\tau\eta \beta\alpha\sigma\iota\lambda\iota\kappa\eta:$  (suspecta vox) et mox ibid. recentiore scriptura: (Delebam ex suspitione hanc vocem: nunc deleo auctoritate codicis Vrbinatis.) Sane quamuis in textu Graeco huius etiam editionis remansit, in versione tamen  $\tau\eta \mu\alpha\kappa.$  praeterita est, ut inspicienti liquebit.

V. 85.  $\tau\acute{\alpha}\varsigma \text{Ιππῆς, καὶ τᾶς ὑπὸ τὰ θηρία τετραγῶν.}$ ) Orae Basil. (scribe,  $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}:$  vel,  $\epsilon\pi\iota \tau\acute{\alpha}\varsigma \text{ὑπὸ τὰ θηρ.}$ ) Paruum in literis, magnum in re discrimen ex hac emendatione: quam sequitur et versio; *aduersus eos etc.*

V. 89.  $\text{πυκνίων τετραγώνων.}$ ) Vertit  $\delta \mu\alpha\kappa.$  *trabes e picca.* Sed ibi ad oram istius editionis scripsit ille: (imo fort. *abiete*, ut Linus.)

Ibid.  $\epsilon\iota\varsigma \sigma\Phi\eta\lambda\acute{\iota}\sigma\kappa\omega\upsilon \lambda\omicron\gamma\omicron\upsilon.$ ) Vertit  $\delta \mu\alpha\kappa.$  *in rsum cuneorum.* Sed idem ad oras suae edit. (Non sunt cunei, sed

sunt figurae eiusmodi: ) et ibid. mox, ad verbum  $\text{σρωτηῆρας,}$  (non sunt simpliciter asseres.)



V. 92. ὑπὸ τῶν Κυπαρισσέων.) Omiffa, nescio quo casu, versio horum verborum. Adde igitur in versione a *Cypriensis* *prohib.* etc.

V. 102. Καὶ προσελθὼν ἐπὶ Λασιῶνα καὶ τὸν ἐν τοῖς ἐρειπίοις πύργον παραλ.) Prius illud καὶ deleri iubent orae Basil. et certe recta syntaxis (nisi quod talia nonnunquam in optimis etiam scriptoribus, ex incuria:) ita iubet. Sed leue hoc, praent illud est, quod in proximis verbis ex ingenio et sagacitate praestitit ὁ μακ. Cum enim ante legeretur, καὶ τὸν ἐν τοῖς περιπίοις πύργον παραλ. et in nulla vetere memoria *Peripiorum* nomen occurrat, ipse felicissima (vt ego censeo:) coniectura, τὸν ἐν τοῖς ἐρειπίοις, vt hic est, primus correxit: addita etiam ad oras Basil. correctionis ratione, his verbis: (Lego, ἐρειπίοις, et puto Lasionem fuisse dirutam ex illa contentione, de qua Xenophon: et S. 131. sic in illo tractu sunt ἐρείπια multa, vt apud Pausaniam 152. Sane nec Strabo Lasionis meminit, nec diligentissimus Pausanias. Τριτία vrbs est in eo tractu. Pausan. 229.

V. 106. Οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως αἰεὶ ποτε Πέλοπον.) Versio, accidit enim semper modo nescio quo, etc. Vtrumque recte, et textus, et versio; meo certe iudicio. Ne tamen et alii hic impingant, et dum mutatae lectionis causam non assequuntur, suam ignorantiam (vt solent imperiti vulgo iniquiores et acerbiores esse:) causam insultationis habeant, non pigebit, quod orae Basil. super eo suppeditant, hic adscribere: (Οὐ γὰρ οἶδ'. legendum, non οἶδ'. videntur corrupisse, qui contraria sibi scribere Polyb. putabant, quia sequitur huius rei causa. Sed vide pag. 163.) Ibi vero ad ista, (edit. Graeco-Lat. pag. 418. b.) ἐκ οἶδ' ὅπως καινοί τι νε; αἰεὶ, καὶ νέοι πρὸς τὰς τοιαύτας ἀπατ. πεφύκαμεν (locus est illustriss. quo ex omni animalium genere, genus humanum, vt stultissimum, et decipi facillimum; quod quando verius? inducitur:) ibi, inquam, ὁ μακ. ad oras suas: (Negat causam rei se scire: cuius tamen causam mox subiicit; sic plane et pag. 172. in fine.) Iste vero hic ipse locus, in quo nunc versamur. Talia multa non ex vi verborum praecise sumtorum, sed ex vsitata formula accipienda, apud omnes et linguas, et auctores.

V. 108. Ἄλλον Τερέντιον, καὶ Λ. Αἰμιλ.) Orae n. ed. (scr. Γάιον: ex pag. 255.) Sed et ex Liuio, lib. xxii. cap. 25.

V. 110 συνίθη δὲ - - - ψευδῶς γεν. τὸν ὄλ. Φ.) In edit. Basf. nulla est lacuna. Sed ad τὸ ψευδῶς illud, ὁ μακ. (Videtur deesse negatio; imo omnino deest.) Hinc igitur haec in hac editione lacunula: et in vertione negatio suppleta. Ego autem in totum hunc narrationis Polybii contextum paullo accuratius intuens, plane ita iudico, recte Polyb. et negatione vti, et illam omittere potuisse; et utrumque proposito et scopo Polybiano tam bene convenire, ut quid ille scripserit, non facile sit statuere. Ponamus enim numerosum ad millia decem, vel etiam plura exercitum, qui diuturna obsidione oppidum aliquod vsque adeo fatigauerit, ut iam de deditone tractare, nulla spe salutis alia reliqua, bona fide incipiant; subito nuntio numerosioris exercitus aduentantis terrestri, et fugam longe lateque facere: re autem postea cognita deprehendi, qui numerosus exercitus perhibebatur, haud amplius ducentis aut trecentis armatis hominibus fuisse, qui casu aliquo in propinquo conspecti fuerint: recte dicamus non de nihilo famam illam fuisse, cum reuera fuerint armati homines, qui venire nunciabantur: nec minus recte, inanem ac de nihilo fuisse illum timorem, quum decem millia, ducentos aut trecentos, armatos quidem et illos, et vere milites; ceterum nec infesto animo venientes, et numero tam impares, tam trepide fugerent. Si quid tamen in re tam incerta et ancipiti statuendum est; et antecedentibus et sequentibus Polybii verbis congruentius ego crediderim, ut hunc timorem vanum et inanem plane fuisse dixerit, quam ut aliter. Omitto, quod *panicum* timorem prius vocauerit. Quid ille vero post haec verba? An non id deinceps agit, ut ostendat, magnam bene gerendae rei Philippum per hunc falsum timorem opportunitatem amisisse, et praeterea paucas illas naues, ex quibus falsus ille timor, potiri eum potuisse? Potius igitur verterem ego: *Huius autem tanti timoris, qui Philippum corripuerat, causa plane nulla suberat, quae non falsa et inanis esset.*

Ibid. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι δέκα νῆας ἀπὸ τῶ σολ.) Orae Basf. (scribe, δεκαναῖαν. elegans correctio. nam omnes libri mendosi.) Vox certe δεκαναῖα etiam in vulgatis Polybii codicibus non vno loco: ut pag. 350. c. et 375. Necessitas

tas autem huius correctionis in eo est, quod sequuntur foeminina singularia, ταύτην τὴν περὶ Ῥηγ. ὁφθείσαν, quae cum δεκαναίαν recta syntaxi; non itidem cum δέκα νῆας, congruunt. Potuit tamen fortasse figurata locutione per syllepsin (synthesin quidam vocant) ita loqui Polybius: quale illud apud poetam latinum: *Centauro inuehitur magna*: cum nauem in animo haberet, et passim apud alios alia. Durius tamen hoc, in historico praecipue; et credibilis, (nisi dissidentium MSS. consensus aliquem moueat:) aliter Polyb. scripsisse.

V. III. ὑπὸ τῶν περὶ τὴν Τρωάδα κροικ. Ἀλεξ.) In textu Graeco Basil. edit. obseruat ὁ μακ. (non verbis, sed lineis ductis:) transpositionem vocabulorum, et rescribit, ὑπὸ τῶν τὴν περὶ Τρ. quod rectum videtur.





IACOBI PALMERII  
A GRENTEMESNIL  
EXERCITATIONES  
A D  
POLYBIVM.

I. 8. **K**αὶ διατρέβησαι περὶ τὴν Μεργάνην. Nulla fuit in Sicilia Merganc. Doctissimus Casaubonus vult legi Μοργεντίαν. Cluverius in Siciliae geographia exercitatissimus, vult legi Μέγαρα. Ambae eae sententiae magno sese iudice vnaquaeque tuetur: id te tantum moneo, lector, super eo cogitabis.

II. 41. Καὶ κατὰ τὸ γένος ἕως Γύγου βασιλευθέντες. Habuit exscriptor in animo Gygen regem Lydiae celebrem: at tu rescribe Ὠγγὺν ex Strabone lib. 8. et ex ipso Polybio, infra initio libri 4.

III. 39. Ταῦτα γὰρ νῦν βεβημάτισαι καὶ σεσηκείωται κατὰ εὐθείας ὀκτώδ' ἀπὸ Ρωμῶν ἐπιμελῶς. Hinc discimus, Romanum miliare octo stadiorum Graecorum fuisse: nam per miliaria notabantur viae publicae cippis lapideis erectis, et ideo dicebant ad primum, secundum, vel tertium lapidem.

III. 86. Διανύσας δὲ τὴν τῶν Ἰσούβρων καλεμένην χώραν. Oculatissimum Casaubonum hic error sefellit, et euasit eius acumen, quod mirum, inaduertentiae tribuendum, non ignorantiae, quam nefas foret et piaculum maximum illi viro tribuere. Ἰσούβροι (qui Latinis Insubres dicti sunt) vt bene, quantum ad vocem, interpretatus est vir summus, immane quantum distant ab Hannibalis itinere, quod recensetur hoc loco. Lege confidenter et meo periculo, Ὀμβρων, id est, *Umbrosum*, qui vltra Apenninum versus mare Adriaticum et in ipso Apennino habitabant, nunc vero in ipso adhuc Apennino, et citra versus Narem fluvium, non longe a Trasimeno habitant: per eos iter fuit Hannibali; nihil certius.

III. 88. Ἀργυπάνην. Lege Ἀργυριπιάνην nam nomen eius urbis fuit Ἀργυρίπη.

IV. 6. Καὶ παραλαβὼν Ταυρίωνα. Ex hoc loco somnauit Ortelius urbem in Peloponneso Taurium, vel Taurionem, et putauit Polybium dixisse, Timoxenum cepisse Ταυρίωνα, Taurionem urbem: at Taurion est nomen viri copiarum ductoris, quem sibi adiunxit cum suis copiis Timoxenus.

IV. 31. Περὶ δὲ τῆς ἀποφάσεως ταύτης κατίχυσαν, μηδὲ μῶς εὐδοκούντων τῶν πολλῶν Αἰτωλῶν οἱ ἐφορεύοντες; Οἶνις καὶ Νίκιππος. Doctissimus interpres nihil mutauit, et sic interpretatur: hoc autem decretum ab inuita multitudine expresserunt Oenis et Nicippus Aetolorum Ephori. et satis commode quidem, si bene se haberet is locus, sententiae absurditatem vitauerat, in qua tamen manet illud ἄτοπον, legatos populi erga Messenios hostilis animi tantum potuisse in eorum vniuersa multitudine congregata, vt inuita ea decretum suis rebus accommodatum extorquerent. Nam in talibus negotiis non solent adeste legati populorum, dum super negotiis legationis eorum deliberatur. At contendo locum esse male sanum, et pro Αἰτωλῶν legendum esse Μεσσηνίων, tum ex ratione sententiae, tum ex ipsius Polybii auctoritate, qui infra pag. 372. (Lib. iv. cap. 4.) nos docuit, quo nomine summus Messeniorum magistratus appellaretur, scilicet Ephori: sic enim ait, ἐν ᾧ καιρῷ Σκίρων, ὃς ἦν μὲν ἔφορος τότε τῶν Μεσσηνίων, etc. Quo tempore Sciron, qui tum erat Messeniorum Ephorus. At Aetoli nullum talis nominis magistratum habebant, sed ἀποκλήτης, Apocletos, vocabant eos, quibus res eorum publica commendata fuerat, vt ipse Polybius ait supra p. 275. (Lib. iv, cap. 5.) et infra p. 1019. (Exc. Leg. n. 13.) Tum ex iis, quae sequuntur, necesse est ita emendare, ait enim Oenim et Nicippum a recta consilii via multum aberrasse. At si Aetoli fuissent, id non debuit dicere Polybius: optime enim et e reipublicae Aetolorum vtilitate fecissent, si Messenios ab hostium societate exemissent. Ergo procul dubio reponendum Μεσσηνίων οἱ ἐφορεύοντες.

IV. 57. Ὁ δὲ Αὐτόμολος ἔχων ἑκοσι τὰς ἐπιτηδειοτάτας. Scribe αὐτόμολος, sine maiuscula: non enim est κύριον ὄνομα, ea maiuscula sefellit doctissimum interpretem properantem, et qui non meminerat, paullo ante Polybium dixisse, τῶν δὲ ἠντιομοληκότων τις, vt interpretaretur Automolus, cum deberet transfuga interpretari. Sed hoc viri maximi μνημονικὸν σφάλμα a multis aliis notatum, et nimis acerbè exagitatum est.

IV. 59. Κατέλαβε παρὰ τὸν Ἄρατον Φρέριον τῶν Δυμοίων εὐ-  
 παιρον τὸ καλῆμενον τείχος. Diu me torſi, vt intelligerem,  
 quid eſſet παρὰ τὸν Ἄρατον, et credebam debere legi, κατὰ  
 τὸν Ἄρατον, *ſecundum Aratum*, id eſt, vt Aratus ſcriptum  
 reliquit, in Commentariis ſcilicet, quos ſcripſiſſe in confeſ-  
 ſo eſt. At multum me fallebat opinio, et longe a vero ab-  
 errabam; nam δευτέρα Φροντίς σοφωτέρα, me monuit legend-  
 um eſſe παρὰ τὸν Ἄραξον: eſt enim Araxus promontorium  
 iuxta Dymen Achaiae, vbi erat illud τείχος, de quo infra  
 cap. 65.

IV. 63. Ἦκε τῆς Αἰτωλίας πρὸς τὴν καλυμένην πόλιν Φοιτείας.  
 Ex huius itineris narratione et ex Thucydide lib. 3. patet,  
 eandem eſſe urbem, quam Thucydides Φυτταν vocat: haec  
 dubia parit neotericorum Iotacismus.

Ibid. Ποιούμενος τὴν πορείαν εἰς τὴν στρατηγικὴν. Sequutus  
 eſt vulgatam hanc, ſed mendosam ſcripturam doctus inter-  
 pres, et κυρίως interpretatur *Strategicam*. At nulla fuit in  
 iis partibus vrbs Στρατήγιον vel Στρατηγία. Ergo repono  
 audacter Στρατικὴν, vt bene ſcribitur infra lib. 5. cap. 96.  
 Erat enim in illis partibus vrbs Στράτος, *Stratus*, Acarna-  
 niae olim metropolis; eo vero tempore, de quo ſcribit Po-  
 lybius, ſub Aetolorum potentiorum imperio erat.

IV. 65. Τὰς δὲ οὐκείσεις διαλύων καὶ τὸν κέραμον εἰς χεθίας  
 καθήρμοσε τῷ ποταμῷ μετὰ πολλῆς Φιλοτιμίας εἰς τὴς Οἰνιαδας.  
 Haec ſic interpretatur doctiſſimus Caſaubonus, *materiam et*  
*tegulas cum cura impositas ratibus ad Oeniadas per amnem*  
*deuexit*. Non eſt, vt arbitror, haec Polybii ſententia (pa-  
 ce tanti viri dixerim) cur enim tanta cura Philippus ligna  
 et tegulas ſecundo flumine deuehendas ad Oeniadas curaf-  
 ſet, quae vrbs erat hoſtilis, et eius materiae (abſente prae-  
 fertim Philippo) domina facta fuiſſet? ſic igitur verto. *Ex*  
*lignis et tegulis rates factas cum multa cura, flumini adapta-*  
*vit, vt traiceret Oeniadas verſus*. Paenium illud a Phi-  
 lippo dirutum erat in ipſa Aetolia ad ſiniſtram Acheloi ri-  
 piam descendendo ſecundo flumine: Oeniadae vero in Acar-  
 nania ad dextram eiſdem fluminis. Abundans igitur ligno  
 et alia materia pontem ex ratibus fabricauit, quo vteretur,  
 vt exercitum traduceret verſus Oeniadas Philippus.

IV. 70. Ἐν ταῖς περὶ τὸν Λίγυρτον ὑπερβολαῖς. Supra  
 c. 11. hunc eundem locum Ὀλύγυρτον vocat, quod, vt puto,  
 melius et graecum magis ſonat.



IV. 77. Ἦκε βοηθῶν εἰς τὴν Τρυφαλίαν. ἢ τῆς μὲν προσηγορίας τέτευχε ταύτης ἀπὸ Τρυφάλια τῆ τῶν Ἀρκάδων παιδός. Haec Tryphalia regio, seu vrbs, a nullo alio antiquo memoratur, nec ipse Tryphalus eius denominator. Locum mendosum esse suadet haec nouitas, vt etiam haec infalsa τῆ τῶν Ἀρκάδων παιδός: nam quis ita locutus est? ego igitur sic legendum puto: εἰς τὴν Τριφυλίαν, ἢ τῆς μὲν προσηγορίας τέτευχε ταύτης ἀπὸ Τριφύλια τῆ Ἀρκάδος παιδός. *In Triphyliam, quae quidem hoc nomen habuit a Triphyllo Arcadis filio.* Sic debere legi, non suadent, sed cogunt ea, quae sequuntur, vbi fit recensio vrbium eius regionis, quae omnes Triphyliae sunt, paucis exceptis, quae Arcadiae aliquando tribuuntur. Triphylus etiam Pausaniae dictus est Laodamiae filius expresse et Arcadis ex consequentia, in Arcadicis. Tum situs ad hibernum occasum Arcadiae omnino conuenit. Ergo et hoc loco et infra, vbi repetitur, si mihi credis, lector, leges Τριφυλίαν, non Τρυφαλίαν.

Ibid. Ἐχατεύεσσα τῆς Ἀχαιίας. Lege Ἀρκαδίας: non enim attingit Achaïam Triphyliam, sed iacet ad occidentem hibernum Arcadiae, Achaïa ad septemtrionem.

V. 52. Τῶν προσαγορευομένων Κυρτίων. Forte iidem, qui auctoribus Καρδιαῖοι, Γορδυαῖοι, Γορδυηνοὶ, Χαρδῆχοι. Latini Curdi, qui ad Tigrim habitabant, montanam regionem, non procul a campis, vbi olim Ninivae; et hodie etiam Curdes vocantur: fera gens. vide super iis doctissimum Bochartum in suo Phaleg. lib. i. cap. 3.

V. 55. Ἴνα μήτε συγχορηγεῖν μήτε πολεμεῖν τολμῶσι τοῖς ἀποστάταις αὐτῆ γενομένοις. Sententia exigit, vt legatur μήτε συπολεμεῖν τολμῶσι.

V. 59. Τὸ καλέμενον Ἀμύνης πεδίον. Caussam nominis huius pete ex doctissimo Bocharto in suo de Phoenicum coloniis numquam satis laudato opere lib. i. cap. i.

V. 77. Κύμη καὶ Σμύρνα καὶ Φάγκια, μετὰ δὲ ταύτας Αἰγυπτῆς καὶ Δημνίται. Pro vltima hac voce Δημνίται, rescribe Τεμνίται. Nam et ipse Polybius in fragmentis a Valesio publicatis de Temno in hoc tractu mentionem fecit, vbi de Prusiae sacrilegiis loquitur. Ὁμοίως καὶ τὸ τῆ Κυνίε Ἀπόλλωνος τέμενος τῆ περὶ Τεμνὸν ἔ μόνον ἐσύλησεν. *Similiter et templum Cynii Apollinis circa Temnum non solum expilauit.* et Strabo lib. 13. et Cicero pro Flacco, et tabulae Peutingerianae.

V. 80. Παραγενόμενος δὲ εἰς Γάζαν καὶ προσαναλαβὰν αὐτῷ τὴν δύναμιν. Sic interpretatur haec verba doctissimus Casaubonus, *Gazam ut ventum, et pars exercitus iterum ibi est assumpta. sed aliud agens, et, ut ait ipse, properans. Ea non est Polybii sententia. Verte, Gazam cum venisset et ibi copias refecisset.*

V. 81. Εἰσπορεύεται τρίτος γένεσιμος ὑπὸ τὴν ἐκθινὴν εἰς τὴν τῶν πελαμίων χώραν. Ex lib. 3. Maccabaeorum apud 70. Interpretes adde ad historiae complementum, *ἡγεμὴν Δοσιθέου τῷ Δρωίλῃ Ἰουδαίῳ τὸ γένος, ἀποστάτη δὲ καὶ ἀλλοτρίουτος τὴν θρησκίαν. Auctore itineris Dositheo Drimyl filio origine Iudaeo, sed apostata et Graecias superstitiones amplexo.*

V. 85. Τοῖς δὲ παρ' αὐτῷ μεγάλην ἔριθν ἐνεργάσατο καὶ προσθυσίαν. Adde rursus ex eodem 3. Maccab. libro: *τῆς ἀδελφῆς Ἀρσινόης τὰς δυνάμεις μετὰ οἴκτα καὶ δακρύων παρακλήσεως, καὶ τῆς πλοκίως λελουμένης. Sorore Arsinoe cum eiulatu et lachrymis copias exhortante comis solutus.*

V. 86. Οὗτος μὲν ἦν ὑπὸ τὴν ἐκθινὴν ἐξαγαγὼν τὸ σαζόνιον μέρος τῆς δυνάμεως διέτεινε πρὸς Γάζαν. Exurgit ex hoc loco non mediocris difficultas, si conferatur cum eo, quod dixit supra, cap. 80. de Ptolemaeo, *παραγενόμενος δὲ εἰς Γάζαν, καὶ προσαναλαβὰν αὐτῷ τὴν δύναμιν αὐτῆς προσήει βιάθην διανύσας δὲ ἐπὶ τὸ προκείμενον πευπταῖος κατατραποτέδευσε πεντήκοντα σταδίων ἀποχῶν Ἰερουσάλης. ἢ κείται μετὰ Ῥινοκόρουρα πρώτη τῶν κατὰ τὴν κελίην Συρίας πόλεων ὡς πρὸς τὴν Αἴγυπτον, quae Latine reddam ad faciliorem lectoris intelligentiam. Cum autem venisset Gazam, et ibi copias refecisset, rursus procedebat lente in anteriora, et quinque dierum spatio castrametatus est prope Raphiam ad 50. stadia, ea sita est post Rhinocorura, prima ex Cauae Syriae urbibus versus Aegypti partes. Nam si Gaza occurrit prima venientibus Aegypto Raphiam, quomodo Antiochus praelio ad Raphiam victus, Gazam se recipit, et non potius recedit versus suas partes? Sed inter Ptolemaeum victorem et Aegyptum, tamquam in casses se iniecit prope desertum, vbi nullus comitatus, nulla commodi recessus spes? certe haec videntur ἀόσιστα. Tum Gaza erat in partibus et sub iure Ptolemaei, per quam iter fecerat, et ibi copias suas refecerat: quomodo igitur victus exercitus eo se recipere potuisset? At soluit dubium locus Noui Testamenti in actis Apostolorum*

rum cap. 8. vbi angelus sic Philippum alloquitur. ἀνάστη καὶ πορεύεσθε κατὰ μωσημβρίαν ἐπὶ τὴν ὁδὸν καταβαίνουσαν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Γάζαν, αὐτὴ ἐστὶν ἔρημος. Id est, Surge, et vade meridiem versus ad viam, quae descendit a Hierusalem ad Gazam, quae deserta est. Angelus noluit Philippum in dubio esse, ad quem locum mitteretur, ideo addit, quae deserta est, quod ego puto intelligi debere, quae est in deserto, aut iuxta desertum. Duae igitur erant Gazae, vna in ditione Ptolemaei prope desertum, vbi copias suas refecit Ptolemaeus ex labore, quem in deserto transmittendo habuerant: alia Syriae in Antiochi ditione, vbi post praelium se recepit; et primam illam Ptolemaei Gazam fuisse in deserti finibus patet ex ipsius Polybii verbis: dixerat enim paullo ante, Ptolemaeum, dum versus Gazam tenderet, fecisse iter διὰ τῆς ἀνύδρου per terram carentem aqua, quod est, per desertum. Inter has duas Gazas sita fuit Raphia, vt ex hoc loco patet. At potest opponi ex Strabone, Gazam desertam fuisse Syriae propiorem, quae ab Alexandro diruta fuit. Sed ea verba Xylander non agnoscit, ex quibus id colligitur; tum licet ab Alexandro Gaza Syriae diruta fuerit, ab Alexandri tempore ad Apostolos plura intercesserunt secula, quibus fluentibus instaurata fuit: et eius portus et quasi suburbium Maiuma dictum fuit emporium celebre. Diuus Hieronymus certe ante nos duas fuisse Gazas notauerat, vt citat Casaubonus ad Strabonem p. 759. Sed et Diodorus libr. 19. duas fuisse Gazas manifeste innuit, sic enim de Ptolemaeo Lagi contra Demetrium mouente: ἀπὸ δὲ Πηλεσίς διὰ τῆς ἐρήμου διελθὼν κατὰ στρατοπέδουσε πλησίον τῶν πολεμίων περὶ τὴν παλαιὰν Γάζαν τῆς Συρίας. A Pelusio per desertum procedens castrametatus est iuxta hostes circa antiquam Gazam Syriae. Et rursus eodem libro, μετὰ τὴν γενομένην ἡτταν Δημητρίῳ περὶ Γάζαν τῆς Συρίας. Post cladem acceptam circa Gazam Syriae. Inde colligitur fuisse alteram Gazam, quae non fuit Syriae, quando semper ita distinxit Diodorus, et ea est, de qua hoc loco agitur.

V. 89. Ἐρυσθῆς ἡ γυνή. Nescio, qua de causâ doctissimus interpres verterit *foemina nobilis*, cum videatur ἡ γυνή referri ad Antigonum, de quo superius paullo verba fecerat, et procul dubio sic intelligi debet. Nam Eusebius in Chronico 1. sic scribit de Demetrio Antigoni Gonatae filio, ex Porphy-



Porphyrrio, γήμας δὲ τινὰ τῶν αἰχμαλώτων, καὶ Χρυσήδα προσειπὼν, Φίλιππον ἐξ αὐτῆς ἔχεν τὸν πρῶτον πολεμήσαντα Ῥωμαίοις. *Cum autem duxisset quamdam captivam et Chryseidem appellans, Philippum ex ea genuit, qui primus cum Romanis bellum gessit.* Tum munerum amplitudo priuatam fortunam excedens debebat eum monere, vt aliter interpretaretur. Eam Chryseidem Demetrii viduam et matrem Philippi duxit Antigonus, qui Δάσων dictus est et Tutor: verte igitur melius doctus *Chryseis vxor.*

V. 99. Τὸ ἐν τρίτον εἶχε κατὰ τὸ τῆς πόλεως ὑπερκείμενον ὄρος. Nomen illius montis Haemus, illi Thracico cognominis, vt ex Virgilio, Lucano, Valerio Flacco, et Seruio ad Virgil. colligitur.

V. 100. Φιλίππη τὴν πόλιν ἀντὶ Θεβῶν κατανόμεασιν. Vna addita litterula locus erat integer, legendo nempe Φιλίππης, fuit equidem Φιλίππη πόλις alia vrbs, antea Πονηρόπολις, et postea Trimontium a situ dicta, sed in Thracia ad Hebrum. At haec vrbs, de qua hic fit mentio, Thessaliae fuit, et eam semper per pluralem numerum Philippos Florus, Lucanus, Statius, Silius et Stephanus, et eiusdem nominis fuit cum altera, quae in Thraciae littore, in Macedoniae limite fuit, de qua Lucas in actis Apostolorum.

V. 110. Τοῖς περὶ τὸν Λαῖῶν ποταμὸν τόποις. Fatum fuit eius fluii, vt eius nomen ab exscriptoribus corrumpere-  
tur. Lege Ἄσων, vt iam alibi correximus. Aous ille iuxta Apolloniam fluebat, et ab vrbe ipsa (si fides neotericis mappis Graeciae) nomen habet, et vocatur Poline, vt et ipsa vrbs etiam, et ita censet Magius Patauinus.



IACOBI GRONOVII  
NOTAE IN POLYBIVM.

I. 5. **Κ**αλῆ σώματος διεβρίμμένα μέρη.) Quamuis sic veteres habeant membranae, putat tamen magnus vir, Polybium scripsisse μέλη. Sed videndum ne genuinum membranae seruent. Nam et lib. iv. cap. 4. de Babyrta et Dorymacho: ἐπὶ τοσῶτον ἐξωμοίωτο κατά τε τὴν Φωνὴν καὶ τὰ ἄλλα μέρη τῆ σώματος τῷ προειρημένῳ. lib. vi. ex Peirescianis de Hierone: διετήρησε δὲ πάντα καὶ τὰ μέρη τῆ σώματος ἀβλαβῆ. Et lib. xii. ex iisdem: Τίμαιός Φησι Δημοχάρην ἠτουμενημέναι μὲν τοῖς ἄνω μέρεσι τῆ σώματος. Et familia sunt v, 104. Ἐὰν ἀφήμενος καταφθεῖρειν τὰς Ἑλληνας κατὰ τὸναντίον ὡς ὑπὲρ ἰδίῃ σώματος βεβλήται, καὶ καθόλα πάντων τῶν τῆς Ἑλλάδος μερῶν ὡς οἰκείων καὶ προσηκόντων αὐτῷ ποιήσῃ πρόνοιαν.

I. 10. Ἐξόφθαλμον εἶναι τὴν ἀλογίαν.) Optime haec constituit ὁ πάνυ. Tantum Basilienses admiror, vnde acciuerint suum ἀναλογίαν; nam ante eos in Haganoensi editione clare lectum ἀλογίαν. Sequentium vero eam interpretationem veram putamus, quam posuimus: altera non est nauci.

Ibid. Οὐ μόνον κατὰ τὴν Διβύην.) Expunge vuculam κατὰ, inquit magnus Isaacus. Et assentirer sane, si auctoritate scriptorum librorum a se id iuberi addidisset. Sed quia retinent editiones omnes, forte scripsit, ἔ μόνον τὰ κατὰ τὴν Διβύην. Id enim idem est.

I. 12. Τοῖς ἐκτὸς ἐπιχειρεῖν ἐπεβάλλοντο πράγμασι.) Dubites tamen, an non scripserit ἐγχειρεῖν. Certe eadem sunt libri ii. initio. Πότε Ῥωμαῖοι τοῖς ἐκτὸς ἐγχειρεῖν ἤρξαντο πράγμασι. Et eiusdem libri extremo: Δι' ἃς αἰτίας τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν κρατήσαντες Ῥωμαῖοι πρῶτον ἐγχειρεῖν ἤρξαντο τοῖς ἔξω πράγμασι. Et alibi.

Ibid. Τὸ κεφάλαιον τῆς νῦν αὐτῶν ὑπεροχῆς.) Siquidem velit aliquis praesentis illorum potentiae fastigium rite ac probe contemplari. Ita interpres. Atqui parum ad praesentis Romanorum potentiae fastigium rite contemplandum facit scisse, quomodo et quando coeperint meliore fortuna uti:  
potius

potius ad id faceret comparatio et σύγκρισις ad alias nationes, quantum ille regnator populus istas potentia et imperii magnitudine, quantum quotidie rebus gerendis, quantum magnanimitate supergrediatur. Certe scire, quomodo et quando coeperint meliore fortuna uti, prodest ad nihil aliud, quam ad contemplandum caput, originem et incrementa potentiae, ac id dicit Polybius, sicut docent et sequentia et praecedentia. Verte igitur: *siquidem velit aliquis praesentis illorum potentiae principium rite ac probe contemplari. Vide et libri sequentis caput 2.*

I. 13. Μέτρια δὲ ταῖς τύχαις.) Vertitur: *fortunis mediocres.* Quod de Romanis posset admitti; de Carthaginensibus qui queat, non liquet, quum nullo tempore (si ab Hannibalis in Italia dominatu discesseris) fuerint potentiores, quippe Africa, tota pene Sicilia, multis Hispaniae partibus, omnibus Sardoï et Tyrrheni maris insulis sub ditio- nem redactis, ut est cap. 10. Nec tamen etiam de Romanis ferri potest, Italiae iam domitoribus, et auctor ipse dicit *παρίσσει ταῖς δυνάεσσι.* Quid, illine fortunis mediocres dicendi, qui ita gesserunt bellum, ad quod non modo quis praesens et videns oculis, sed vel audiens obstupescat ob praeliorum magnitudinem et robur duarum urbium, sicuti refertur cap. 26? quo nullum diuturnius aut maioribus apparatus et frequentioribus pugnis casibusque insignioribus patratum, ut paullo ante dixit. Adde his cap. 63. et agnosces mendose verum, cum debuerit, *fortunis iustificantes.* nam id est μέτριον interdum, ἀρκῦν, ἰκανόν. cap. 5. *οἱ πεπεισμένοι διὰ τῆς ἰστορίας μετρίως συνοψιῶσθαι τὰ ἔλα.* Plutarchus in Flaminio: *Θαυμάσιος ἔ πάνυ ἡδομένοις, οὐκ ἔστι δὲ κωλύειν, ἐπεὶ στρατῶσθαί γε μετριοὶ τὸ πλῆθος εἶποντο.* Sic patrem audiui defendentem illud Herodiani II, 5. *Πείσειν δὲ αὐτὸς ὁ Λαῖτος ὑπὸ χυεῖτο, ἐπεὶ περ αὐτῷ ἐπάρχων ὄντι μετρίαν ἀπένεμον αἰδῶ.* Vbi Stephanus mallet ἢ μετρίαν. At Herodianus significat, etsi valde corrupta esset disciplina, tamen ad hoc praefecto praetorii satis fore auctoritatis. Et eiusdem alterum locum VIII, 6. *ἅπερ ὄντα ποῖλα, δίκην νεῶν, ἀλλήλοις συνδαθέντα ἐπινῆξεσθαι μὲν ἔμελλεν ὡσπερ σκάφη, μὴ παρενεχθήσεσθαι δὲ διὰ τε τῆ δεσμῆ τὸ ἐπάλληλον Φρυγῶν τε ἄνωθεν ἐπιβληθέντων, χῆ τε τῆς γῆς μετρίως ἐς αὐτὰ σωρευθέντος.* In quo laborarunt Politianus, Stephanus, Sylburgius. Sic autem interpretabatur; *quae quia caua erant* (loquitur de doliis



doliis ligneis, siue cupis) *instar nauium, inter se reuincta earumdem modo ferrentur super aquam, nec tamen auferrentur a fluctu, tum propter vincula cratesque iniectas, tum quod satis multa terra saburrata essent.* Παραφέρεσθαι, non est pessum ire, sed auferri. Curtius lib. 8. *Qui effugerant hostem, aut impetu amnis ablati sunt, aut vorticibus impliciti.*

I. 18. Πέντε μὲν ἔν Ἰσωσ μῆνας.) Non hic modo mutauit ὁ πένυ prauam lectionem, sed etiam cap. 56. hoc lib. παρακρατοπεδευσάντων αὐτῶ Ῥωμαίων πρὸ τῆς Πανορομιτῶν πόλεως ἐν Ἰσωσ πέντε σαδίοις. Vbi priores circumferebant Ἰσω. Et quin optime sic consuluerit Polybio, dubitari nequit. Quod addit, eam particulam saepe apud Aristotelem vacare, transmitto, modo ne vel ipse putauerit, vel lector putet, id ad hunc quoque locum proprie pertinere. Non enim hic dumtaxat otiosa est, sed significat numerum non exactum, plus minusue illo numero, qui expressus est; vt alibi χεδὸν et Latinis *admodum*. Hoc libro cap. 34. Πεντακόσιοι δὲ Ἰσωσ οἱ μετὰ Μάρκῃ Φυγόντες. Alibi: Ἐν Ἰσωσ πέντε τοῖς πρώτοις ἔτεσι πάνδημον ἐποίησατο δόξαν.

Ibid. Συνεχομένων δὲ τῶ λιμῶ.) Ita III, 62. Καὶ γὰρ δεσμὸς εἶχεν βαρεῖς καὶ τῶ λιμῶ συνέιχοντο. Quo cum vulgatum defendi queat, tamen magis probo Vrsini συναγομένων quippe praeter locum ab eo citatum inuenio, olim hanc huius loci scripturam fuisse tempore Suidae, qui sic allegat. Et paullo infra: *συνήγοντο τῇ σιτοδείᾳ.* Plutarchus in Sulla: ὑπὸ λιμῶ συνηγμένων ἤδη τῇ χρείᾳ τῶν ἀναγκάσιων εἰς τὸν ἑκατον καιρόν. Sed et editiones *συνεχομένων τῶν δὲ τῶ λιμῶ.* Videtur fuisse: *συναγομένων δὲ τότε τῶ λιμῶ.* nempe quinque circiter mensibus exactis.

I. 21. Τὸν κρατηγὸν ὑποχείριον ἔχοντες.) Hagatioensis cum Basileensi ἄγοντες, quod facile praefero. gemina plane sunt inferius cap. 34. οἱ Καρχηδόνιοι τὸν κρατηγὸν ἅμα μετὰ τῶν αἰχμηκλῶτων ἄγοντες ἐπανήλθον. praeterea proprium de nauibus. II, 8. ἡ δὲ Τεύτα καταπλαγεῖσα τὸ πλῆθος καὶ τὸ κάλλος τῆς ἀγομένης κατασκευῆς.

I. 29. Ἐξήκοντα καὶ τέτταρες.) *quatuor et sexaginta.* Ita nos reposuimus: nam in magni interpretis editione reperias *tres et sexaginta*, calami aut typorum lapsu. Talia multa in illa editione occurrebant, a sequentis quoque Latini contextus editoribus retenta, nunc demum correctæ, quorum quaedam, ne nimis cogar has notulas κερματίζειν, hic col-

ligam. Hoc lib. cap. 65. *ἐκ ἀλάττους δισμυρίων, ad duo hominum millia*, ipsis octodecim omillis. 11, 24. *Ῥωμαίων μὲν αὐτῶν περὶ δισμύριαι, ἔσσιβους triginta pedatum millia*, additis integris decem. 111, 34. *Πεζὺς τετρακχιλίαις πεδίταις αἰὶο εἰς εἰς εἰς, neglectis εἰς*. Ibidem paulo infra, ubi narrat, quae naues instructae fuerint *πληρώμασι, τριήρεις πέντε, triremes duas*, remissis tribus. 1V, 69. *Πρὸς χιλίας καὶ διακοσίας ad duo millia et ducentos*. Atqui si tot sunt capti, centum vero fugerunt, iam nulli ἤτε ὑπὸ τῶν Μακεδόνων, ἤτε ὑπὸ τῶν κερκυραίων interierunt, quod tamen asseuerat auctior; quare recidi non nihil. xv, 11. *τῶς μυθοφέραις ἐπέστησεν περὶ μυριάς ὄντας καὶ ἑκατὸν*. Secutus Liniū, penitus hic numerum omisit contra interpretis officium. xvi, 6. *Μακεδόνες μὲν εἰς τριχίλιαις, Macedones circiter mille ducenti*, omisso ultra dimidium.

Ibid. *Ἐγένοντο πρὸς τὸ πολιορκεῖν*.) Corrigi volunt πρὸς τῷ πολ. Incertum qua ratione: cum et infra hoc libro: *ἐγένοντο πρὸς τὸ καταρτίξιν*. Et, *ἐγένοντο πρὸς τὸ καινοτομεῖσθαι*. lib. 111. *ἐγένοντο πρὸς τὸ κατακρατῆσαι*. Et, *ἐγένοντο πρὸς τὸ διακινδυνεύειν*. lib. 1V. *ἐγένοντο πρὸς τὸ συνταλεῖν*. Quae omnia intacta relinquant.

I. 30. *Τὸν τε Ἀνναίος Ἀσδρούβαν*.) Latina versio *Hannonei Adrubalis F.* Sed quia aliae editiones in Graecis ne tantillum quidem variant, id festinationi, vel *παροράμασι* auctoris adscribens mutauit, ut vides.

I. 31. *Πρὸς τὸν Καρχηδονίαις εἰς διαλύσεις*.) Valde displicet fatua ista nominis proprii repetitio; et nunc video eam vocem Basileensi primum editioni inditam, nam Haganoensis ignorat. Putem fuisse: *Πρὸς τὸν Καρχηδονίαις εἰς διαλύσεις*.

I. 32. *Εἰς τὴν Καρχηδονίαν ἄγων στρατιώτας*.) Sane subintelligi potest, et debet, *χρείαν*, vel *στρατίαν*, vel *χώραν* simileue quid: videntur tamen priora tria verba nescio quid spurii prae se ferre, et ex praecedentibus repeti: ac neque incerpres agnouit. Post paulo Xanthippum ait *τριβὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἔχοντα σύμμετρον*, quae post Fr. Fabricium conuertit Casaubonus, *qui rei militaris usum mediocre habebat*. Aemilius Portus ad Suidam in voce *ἀγωγή*, in *bellicis rebus mediocre versatum*. Quod satis ieiunum et malignum tanti ducis encomium. Florus autem, *a viro militiae peritissimo vincimur*. In epitome Liuiana vocat *Lacedaemonium ducem*, Ampelius *uirum Lacedaemoniorum fortissimum*.

*tissimum*, Orofius etiam *regem*. Atqui non ciuis erat Spartani, mediocrem habere belli scientiam, nedum ducis. Quare *σύμμετρον* accipio *καθήμεσαν, ἀρμόζασαν, ικανήν*, commodam nempe et tali viro, qui educationem Laconicam et postea exercitationem bellandi fortitus erat, conuenientem et idoneam, qua voce ipse Casaubonus vtitur in explicandis x, 36. his: Πολύφαντον ἐξέπεμψε μετὰ σύμμετρον δυνάμεως. Sic frequenter Polybius *σύμμετρον διάστημα, ἀπόστημα, σύμμετροι λίθοι*, vbi nihil minus est, quam *mediocris*. Haec ex ipsius Polybii scriniis petita explicatio praeferenda videtur ei proportioni, quam hic quaerebat doctissimus Berneggerus, *σύμμετρον* referens ad *ἀγωγήν*, putansque Polybium Xanthippo tribuere *θεωρίαν* insignem et *πρᾶξιν* haud deteriore, quasi *τὴν ἀγωγήν* constrinxerit Polybius ad militiam, cum manifeste ob duas eum felicitates praedicet. Perrottus fecerat *in bello non mediocriter exercitus*.

Ibid. *Ἐν τοῖς ἐπιπέδοις τῶν τόπων*.) Nouissimae hoc editionis est, a typis, an a praefide incertum. Priores *ἐπιπέδοις*, quod omnino non mutandum, et sequitur paullo infra *ἐν τοῖς ἐπιπέδοις τῶν χωρίων*, quae ratio vt Graecis propria et familiaris, sic familiarissima Polybio.

I. 36. *Ὡς ἐπὶ τῆς Λιβύης*.) Praeter Siciliam nauigant, velut qui in Africam cursum dirigerent. Placuit interpreti hoc loco *κατὰ πόδας* vertere; nescio an recte: nam reuera, non simulate Africam sequebantur, et *ὡς ἐπὶ* in hoc auctore vtramque paginam replet, quorum si vtrumque Latine velis reddere, sententiam turbes. Hoc lib. cap. 41. *ἔπλεον ὡς ἐπὶ τῆς Σικελίας*. Cap. 13. *παρανομιθεῖς ὡς ἐφ' Ἡρακλείας*. Et sua, vt opinor, hoc est, nulla auctoritate edidit ὁ πᾶνν hoc lib. c. 29. *ἀνήγοντο ποιούμενοι τὸν πλεῖν ἐπὶ τὴν Λιβύην*, vbi priores editi *ὡς ἐπὶ*, quod profus reuocandum putamus. Admissum quoque a Basileensibus: nam Haganonensis III, 23. *Καλὸν ἀρωγήριον ἐστὶ τὸ προκείμενον αὐτῆς τῆς Καρχηδόνας ὡς πρὸς τὰς ἄρκτας*. Illi eiecerunt particulam, vt etiam Casauboniana. Nobis monuisse satis est debere relinqui, vt III, 47. *ἐν τοῖς ἀποκλίναςσι μέρεσι τῶν Ἀλπεων ὡς πρὸς τὰς ἄρκτας*.

I. 37. *Πρὸς ταῖς τριακοσίαις*.) Lege necessario *τετρακοσίαις*: nam cum trecentas et quinquaginta naues Romani a principio deduxerint, et centum quatuordecim ceperint, conueniet optime numerus, si legeris, vti dixi; nisi supe-



r*ius malis* rescribere καθελύσαντες διακόσια καὶ πενήκοντα σκάφη, in quam sententiam videtur nos deducere Orofius: nam in eo legendum cum c*ioffe* cc nauium i*usfi* Ciurcam p*ertunt*, vt allegat Sigonius, non ecc, vt in contextu est, cuius patere potest.

Ibid. Αὐτοῖς ἤδη συνέβη καὶ συμβήσεται πάχιν.) Scribendum αὐτὰς modo Polybium audimus. viii, 18. παραπλήσιον συνέβη πάχιν ἄλλ. κς. xiv, 5. ἢ γενομένου παραπλήσια συνέβη παχιν τὰς Φοίνικας ὑπὸ τῷ πυρός. Vel si vtique retines αὐτοῖς, leges tamen παθῶν. 1, 15. Ἰδιάντι καὶ παραπλήσιον ἀμφοτέροις συνέβη παθῶν. xi, 14. συμβήσεται παθῶν αὐτῶν τὴν Φάλαγγα τὸ προειρημένον.

I. 39. Γναῖος Σερυλλιος.) In Latinis legebatur C. Seruilius: sed quia fastis tam aliorum, quam quos interpret Polybio annexuit, inditum sit pronomen C*naeus*, calamo id donans correxi.

Ibid. Κατασῆσαντες στρατηγὸν Γ. Ἀτίλιον καὶ Λ. Μάνλιον.) Si solum Atilium consulem dicere voluit, aut imperatorem, fero: sed quid peccauit Manlius, vt collegae non aequetur titulo? Rescribe ocius: στρατηγῶς etc.

I. 40. Κατὰ τὸ λαὸν κέρως.) Sic quidem Polybius. Contrarium voluit interpres, dum vertit *de:tro hostium cornui oppositum*. Sed parum apte, et agnosco festinantis errorem, cum et alibi easdem voces confusas ipse monuerit. Ideo hic quoque, vt debebat, reposui.

Ibid. Συνακοντιζομένων δ' ἐνεργῶς πυκνοῖς.) Et hoc e Basileensi translatum. Monuerat tamen Vrsinus, coniunctionem esse inferendam, scribendumque ἐνεργῶς καὶ πυκνοῖς. Neque aliter olim editum Haganoae. Similiter auctor ii, 30. vbi ferme eadem: ἅμα τῶν τὰς ἀκοντιστὰς εἰσακοντίζειν ἐνεργῶς καὶ πυκνοῖς βέλεσι. etiam in versione sua non neglexit.

I. 41. Διὰ τῶν βραχέων.) Editiones primae διὰ τῶν πρὸ βραχέων. Hinc Vrsinus vocolam tertiam eiecit, idque receptum a summo Isaaco. Vt tamen constaret, haecenus se tantum consentisse, appinxit orae libri sui, ἀπ' αὐτῶν πέραν βραχέων? Sed nihil videtur causae, quare a vetusta lectione recedamus. Construe, διὰ βραχέων τῶν πρὸ, quod est προκειμένων, ex ratione Graecorum articulo cum praepositione coniuncto. Sic οἱ νῦν opponuntur παλαιοῖς.

I. 42. Τοῖς προειρημένοις τῆς Κερχληόνος ἀκρωτηρίοις.) Intelligit Ἐρμύκιν et Ἀσπίδα, quorum meminit capite 29 ac sic re-

sic retineri potest hoc verbum. Si tamen alicui magis probabitur τοῖς προκειμένοις, quod est in editione Haganoensi, ei libenter manus dabo, cum in illo, tam promontoria, quorum superius meminit, quam reliqua Carthagini praeiacentia comprehendantur, quae sane plura sunt, et recensentur libro tertio Pulchrum, Mastia, Tarseium.

Ibid. Προσκατσκευάζοντες αἰεὶ τοῖς ὑποκ.) Certe deest τι, sed nullo modo patiendum, vt id contextui adiciatur: nam et in huius particulae defectu Polybium agnosco. VIII, 12. Σωσίβιος ἅμα μὲν προσεδίδοι τῶν χρημάτων εἰς τὸ μηδὲν ἐλλείπειν. Eod. 20. Εἰσέφερε τῶν θηρίων. IX, 32. ἀπώσαντας ἐς τὸ Φρέαρ τὸν παραγεγονότα, καὶ προσεπιβάλλοντας τῆς γῆς κελεύειν ἀπαγγεῖλαι. x, 10. Carthaginem nouam ait cingi ἀπὸ τῶν δύσεων λίμνη, προσεπιλαμβανέση καὶ τῆ πρὸς ἄριτον μέρος. Ita II, 61. Εἰ γὰρ τὰς λόγῳ καὶ δόγματι μόνον ὑπομείναντας ὑπὲρ Φίλων καὶ συμμαχῶν ἄνδρας ἀγαθὰς νομίζομεν. Vbi eadem omiffae particulae ratio, et rectissime magnus Isaacus in interpretatione *aliquid* adiecit. Nam quod vir eruditus necessario hic inferendam vocem πόλεμον censet, esse quid hoc dicam nescio: certe ἐμοὶ κριτῆ, si ea vox vulgo interfereretur, furcillis expellenda esset, quae enim tunc αὔξησις in sequentibus? Legatione II4. Φάσκων αὐτῶ προσπεπτωμένῳ παρὰ τῆ βασιλέως· διὸ δέον ἐστὶν αὐτὸν μὲν μένειν κατὰ τὸ παρὸν ἐν τῇ Ῥώμῃ. Noui *aliquid a rege se accepisse*. Recte sic interpres.

I. 43. Τῶν ἐκπηδησάντων εἰς τὰ τεῖχη.) Omnino post secundam vocem ponenda ἀτλείας nota: nam excidit aliquid, quod in versione suppleuit facillime ὁ πάνυ. in Graecis idem tentare absque MSS. id vero incertissimum putauī.

I. 46. Πρὸς Ἀτάρβαν τὸν Καρχηδονίων στρατηγόν.) Haganoensis Ἀτάρβανον τὸ τῶν Καρχηδ. 5p. Forte fuit: πρὸς Ἀτάρβαν ὄντα τῶν Καρχ. 5p. Quae vocula non hic tantum euauit, sed etiam libro II, cap. 28. διὰ τὸ τιναὶς τόπως βατώδεις ὄντας ἐμπλέκεσθαι τοῖς ἐφάρμασι. Sic enim praeter editionem Haganoensem exhibet Suidas, nunc participium omittunt, et plane sine causa ac contra veritatem. An praeferes Ἀτάρβαν τὸν τῶν Καρχ.?

Ibid. Ἀνὴρ τῶν ἐνδόξων, Ἀντίβας ἐπικαλούμενος Ῥόδιος.) Vir ex honoratis, cui Hannibali nomen erat, genere Rhodius. Ita distinguitur et explicatur. At vix participio hoc vtitur Polybius, quam vbi cognomen alicui tributum refert, vt

videre licet ex singulis paginis. Et quis dixit eum fuisse genere Rhodium? Censeo distinguendum et explicandum, Ἄνηρ τῶν ἐνδοξῶν, Ἀννίβης, ἐπιπυλῆμενος Ῥόδιος. *Vir ex honoratis Hannibal, cognomine Rhodius.* Talia enim cognomina Carthaginensibus non insolita. Alibi sic meminit Μάγνος τῷ Σαυνίτῃ προσαγορευμένῳ, nec tamen inde sequitur eum genere Sannitem. Sic Romanis Cato Uticensis et Graecis Apollonius Rhodius, quæ tamen non significant patriam.

I. 47. Ἐπίπροσθον εἶναι πᾶσι.) Non videtur afflicta versio vim verborum Græcorum. Neque enim Hannibal se celare voluit, neque quo minus ipse videretur vel ab oppidanis, vel a circumiacentibus oppugnantibus, hæc una turris potuit cauere. Sed Polybius ostendit, quis esset tutissimus in portum eum ingressus: nempe si versus eam turrim ita intenderetur cursus, ut ea velut opposita nauigantibus adimeret conspectum turrium Africae imminentium. *Verte: in conspectu esse coeperat, a partibus in Italiam spectantibus adigens nauem sic dirigebat proram contra turrim proximam, ut ea turritus in Africam conuersis obflaret.*

I. 57 Ἄπαξ εἰς ἓως ἐγκλίνας, ἐκτός.) Melior verborum ordo videtur esse in prisca editione, εἰ δ' ἄπαξ ἐγκλίνας, εἰς ἓως ἐκτός etc.

I. 59. Προσευρέθη ἢ κατὰ συντέλειαν.) Quod hanc vulgaram lectionem vocant, nec eam abhorrere a stylo Polybiano dicunt, falluntur penitus. Neque enim hæc vulgata lectio est, sed correctio non necessaria: tum nihil magis hæc imperfecta locutione abhorret a stylo Polybiano, nec simile quid vsquam inuenitur. Hoc videtur fateri vir summus, quum voluit Graecis addere vocabulum, ut fecerat Latinis. Sed et falsum est, plus hoc tempore, quam opus esset adiuuentum fuisse: nam et in praeteritis praeliis maiorem nauium numerum deduxerunt Romani, per quas tamen finem bello statuere non potuerunt; quod ne nunc quidem potuissent, nisi fortis fortuna mirabiliter adspirasset. Sincerissima est Haganoensis et Basileensis codicum scriptura, προσευρέθη ἢ κατὰ συντέλειαν, scilicet χορηγία, quod nomen tantum quod praecedit; nempe quamuis nihil esset in aerario, inuentum tamen esse tantum, quod sufficeret debellando. In quo nil ἔπικλον.



Ibid. Πρὸς παράδειγμα τὴν τῆ Ῥοδία ναῦν.) Sermo est truncatus: deest λαβόντες, aut tale quid; vel scribendum τῆς τῆ Ρ. νεώς: vel forte reformandus est ad verba superioris capituli 20. ταύτη παραδείγματι χρώμενοι τότε, πρὸς ταύτην ἐποιῶντο τὴν τῆ παντός σόλης ναυπηγίαν.

I. 60. Πρὸς τὴν Ἀγέσταν νῆσον.) *Insulam Aegusam, Aegates vocant alii.* Non placet hoc interpretis glossification, ut vocat, Phil. Cluverio, in Sicilia antiqua p. 420.

Ibid. Φορὸν ἄνεμον καταρρέοντα.) Alleueram margini, forte καταπνέοντα, et ostenderam aliis; nunc Suidae aetate ita lectum video, qui sic citat in voce Φορὸς: quo magis etiam in eo confirmor. Longe aliud est καταρρέειν. IV, 57. καθορμίζονται πρὸς τὸν παρὰ τὴν πόλιν καταρρέοντα ποταμὸν.

I. 66. Καὶ τὸν πρῶτον χρόνον.) Coniicio legendum: τὸν πρὸ τῆ χρόνον. Perpetuo enim ita Polybius, ὁ πρὸ τῆ χρόνος, et ὁ ἀνώτερον χρόνος. Sic quoque corrigendum in legat. LII. πάλαι μὲν οἱ Μεσσηνιοὶ καταπεπληγμένοι τὸν πρὸ τῆ χρόνον τὰς προεσῶτας. et nunc ita edidimus. nam vulgo est χρόνος.

I. 68. Εἰς ἀδύνατον ἐκβάλλοντες τὴν διάλυσιν.) Perottus: denique quotidie noui aliquid, quo bellum mouerent, reperiebant. Casaubonus: per conditiones, quae fieri non poterant, pacem impediētes. Sane alibi διάλυσιν τῶν ὄπλων recte sic intelligi fateor: hoc loco, si quid video, aliud vult Polybius, respiciens διάλυσιν τῶν χρημάτων et ὀψωνίων. Ita in sequentibus: ἄρρησε πρὸς τὸ διαλύειν τὰ προσοφειλόμενα τῶν ὀψωνίων. Rursus: τὸν Γέσιωνα τὰ μὲν ὀψώνια διαλύειν. Et, ὥστε μὴ μόνον διαλύσαι τὰ προσοφειλόμενα τῶν ὀψωνίων τοῖς μισθοφόροις. Itaque interpretor: extendentes solutionem in eam summam, quae solui non poterat. Id namque est ἐκβάλλειν. Iustinus XI, 4. Quorum pretium non ex eminentium commodo, sed ex inimicorum odio extenditur.

I. 69. Ἀγωνιῶν ἔν μὴ τίσει καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν λοιπῶν δίηνη.) *Metu supplicii anxius:* quae interpretatio nihilo plenior Perrottina, *supplicium formidabat.* Vertendum: *veritus, ne, et quod ceteri peccauerant, ipse lueret.*

I. 72. Τοῖς κατὰ τὴν χώραν πικρότατα χρωμένως.) *Interpres τὰς κατὰ τὴν χώραν reddidit rusticos et agrestes,* quasi hi opponerentur τοῖς ἐν ταῖς πόλεσι. Sed male; de illis enim utrisque singillatim ante egit, nunc generaliter tantum pronunciat, Carthagine conspicuos fuisse, qui tributa

ab Afris amarissime exigendo, suae vrbi abunde subsidia pararent, tam agris, quam urbanis. Vt lib. x, 33. Carthaginenses ὑπορρῶντος ἔχοντο τοῖς κατὰ τὴν χώραν, ubi recte attendit interpret, non intelligi tantummodo Hispanorum agris et rusticos. Verte igitur: *subiectae regionis incolae acerbissime traherent.*

I. 74. Οὐδὲ τὴν Ἑφοδον οἱ πόλ. ὑπομῆναι.) Hanc lectionem nobis dedit ὁ πᾶν Isaacus: et si eam produxit e MSS. non est, quod vitiligemus. Sed cum editiones priores habeant οἱ πολῆμοι μῆναι, sane leuius sumentum est ab Ursino adhibitum scribendo μῆναι. quod non respuit in hac significatione Polybius. Sic vi, 4. ὑφίστηται δὲ καὶ μῆναι τὰς ἐπιθορὰς τῶν ἀλκιματάτων ζώων. xvii, 18. Μὴ παρῆς τὸν καιρὸν. ἢ μῆναι ἡμᾶς οἱ βάρβαροι, exclamat Philippi exercitus. Eodem lib. cap. 25. Οὐδὲν ἂν ὑποσαίη κατὰ πρόσωπον, οὐδὲ μῆναι τὴν Ἑφοδον αὐτῆς.

Ibid. Εἰκὴ καὶ παραλόγως.) Editio Haganoensis quoque παραλογίως. Sed quia libros MSS. habere παραλόγως testatur maximi viri manus, ne dubita, quin et sit Polybii. Ita compositum ἀλέγως et εἰκὴ. vi, 44. Ἀθηναίων πολίτεια ἐν ταῖς ἀπεριστάτοις βασιναῖς εἰκὴ παρῆς ἀλόγως ἐνόησε σφάλλεται. Et cap. 94. Πολλὰ δὲ μᾶλλον οἱ νῦν εἰκὴ καὶ ἀλόγως ἐμβάλλειν αὐτά. ix, 17. Εἰκὴ καὶ ἀλόγως βιαζόμενος. At εἰκὴ καὶ ἀλογίως vix semel iungit, etsi alias ei sit satis usitata vox.

I. 78. Πλήρης ὄρους πολεμικῆς.) Idem elogium libro iii. de Hannibale in iisdem verbis. et rursus eodem lib. de Magone, ἔντα νέον μὲν, ὄρους δὲ πλήρη καὶ παιδουαθῆ περιτὰ πολεμικά. Magis tamen huic loco congruit priorum editorum lectio ὄρους βασιλικῆς: non vt acipiam de nobiliore et minime vulgari indole, sed vt Polybius inducat Naransum considerantem, non solum Carthaginensium causam hic agi, sed omnium principatum: esse nunc comprimendas improbas feruorum et mercenariorum spes exempli causa et stabiliendae cuiusque maiestatis ac dominationis. Βασιλικὴ ὄρους in oppositione feruulis ferociae. Inferius cap. 79. doleo, expulso verbo nihili παραλελειμμένας non esse impressum παρηλαγμένας, quod sagacissime excitauit magnus Isaacus.

## A D L I B R V M I I.

II. 1. Ἐκάστων ἐπιψάουντες.) Haec scriptura a Basileensibus in margine posita est: editio autem utraque, quarum certe altera ex MSS. prodiit, Φάουντες habet, unde apparet Polybium adhibuisse simplex ψάουντες, quod nulla causa est cur recusemus. I, 13. ἐπὶ κεφαλαίων ψάουντες κατὰ τὸ συνεχές τῶν προειρημένων. III, 52. Τῶν δὲ κυριωτάτων μηδὲ ψάουειν αὐτὰς δύνασθαι.

II. 2. Προϊόντων πρὸς τὴν αὐτήν.) Explicent, ut commodum ipsis est: me auctore desiderare hic locus non potest προϊόντων, et infra προσπορεύεσθαι pro προπορεύεσθαι. X, 4. καὶ τέττε προσπορευομένα πρὸς τὴν ἀγορανομίαν. Quin et in legatione CXLII. edidit ipse Isaacus. ὡς μήτε χιλιάρχος προσπορεύεσθαι πρὸς τὴν ἀρχὴν τὰς ἰκανὰς cum Fulvius exhibuerat προπορεύεσθαι. Similiter X, 24. τοῖς δ' εὐλαβῶς προσπορευομένοις πρὸς πᾶν παρὰ τὴν κοινὴν ἔννοιαν λεγόμενον. IV, 26. Προσελθόντος δὲ τῆ βασιλέως πρὸς τὴν βελήν. Vbi quidam editi προσελθόντος. Sic facile haec sunt confusa, et pro sensu a lectore discernenda.

II. 5. Μικρὰ καὶ βραχεῖαι.) parua interpretantur et ad breue tempus subsidia. Sed nihil prohibebat ad longius tempus illa mitti, modo essent satis numerosa et hostibus resistendo. Imo per vocem βραχεῖαι, notantur tarda auxilia: quia potentiores vrbes aberant longiuscule a mari, ideo multum temporis intercedebat, priusquam litorei homines illas de inuasionem certiores facere possent, illae auxilia cogere. Fortasse igitur scripsit, βραδεῖαι: ut sint parua et tarda. VII, 6. ὦν διὰ ξενῆς καὶ κρημνώδους ποικίμων τὴν κατὰ βασιν, βραδεῖαι συνέβαινε γίνεσθαι τὴν ἐπικροίαν. IX, 35. ἢ καὶ τότε βραδεῖαι συμβαίνει γίνεσθαι τὴν κομίδην τῶν δυνάμεων. Scipio apud Iulium 29, 25. Emporia classe peti iussit, quia prius, quam Carthagine subueniretur, opprimi videbantur posse. Sed neque τοῖς προειρημένοις Graeca syntaxis tolerat, etsi mirabile hic interpretis ingenium agnosco, ut commoda essent Latina. Igitur, ut libro primo haec confusa ostendi, ita hic necessario legendum dico τοῖς προκειμένοις, et sunt ipsi ciues respiciendi τὴν παραλίαν οἰκῶντες.

II. 6. Χάριμ ἀποδιδόναι τοῖς βοηθήσασιν.) Illis, qui auxilia fuerant. Legit ergo interpres βοηθήσασιν, quod miror eum non expressisse, cum ita ediderint Haganenses,



II. 10. Λοιπὸν ἤδη ῥαδίως ἐχρήσατο τῇ πολιορκίᾳ.) *Versum, de cetero facilem victoriam habuerunt.* Oro quam? Si de nauali Illyriorum contra Achaecos, insipida repetitio est. Si de Corcyrensi, iam non cohaeret oratio sequens, quae debebat tunc esse: *Corcyrenses enim.* Sed neutrum vult auctor. Omnino muta: *de cetero facilem obsidionem habuerunt.*

II. 13. Διὰ τὸ τῶν ἀπὸ τῶν Καλτῶν Φέρον.) Sic editur, et in Casauboniana et eam antecedentibus. Necessario tamen legendum διὰ τὸ τὸν ἀπὸ etc. quod nescio cur non animadversum.

II. 15. Ἀγῶνες.) Quia horum Agonum nusquam mentio, suspicatur Cluuerius corruptum esse vocabulum, sed utrum Σαλασσηῶνες, an quid aliud ab auctore fuerit perscriptum, non facile dixerit. Lib. 1. Italiae p. 100.

II. 16. Ἐως τῆς Ἀθήναιων χάρας.) Non pertinuisse eo vsque Liguras existimat Cl. Holstenius: ideo corrigit Πηλιῶνων pag. 3. ad Cluuerii Italiam.

Ibid. Παλόα.) Cluuerius ex aliis auctoribus legit Παδόσα. Lib. 1. Ital. p. 420. quod tamen iam ante notatum Ortelio.

II. 17. Πρῶτα καὶ περὶ τὰς ἀνατολάς τῆ Π. κείμενα.) Casaubonus: *ad Padi ripam, quae solis ortum respicit, primi sedes posuerunt.* Indigna sane tanti herois ingenio interpretatio. Rectissime Cluuerius; *prima et quae circa Padi exortus sita sunt loca, Lai etc.* Lib. 1. Italiae cap. 23. Vt Polybio ἀνατολάς de flumine, sic Iosepho ἀνατέλλειν, Lib. 1. bell. Iud. 16. τῆ δ' αὐτῆ κατὰ τὰς ἕξωθεν ῥίξας ἀνατέλλουσιν αἱ πηγαί.

Ibid. Ἀνανας.) Hi quinam fuerint, aut qua Galliae ex regione in Italiam transgressi sint, apud nullum auctorem se dispicere ait Cluuerius. Postea ait, circa Placentiam oppidum ac Padi Aduaeque confluentes gentem se non reperire, nisi quos Polybius inter Liguras et Boios ponit Ananes. Quorum vocabulum utrum sic satis probum sit, an vero rectius postea scribatur Ἀνάμαρος, aut etiam Ἀνάμανες, siue Ἀναμανοί, plane nihil dum sibi liquere. Tandem se crediturum Ἀμβέρρους fuisse, nisi obstaret Liuius. Ultimo concedit in Ἀνάμανες. Sic ille fluctuat lib. 1. Ital. c. 27.

Ibid. Ἀγῶνες.) Sigonius hos eosdem putat, quos alii vocant Lingonas. Quod Cluuerius cap. 22. libri 1. Ital. adeo asseuerat, ut deinceps semper allegans Polybium, citet Ἀγῶνες. Perottus Eganes vertebat. Nescio autem voi mens fuerit

fuerit Ortelio, cum scriberet Lingonas Liuiio esse inter Padum Alpesque. Quòd si ita esset, certe doctissimi viri in hanc coniecturam non iuissent.

II. 19. Λευκίς τῆ στρατηγῆ τελευτήσαντος Μάνιον ἐπιματέησαν Κόριον.) *Cum occisus fuisset L. consul, in eius locum M'cos. est suffectus.* Huiusmodi ex versione Sigonius, Onuphrius, Caluissius bellum Gallicum coniciunt in annum ab v. c. 469. quo L. Caecilius Metellus C. Seruilius Tuca consules fuerunt, et Caecilio occiso sufficiunt M' Curium Dentatum iterum: quem et quater consulem faciunt: cum fateantur in libro Cuspiniani anno demum 478. poni: DENTATVS II. et sequenti, DENTATVS III. Atqui Polybius non ait Lucium consulem cecidisse, sed στρατηγόν, hoc est, praetorem, quemadmodum et Liuiana epitome lib. 12. et Orosius lib. 3, 22. eum vocant: fatisque ostendunt functum eo honore post consulatum gestum a. 470. P. Cornelio Dolabella Cn. Domitio Coss. Tum igitur, quod ambo Coss. alibi occupati essent, aduersus Gallos Arretium obsidentes profectus ceoidit, et in praetura ei suffectus est Manius: sed rei bellicae nihil gessit, quia mox relictis rebus adfuere consules. Nec negat hoc Polybius, et ex his ipsis interpretandus est, vt ad Orosium quoque notauit, et in Perotto hunc errorem reprehendit doctissimus Fr. Fabricius. Hoc mecum communicauit Pater.

II. 21. Ἐν Γαλατλίᾳ τὴν Πικεντίνην.) *Galliae Cisalpinæ agrum Picenum.* Credo, voluit scribere *Cispadanae*: nimis enim absurda istis temporibus haec distinctio.

II. 27. Εἰς Πίσσακας.) Admodum imperfectus Latinus contextus, quia in eo haec neglecta sunt. Ergo adde.

II. 28. Ταυρίσκας καὶ τὰς ἐπὶ τὰδε τῆ Πάδα κατοικούντας Βοιάς.) *Tauriscos et populos Transpadanos.* Nescio, qua ratione motus ὁ πάνυ ita dubie vertere maluerit, quam Graeca verba sequi. Ita enim nulli fuerint hic Cispadani, cum tamen Boii maxime concitores belli fuerint. Verte κατὰ πόδας, *Tauriscos et citeriorem Padi ripam* (respectu Romae) *habitantés Boios.*

Ibid. Περὶ αὐτὰς ἐξήταζον.) Hoc Casauboni est. priores ἐξήταζον. Sed nisi fallor, voluit scribere ἐξήρταον, vel ἐξήρτασαν: nihil enim illud praestat, et hoc verbo vititur quoque xvii, 14. Τὰς μὲν θυρεὺς τοῖς ὀχθεῦσι τοῖς σκυτίναις ἐν τῶν ὤμων ἐξηρηκότες.

II. 31. Τῆ Παδόα καὶ Πάδου ποταμῶν ) Vulgata exemplaria et interpretes, qui vertit *Padiuja*, multum reprehenduntur huius mendii ergo a Cluuerio in Italia antiq. Et quod ad interpretem, iure agere videtur: vulgata vero exemplaria iniuste arcessit, quorum nullum excepta nouissima editione ab illo inspectum dico. Ipse corrigit Τῆ Ἀδόα καὶ Πάδου ποταμῶν. Atqui tam Bassiueensis, quam Haganoenfis Τῆ γὰρ Ἀδόα, planissime, et quod tanti feci, vt reuocarem. Ne alterum pari fiducia adsumerem, effecerunt verba libri III, 69. μεταξὺ τῆ Πάδου καὶ Τρεβία ποταμῶν, quamuis et Cluuerio assentiar, et illo quoque loco emendari velim. Idem vir doctissimus pro *Μακεδλίαις* censet legendum *Πλακοντίας*.

II. 34. Ἡ μεταξὺ κείται τῆ Πάδου καὶ τῶν Ἀλπειῶν ὄρων.) Cum superius tam diuicide Insubriae situs ab auctore monstratus sit, nempe eam esse ab ea Padi ripa, quae Alpes respicit; nunc vero agat de vrbe, quam ea regio continet, admodum mihi betiflare videtur, eandem descriptionem attribuens vrbi, quam ante apposuerit eius circumiectae latitudini. Et auderem de hac pronunciare grauius, nisi apud Stephanum viderem easdem voces: Ἀχάβρα, πόλις μεταξὺ τῆ Πάδου καὶ τῶν Ἀλπειῶν. Certus sum aliquid latere.

Ibid. Εἰς τὴν τῶν ἀνδρῶν χώραν.) Quarta vox et sensum et accentum manca est. Interpretes in ditionem Romanorum: quomodo etiam Cluuerius, vel conuiuens, vel melius, quod diceret non habens, aliquoties citat. Et sensum quidem hoc permittere video, non vero Graeca verba. Frequenter apud Polybium ἀνδρες sunt milites, numquam hostes et multo minus Romani, nisi quid forte antecedit: et sic pro consulibus sumi posse non nego. Sed consulum ditionem vel Romani exercitus dicere, et tum in genere populum Romanum intelligere, καταχρηστικώτερον est, quam vt tolerari queat. Ortelius in Lexico et mappis hinc Andros populum fingit: sed vtrum Polybius Ἀνδρες an Ἀνδρας agnouerit, ipse haud facile dixerit. Adhuc mihi placet mea coniectura, scribendo Ἀνάων, quorum supra meminit, attribuens illis id spatium, quod est inter Liguras et Boios prope Clastidium ad dexteram Trebiae ripam. Ἀνάεις eos vocat, non *Anianes*, vt temere Casaubonus: neque assentior Cluuerio, quia non occurrit mentio Ananum, per infinitas coniecturas eunti, et Anamanes tandem ponenti: certe quicquid de iis affirmat, ea quo minus ad Ananes transferantur,



rantur, nihil impedit. Plura sunt a Polybio adducta, quae in superstitibus aliorum auctorum reliquiis non inuenias. Imo et cap. 32. vbi nunc legitur Ἀναμύρων, et versum est *Anamurorum*, Perottus offendit aut saltem suspicatus est Ἀνάμων, interpretatus *receptisque in amicitiam Ananibus*.

II. 41. Κερυνία.) Disputatur de huius urbis nomine, et volunt Κερυνία. Sed sane, quod ad Polybium, quia numeratis XII. urbibus, et earum sub Macedonum et tyrannorum iugo fatis, dicit postea, Achaeos μετανοήσαντας αὐτοῖς ἤρξαντο συμφρονεῖν, ac primos poenitentium recenset Δυμαῖς, Αἰγείς, Βαρίεις, mox Καρυνεῖς, qui antea inter se foedus habuerant, fatis hinc videtur euinci, a Polybii manu nil aliud profectum, quam Καρυνία, vnde Καρυναῖος, vt a Μαντινεία Μαντινεύς.

Ibid. Διόπερ ἔδὲ σήλην etc.) At qualis haec causa est; non exstat columna, quia quatuor urbes accessere? Contra non credibile est has IV. urbes consensisse, nisi erecto aliquo lapideo aeneoue cippo, vt solitos in foederibus facere Graecos, vel apud solum Polybium saepissime inuenias. Locus omnis male transpositus est, quem posthac ita lege: Πλείστας γὰρ δὴ μονάρχας ἔτος ἐμφυτεύσασα δοκεῖ τοῖς Ἑλλησι. Διόπερ ἔδὲ σήλην ὑπάρχειν συμβαίνει τῶν πόλεων τέτων περὶ συμπολιτείας. Περὶ δὲ τὴν εἰκοστὴν καὶ τετάρτην Ὀλυμπιάδα πρὸς τὰς ἑκατὸν, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, αὐτοῖς ἤρξαντο μετανοήσαντες συμφρονεῖν. ταῦτα δ' ἦν κατὰ τὴν Πύρρον διάβασιν εἰς Ἰταλίαν. καὶ πρῶτοι μὲν συνέστησαν Δυμαῖοι, Πατρεῖς, Τριταεῖς, Φαραεῖς. Μετὰ δὲ ταῦτα etc. *Quorum numerus per Antigonum mirum in modum tempestate illa auxit inter Graecos: quamobrem ne columna quidem vlla exstat testis consensus harum urbium in eandem reipubl. formam. At circa Olympiadem cxxiv. etc.* Regis enim istius et tyrannorum erat praecipuum, abolere libertatis et felicitis conspirationis memoriam. Sic nihil est salebrofi. Debeo autem hoc publicis patris diatribis, cum de Achaeorum republica disputaret. Sed et in prioris editionis latino contextu et indice Tritaenses non videas; nunc addidi, quia et libro IV. cap. 60. eosdem vocat ἀρχηγὰς τῶν Ἀχαιῶν συστήματος, vt ambigi de iis nequeat.

II. 43. Τετάρτῳ δ' ἕτερον ἔτει.) Versio hoc loco partim intolerabilis, partim semiperfecta. Nam primo credibile non est, τὸν Καρυνέα quatuor continuis annis praeturam egisse, quia

quia singulis annis eam mutari Achaeis placuit. Ait enim primo duos praetores cum scriba creatos ἐκ περιόδου (hoc est, ut hoc anno ex illa, sequentibus ex alia ciuitate hi eligerentur. Sic lib. vi. αἰὲ κατὰ λόγον ἕτως ἐκ περιόδου τῆς ἐκλογῆς γινομένης) idque tantum xxv. annos durasse. Quod si non nisi post quartum annum comitia habuerint, iam ne semel quidem περίοδος facta est; quod cum Polybii narratione non coit, quae saltem semel factum orbem indicat. Nam delata ad vnum potestate tantum annuam fuisse praeturam mille locis probari potest, et Marco ad quartum annum continuatam praeturam nusquam legitur. Deinde subobscurum est, quod ait, Marcum in praetura egisse quartum annum, cum Aratus patriam suam reip. Achaeorum attribuit; octauo deinde anno post rursus factum. Quando igitur prima vice fuit factus? Confer Graeca, et sic vertendum dices. *Eoque honore primus usus est Marcus Carynensis; quarto deinde anno post huius praeturam Aratus Sicyonius; (scil. eo honore est usus) qui quidem viginti annorum annos habebat, sed iam patriam iugo tyrannidis ereptam virtute sua et fortunadine attribuerat Achaeorum reipublicae.* Suspicio autem legendum, Σικυώνιος, ὃς ἔτη.

Ibid. Τῶ προτέρῳ ἔτει.) Hoc intelligi nequit. Lege, πρότερον, idque videtur aduertisse interpres. \*

II. 47. Καὶ σύνασι.) Edidi, ut voluit ὁ πάνυ, quamuis mihi sufficiebat sententia scriptoris et auctoritas Suidae. VIII, 12. Βολίς δοκῶν δὲ σύνασιν ἔχειν καὶ τόλμαν παρόβολον.

II. 52. Εἰς Θετταλίαν ἔτ' ὄν, διατρυψάμενος.) Nihil vitii in his suboluisse, absque scripturae varietate fuisset. Haganoenlis ὃς εἰς τετταλίαν ἔτ' ὄν, διατ. Basileenses ὃς Θετταλίαν ἔτ' ὄν, διατ. Inde Vrsinus ex ingenio, ὃς κατὰ Θετταλίαν ἔτ' ὄν, διατ. qui tamen testatur, scriptum librum habere ὃς εἰς Θετταλίαν διατ. Igitur haec nunc vulgata τῷ πάνυ Isaaci est, in qua tamen iam olim desideravi, quod aduenturum Cleomenem rex exspectarit. Nos hunc sensum putamus. Colligebat Antigonus, postquam audiisset, Cleomenem pluribus Peloponnesi vrbibus occupatis Isthmum infedisse, eum primo tempore se iuncturum cum Aetolis, et de Thessalia totaque Macedonia ipsi controuersiam facturum (quod per Nicophanem ei Aratus vere praedixerat cap. 49.) quippe qui Achaeos variis iam cladibus debilitatos vilipenderet, et caeso Antigono eos omnia concessuros opinaretur.

tur. Quem planissimum sensum illa. varietas certo praeit, et lege: ὅσον ἔπω παρῆναι τὸν Κλ. μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Θετταλίαν, διαπεμφάμενος etc. vel si placet magis δυνάμεως ὡς Θετταλίαν, quod propius Basileensem accedit: nam frequentissime sic eam particulam vsurpat hic auctor, et passim Graeci. Aelianus viii. var. hist. 2. ἵνα πορεύσῃ ὡς αὐτόν. Non est quaerendum, an πρὸς αὐτὸν legendum sit, non magis, quam libro xii, i. ἤξιώσεν αὐτὴν etc. ἔτως ἐσαλμένην ὡς αὐτὸν παρῆναι αὐτὴν.

II. 55. Κατὰ τὸν Κωλαῖὸν προσ.) Coniicio, sed augurio certissimo, Φωλεόν. ix, 17. eandem rem narrans: Κλεομένης προθέμενος διὰ πρᾶξιν ἐλεῖν τὴν τῶν Μεγαλοπολιτῶν πόλιν, συνέτάξατο τοῖς τὸ τεῖχος φυλάττεσι τὸ κατὰ τὸν Φωλεὸν καλέμενον, νυκτὸς ἦκειν.

Ibid. Παρὰ τοῖς Μεγαλοπολίταις.) Neque apud Clitorios, neque apud Megalopolitas. Ita praecedentis editionis auctor in his artibus versatissimus: sed ipsum sibi parum in hoc placere, ostendit eius versio et compunctus obelis liber. Viri tamen insignes, ad quos id pertinet, defendunt versionem, et debuisse pro τοῖς suppleri Κλιτωρίοις, cuiuslibet ex sequentibus, nec si *Lionenses* a Perotto commentos reperire possimus, sufficere, cum Clitorios plane nominet infra Polybius. Sane nobis haec versio allubescere nequit, vt nec cuiquam assueto veteribus, quibus mos non est tam inepte de iisdem contraria dicere. Solent illi de pluribus idem narraturi, si interea vni eorum aliquid singulare contigerit, eum silentio transire, et relatis demum omnibus istum casum referre, quasi certa quadam connectendi ratione et particula vtentes Latini nam, Graeci γάρ. Ovidius viii. Metam. 530. de planctu a Calydonis in edito ob Meleagrū et patris maerore loquitur; cum non minus deberet ac vellet etiam de matre referre, de ea tacuit, quia nempe praeter ceteros illi aliquid singulare acciderat. Quare narratis omnibus addit:

*Nam de matre manus diri sibi conscia facti  
Exegit poenas actō per viscera ferro.*

Simile inuenies apud eundem xv, 487. de Numae morte. Reuise et patrem ad Liuium 29, 8. Sed et Polybius x, 4. Scipionem ait curauisse solam matrem, cum tamen et ipse pius esset et patrem haberet viuū: igitur addit, τὸν μὲν γάρ



γὰρ πατέρα τότε πλεῖν συνέβαινεν ἐς Ἰθρήϊαν. Igitur non eodem bis nominant, sed postea demum de illis adiiciunt, quod natura docet. Ita hoc loco auctor referens in Megalopoli faeuissime consuluisse Cleomenem, dicit ob eam potissimum id factum causam, quia nec Megalopolitarum nec Stymphaliorum quemquam largitioni aut proditioni parentem inuenire potuit: nec dissimiles fuere Clitorii, sed ne hos simul eadem gloria digner, inquit, facit scelus illud Thearcis. Haec versionem satis subruunt. Et Lionenses quidem nulli sunt, certe hactenus ignoti; sed cum editiones habeant, Διονῆς, Vrsinus Διονοῖς, vide num auctor scripserit Διοπεῦσι. Certe ad literarum apices proxime accedit. Stephanus. Δότι πόλις Ἀρκαδίας, ὡς Φορακιάς. τὸ ἔθνικόν Διοπεύς. Literas Δ et Λ confusas hoc modo, vide in Legatione 32. apud Vrsinum.

II. 56. Ἐφ' ὑμῶν γραφόμενοις.) Sic vltima, sic priores editt. tamen prorsus requiritur ἑμῶν, quod et Perottus et Casaubonus sunt interpretati. Itaque hoc recepimus.

II. 60. Ὁν γε καὶ κατ' αὐτήν.) Particulam καὶ satis hoc loco ἐνεργῆν, ab Haganoensibus seruata, a Basileensibus et τῶ πάνυ neglectam, securus inserui, praesertim accedente codice Peiresciano, vt monuit vir doctissimus: cuius quoque fide cap. 65. scripsimus, ἢ γέγονεν ἢ γένετο, cum prima vocula vulgo abesse soleat.

II. 62. Εἰς τὸν πρὸς τὰς Λακεδ. ἀνέβαινον πόλεμον.) Sic quoque legitur v, 68. Εὐθαρσῶς ὁ Νικόλαος εἰς τὸν πόλεμον ἀνέβαινε. Sed cum hoc loco vir idem summus in ms. inuenit ἀνέβαινον, valere vulgatum iubeo; nam id est a Polybio III, 10. Εὐθαρσῶς ἐνέβησαν εἰς τὸν προσημασμένον πόλεμον. IV, 36. Οὗτοι μὲν εὐθαρσῶς ἐνέβαινον εἰς τὸν πόλεμον. VI, 49. Κατὰ γε μὴν τὰς κειρὲς τάτας, κατ' ἕς εἰς τὸν Ἀννιβιακὸν ἐνέβαινε πόλεμον. Legatione LX. κατ' ὃν κειρὸν ἔμελλον εἰς τὸν πόλεμον ἐμβαίνειν. Et alibi.

Ibid. Κατὰ τὰς αὐτὰς κειρὲς.) Non sunt haec versa: sed nisi posuisset ea Polybius, negari bene posset, id quod ait de Mantinensibus, esse μέγιστον τῶν προσημασμένων τεκμήριον, quippe in singula momenta vrbibus Peloponnesiis nunc acquirantibus aliquid, nunc amittentibus. Verum addidit Polybius; quare et nobis Latinum eum exhibituris addendum est *per eadem illa tempora.*

II. 64. Παραχειμάζοντος ἐν τῇ τῶν Ἀργείων πόλει.) *Supra in fine cap. 54. ante digressionem ad Cleomenis facta et Phylarchi errores dixit, illum Aegii hibernasse, quod et cap. 55. seq. repetit. Itaque hoc etiam loco rescribendam Ἀργείων. Sed expeditus sum. Dum enim Aegii Antigonus hibernabat, Cleomenes Megalopolin vastavit; cuius castrum depurante Arato voluit eam vindicare, et sic factum, ut Antigonus transfret Argos. Vide Plutarchum in Agide et Cleomene.*

II. 65. Ὀπλομάχων προβολῆς.) *Vertitur, peritorum campidoctorum positioni, cum impetum minantur. In praefatione, Perotto acriter reprehenso, exponit latistam, siue magistrum tractandorum armorum. Sed rectissime Cl. Valerius et ad Ammianum et in praefatione ad Excerpta exponi iubet gladiatorum. Alterum ne intelligi quidem potest.*

II. 68. Ὅσον ἐκ ποδῶς ἐπιέδθησαν τῷ βάρει τῆ καθοπλισμῆ καὶ τῆς συντάξεως.) *Partim armorum pondere, partim labore pugnae defatigari inciperent. Ego neminem hic labore pugnae defatigatum video: sed duabus rebus Illyrios Macedonibus iunctos Euclidae et Laconum sociis graues fuisse percipio, genere armorum, et aciei sic structae robore. Nam ad pugnam cominus cum his faciendam impares fuisse Spartanos, inde quoque intelligitur, quod dixit, Euclidam oportuisse non exspectare, donec in summum enisi essent hostes, sed cum adhuc penderent in decliui ἐκ ποδῶν συναντῶντα et identidem retrocedentem recipientemque sese in loca superiora, soluere eorum εἰσφῆ et corrumpere, quo praeualebant ἐκ τῆ καθοπλισμῆ καὶ τῆς συντάξεως. Confirmat Plutarchus in Cleomene: τῷ τρόπῳ τῆς ὀπλίσεως καὶ τῷ βάρει τῆς ὀπλιτικῆς Φάλαγγος ἐξεθλίβη. Haec dictabat Pater.*

II. 69. Συντελεῖτο κίνδυνος.) *Pugna commissa est. Non victo demum Euclida, sed incipiente eo oppugnari, cum equites Cleomenici mercenarii tergum Illyriorum inuaderent, a Philopoemene equitum pugna est commissa, h. e. incepta (id enim notat committere) Polybius vero tunc quoque finitam vult, ut verti debuit. Lib. III. Συντελεθέντος τοίνυν τῆ περι Σικελίαν πολέμου.*

II. 71. Σέλευκος ὁ Σελεύκῃ τῆ Καλλιπίας, τῆ καὶ Πύργωνος ἐπικληθέντος.) *Seleucus Seleuco patre genitus, auctore Callinico, qui etiam P'ogon cognomine est dictus. Imo, Seleucus Se-*

*leuco, cui Callinicus et Pogon cognomina fuerunt, genitus. Ipse Seleucus Ceraunus vocabatur, auus fuerat Antiochus Θεός.*

## A D L I B R V M I I I .

III. 4. Τὸ γὰρ ἀφιέλιμον etc.) *Nam et in praesens et in posterum historiae nostrae in eam rem utilis est futura. Omnino aut excidit ex versione aliquid, aut scripserat historia nostra, quod putamus.*

III. 5. Ὁ δὲ Σαλαύκου Δημήτριος.) *Intelligit Demetrium Soterem, Seleuci Soteris filium. Quid igitur turbat; interpretres conuertendo Seleucus Demetrii filius?*

III. 7. Ἐμβασιν τὴν ἐπὶ τῷ Φιλίππῳ πολέμῳ.) *Lego Φιλίππικῶν. Sic vocat quoque cap. 32. h. l.*

III. 8. Ζηλωτὴν τῆς ἐκείνου προειρέσεως.) *Non parum interpretatio Latina a Graecis hoc loco abit; cuius tamen discrepantiae causam excogitare non possum, et tutius putarem verti κατὰ πόδας. Quis enim νῆ Δία dicet, Hannibalem patri suo in Hispania successisse? Sed et rationi magis affine est dicere, aliquem in administratione rerum idem tenere institutum, quod ille, cuius consiliorum particeps et aemulus fuerit: quae temere confusa hic sunt.*

III. 16. Προσῆγα ποιούμενος τὴν πορείαν.) *Legendum προῆγα.*

III. 17. Καὶ κατασκευῆς.) *Et supellectilibus verti videas, sed certo typorum lapsu pro supellectilibus, quo supra et infra non semel utitur. Poteramus tamen Liuii supellectilie satis laeti esse.*

III. 19. Λοιπὸν διέτριψε τῷ βίᾳ μέρος.) *Longe alia in significatione Polybius hoc verbum et inde deductum διατροπήν vsurpat. Certus sum hic scripsisse διέτριψε. 1V, 57. Πλείω χρόνον διατετριφὼς παρὰ τοῖς Αἰγυραίοις. Et cap. 82. Παρῆν εἰς Ἄργος, καί κει τὸ λοιπὸν μέρος τῷ χειμῶνος διέτριβε. Posuimus autem superius ἐνεργῆ καὶ συντεταγαμένην ex aliis editionibus, male in Casauboniana ἐναργῆ. Sed et sequenti capite miror omnes editiones habere προπεπτακυίας αὐτοῖς ἤδη τοῖς τῶν Ζακανδαίων ἀλάσεως, cum omnino debeat legi ἤδη τῆς τῶν, vt nunc exhibemus.*

III. 24. Εἰ δὲ, μὴ ἰδίᾳ μεταπ.) *Alium sensum his verbis assignat H Grotius, distinguens εἰ δὲ μὴ, ἰδίᾳ μεταπ. Vide eum lib. 11. iure belli ac pacis cap. 21.*



III. 25. Διὰ λίθου.) Ita Graeca. Sed interpres melius doctus vertit *Iouem Lapidem*, quod plane desiderabatur, et docuerat Leopardus VI. Emend. 5. Etiam F. Vrfinus, cuius en verba, Διὰ λίθου ex ingenio. Iurisiurandi formula exstat apud Festum. *Lapidem*, inquit, *silicem tenebant iuraturi per Iouem haec verba dicentes: Si sciens fallo, tum me Diespiter salua vrbe arceque bonis eiiciat, vti ego hunc lapidem.* Haec ille.

III. 28. Ἡδίκην κατὰ τὸν Λιβυκὸν πόλεμον, ἐλύθη.) *Fuisse iniuria affectos: ea vero iniuria bello Africano expiata fuerat.* Adeo Latina distinctio Graecas voces transponit: qua, cedo, venere? Non magis ea iniuria bello Africano expiata, quam commissa. Melius ergo: *multos suorum, qui in Africam nauigabant, a Poenis bello Africano fuisse iniuria affectos, ea vero iniuria eo tempore expiata fuerat, cum quidem etc.*

Ibid. Ἐν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ.) Interpretatur quidem ὁ πᾶνν priore libro, sed quomodo id ex Graecis exsculpat, aut quid illud sit, viderit. Nam et infra cap. 54. hoc lib. memorans, esse dictum de Gallis, ait, se ἐν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ διεληλυθέναι, vbi itidem exponit in priore libro. At de Gallis dictum secundo, de mercenariis primo libro. Denique geminus est locus in principio libri secundi, vnde apparet non posse haec verba, nisi de proxime praecedente capi: Lege ἐν τῇ πρὸ ταυτῆς β. βίβλῳ, hoc est, δευτέρῳ, quam literam ab imperito omissam non mirum.

III. 33. Μασιανοί) Hi dicuntur a Mastia loco Africae prope Pulcrum promontorium et Tarseium, vt supra Polybius. Nunc recensentur Hispani in Africam traducti. Scribe Μασσιανοί. Vrbs Mastia vltioris Hispaniae, indicata aliis auctoribus, et prope Tartessios collocata a Stephano.

Ibid. Πρὸς δὲ τέτοις Βαλιαρεῖς.) Quia numeri Liuiiani exactissime cum Polybianis conueniunt, vt certum sit inuicem descriptos, dubium vix est, quin hic quoque fuerit numerus, sed absorptus vel a praecedentis numeri similitudine, vel a sequenti vocula. Legerem ergo Βαλιαρεῖς ὡς, ἑς. hoc est, *δυτακοσίαις ἑβδομήκοντα.* Plane Liuius, *funditores Balcares octingentos septuaginta.* Quae leguntur in versione *tum ipse, tum eorum insula*, sunt ἀσύσταται; ab auctoris, opinor, manu est, *tum ipsi.*

Ibid. Εἰς αὐτὴν Καρχηδόνα κατέταξαν.) Repone κατέταξαν; vitium, quod omnes editiones obsedit.

Ibid. *Μασσαλίαν καὶ Μακίαν.*) Recte interpres *Μασσαυ-  
συλίαν*. Postremi videntur esse *Μάζυες* apud Stephanum at-  
que inde corrigendi.

III. 34. *Μόνως ἂν ἦτως* etc.) *Unicam hanc belli aduersus  
Romanos gerendi rationem esse ratus*. Multae quidem ra-  
tiones belli Romanis faciendi erant: nam et in Sicilia ei  
praeiuerat pater Hamilcar, et adhuc Sardinia adempta ure-  
bat. Sed sine cunctatione Latinis addendum *in Italia*. In-  
ferius Graeca haec *κατὰ τὴν Λιβύην καὶ τοῖς ἐν Ἰβηρίᾳ πρῶ-  
μασι* vertuntur, *rebus Africae atque Asiae*. Ac si credidisset  
de Iberis Colchis agi; quod suspicari nefas. reposui  
verum.

III. 35. *Αἰρηνοσίης καὶ Ἀνδοσίης.*) Primi horum ignoti.  
Sequentes eruditissimus interpres putat positos pro Aufeta-  
nis Liuiio nominatis, quod et notauit Ortelius, qui tamen  
mira oscitantia etiam *ἀντὶ Αἰρηνοσίαν* ait Liuium habere Au-  
fetas. Si quid iuuat literarum ductus et regionis situs,  
legendum conficio *Λαρηνησίης καὶ Αὐσοδίης*. Larnenses equi-  
dem Plinius memorat prope Larnum, eius plagae fluuium:  
quod optime quadrat. *Αὐσόδιαι* vero *Aufetani*, vt *Καρπήσιος  
Carpetani*, tantum litera o in e mutata.

III. 36. *Καθ' ἂν ἐκείνη διαφορᾷ.*) Sic exhibere non dubi-  
taui ex certissima magni Isaaci mutatione: vulgato nullus  
locus esse potest.

III. 37. *Μαρκῦ τῷ τε Ταναΐδος ποταμῷ καὶ τῷ Νάρβωνος.*)  
Ortelius in Lexico haec habet: *Narbon apud Polybium  
lib. 3. Galliae fluius est, non longe distans ab ora Massinae ac  
Rhodani ostiis. Rhodanum velle credo et mendosam scriptu-  
ram*. Quorum vltima sane quam *ἄριστα* et *ἄλογα*. Idem  
in *Atax*. *Narbo vocatur hic fluius a Polybio lib. 3. quem  
non longe scribit a Massilia et Rhodani ostiis distare*. In qui-  
bus agnosce notabilem inconstantiam. Casauboni item ver-  
ba sunt ad Strabonis lib. iv. *Ataxem fluium vnus Polybius  
libro tertio et xxxiv. Narbonem appellauit*. Vertit autem,  
*inter fluios Tanaim et Narbonem Marcium*. At studentium  
fidem! an haec dicuntur a Polybio? quod in Polybio co-  
gnominis Marcii vestigium? Vllus ne auctor fluium voca-  
uit Narbonem Marcium? Pomponius, Plinius, aliique  
omnes ipsam urbem, coloniam Romanam sic nominant. Vbi  
denique his in verbis fluium agnoscit Narbonem? Cla-  
re dicit Polybius, vt et vertendum fuit, *inter fluium  
Tanain*

*Tanaïm et Narbonem*, non intelligens flumen, sed urbem ipsam; ideo dicit ποταμῆ non ποταμῶν. Sed nec persuadent docti viri, vel fuisse fluuium Narbonem vel Atacem eius nomine insignitum. Legitur, fateor, apud Athenaeum ex Polybii libro xxxiv. Μετὰ τὴν Πυρήνην ἕως τῆ Νάρβωνος ποταμῆ πεδίων εἶναι, in quo sint Rhuscinon et Illiberis amnes et pisces fossiles. Sed certissimus sum, locum mendosum esse, et vel legendum ἕως τῆ τῆ Νάρβωνος ποταμῆ, ad fluuium *Narbonis*, qui sc. eam urbem alluit, Atacem: aut eiiciendum illud ποταμῆ, quod verius videtur, cum ea vox se immiscuerit ex superiore versu temere demissa et repetita. Nec deliberare de eo patitur Strabo, qui eandem historiam, iisdem verbis, ex eodem explicat libro iv. Οὗτοι μὲν ἐκ τῆς Πυρήνης ῥέουσιν οἱ ποταμοὶ μετὰ τῆ Νάρβωνος καὶ τῆ Ἀφροδισίας: vbi ne γρὺ quidem de fluuiio; et eodem modo exscripsit Strabonem Hanno, vt appareat solum Athenaeum illum lucifugam amnem in Polybio non legisse. Perottus ordine inuerso, verbis seruatim fecit *inter Tanaïm et Narbonem fluuium*.

III. 40. Ἠγεμόνα συστήσαντες ἑξαπέλευν.) Interpres quidem, *duce L. Atilio praetore*. At Liuius xxi, 26. Caium Atilium appellat.

III. 41. Συσήσας μετ' αὐτὸν καθ' ἡγεμόνας.) Scribendum cum Fulvio μετ' αὐτῶν sc. ἰππέων: amat enim ex abundantia interdum auctor, i, 9. ἐπειδὴν ἐκπέμψωσι τὰς δυνάμεις καὶ τὰς ἀρχοντας μετὰ τῶν δυνάμεων. cap. 39. Romani τὰς μὲν στρατηγὰς ἀπέστειλον Λεύκιον Κεκίλιον καὶ Γνάϊον Φέριον καὶ στρατόπεδα μετὰ τῶν. Vulgatum quo fit referendum, non video.

III. 46. Πρὸς δύο πλέθρα.) *ad iugera duo*. Quam respondeant hae mensurae vel sibi inuicem, vel Liuius, monuit pater ad auctorem suum lib. 21, 35.

III. 49. Τῆ δὲ ὁ Ἄραρος.) Non est huius fluuii ille cursus, vt possit cum Alpibus et Rhodano insulam facere. Optime ὁ γεωγραφικώτατος Cluuerius lib. i. Italiae cap. 33. Ἰσαρας reponit: et acutissimus Holstenius errorem addit natum maiusculis literis confusis ΣΚΟΡΑΣ pro ΟΙΣΑΡΑΣ.

Ibid. Διὰ τὸν Ἀλλοβρίγων.) Nihil verius, quam legendum διὰ τῶν Ἀλλ. Illud tamen omnes editiones occupauit.

III. 54. Σχεδὸν ἐπὶ τρία ἡμιστάδια.) *In pedes fere centum nonaginta*. Videtur voluisse *passus*. Vide notata a patre ad Liuium 21, 36.



III. 66. Ἐως μὲν τῆ πρώτῃ ποταμῷ.) Existimavi quartam vocem contractam esse ex προειρημένῃ: postea Cluverium vidi coniecisse Πάδῃ, quod non minus verisimile; quamuis aliquo modo vulgatum tueri queas.

III. 68. Ὡς ἂν ἐκ Λιλυβαίων etc.) In versione omissum id, quod maxime erat notandum: neque enim tanta defatigatio est dierum quadraginta navigatio. Debuerat, longo pedestri itinere. Auctor τεταξοπορηκότων, quamuis Liuius ei plane contrarius.

III. 69. Ἴππῆσι δὲ Καλτῆς καὶ Νομάδας εἰς χελίης.) Interpres solum, equites Gallos et Numidas aduersus eos misit, numero millenario omissio, quem etiam Liuius annotandum iudicauit. Versu tertio post pro πολλὴν περιβαλλομένην λείαν legas censeo περιβαλλομένην. Vt I, 29. πολὺ δὲ πλεῖθος τῆς τεταξέου λείας περιβάλλοντο II, 19. Καὶ περιβαλλόμενοι λείας πλεῖθος. IV, 62. Καὶ λείας περιβαλλόμενος πλεῖθος ἐπαυῆγε. IV, 83. Φθείρας δὲ ταύτην καὶ πελλὴν περιβαλλόμενος λείαν ἐπαυῆθε. Habes etiam huius locutionis exempla apud Suidam in Περιβαλλόμενος et Περιβάλλοντο.

III. 71. Παρήγγειλε καὶ τὰς ἀνδράδες αὐτῆς.) Hannibalem cuique ex centenis permisit electionem fortissimorum militum e suis ordinibus in infinitum, vt sic ipse nihil retinet, Apella credat. Scribe: παρήγγειλε καὶ θ'. τῆς ἀνδρῶδ. edixit praeterca, vt quisque nouem fortissimos. Liuius XXI. 54. Singulis vobis nouenos ex turmis manipulisque vestri similes eligue. Videas Casaubonum quoque offendisse: sed quemadmodum Liuium pro ἕκαστον videri legisse ἑκάτον cogitare, nedum notare, quiuerit, ipsi relinquo et lectori Liuium adhibenti.

III. 72. Ὁ δὲ Τιβέριος.) Aperte nimis festinatum in horum versione: Tiberius, vt vidit appropinquare Numidas equites, extemplo equitatum suum, manus cum eo iussu conferere, emittit. Primum, credo, voluit, certe debuit cum eis scribere. Deinde suum equitatum non iam, sed superius emisit, cum partem equitum suorum, iussam Gallis auxiliari, a Punicis auxiliis retrocedi coactam vidisset, de quo p. 307. nam quod ibi ait πάντας ἀφῆκε τὰς ἵππους, suos intelliges, vt diserte Liuius cap. 52. Iam vero non suum modo equitatum, sed etiam collegae Tiberius effudit, quod et clare Liuius cap. 54 testatur dicendo equitatum omnem. Nisi forte ὁ πάνυ legerit τὴν αὐτῆ ἵππον, quod tamen frustra est:

nam Graecis αὐτός, vt Latinis *ipse*, interdum est integer et omnis; quod non hic modo, sed etiam libro I. cap. 27. ab eo non animaduersum: τὰ μὲν τρία μέρη τῆς αὐτῆς δυνάμεως. Sic editio Basileensis, sic Haganoensis: at ille αὐτῶν fecit. Hoc etiam Polyaeni interpreti fraudem fecit lib. IV. in Alexandro n. 6. Ὁ δὲ εἰδὲν, ἔφη, παραλύειν τῆς Φάλαγγος χρῆ. ἀλλὰ τοῖς πολεμίοις αὐτοῖς μάχεσθαι. Vertitur: *sed cum hostibus ipsis praelium faciendum*; quasi illa μοῖρα Περσῶν, quae impedimenta Macedonum diripiebat, hostica non esset. At intelligit Alexander, incumbendum esse ipsi hostili aciei et corpori, in quo omnes hostium vires periclitabantur. Tale quoque est Polybii XVI, 17. Οἱ μὲν γὰρ ἄνδρες ἀπέθανον, ἡ δὲ πόλις ἐάλω, τὰ δὲ τέκνα σὺν αὐταῖς μητράσιν ἐγένετο τοῖς ἐχθροῖς ὑποχείρια, *cum omnibus matribus*. nam *ipsis* expone-re nullius ponderis orationem facit.

III. 73. Αὐτῶν τε καὶ τῶν ἱππέων.) Necessarium est, vt scribas τῶν ἱππων, vt recte vldit interpres.

III. 74. Πρὸς τὸ προειρημένων σύστημα.) Editum, vt fuit in Casauboniana: non male tamen, et forte melius, priores προειρημένον.

III. 75. Γαίος Φλαμίνιος.) Mendose in aliis Γνάϊος. Item cap. 77. h. l. tam in Latino Cn. Flaminius, quam in Graeco Γνάϊος Φλαμίνιος fuerat, sed Vrsinum et rem ipsam secutus correxi. Sic cap. 86. h. l. erat in versione C. Seruilius, pro Cn.

III. 72. Ἀεὶ δὲ πως οἰκῆιον ὄν τῇ Φύτει τέτρα τὸ μέρος.) Varie tentatur hic locus (certe causarius) a viro doctissimo, nunc mutando, nunc supplendo. Sed cum Bas. habeat, vt ille inquit, αἰεὶ δὲ πως οἰκῆιον τῇ Φύτει τέτρα τῆ μέρος, quod etiam totidem literis exhibet Haganoensis, videtur ipse Polybius ostendere, nihil faciendum, nisi οἰκῆιος. Haec enim syntaxis Polybiana. II, 14. ἵνα τὸ τῆς προκατασκευῆς οἰκῆιον συνενώσωμεν. IV, 57. ἄτε λίαν οἰκῆιος ὄντας τῶν τοιάτων ἐγχειρημάτων. V, 87. ἐκ ἀλλότριος ἦν τῆς ἡσυχίας, ἀλλ' ὑπὲρ τὸ δεῖον οἰκῆιος. Legat. 67. τὸν δὲ Δίνωνα οἰκῆιον εἶναι τῆς ἐκ τῶν δυνατῶν καὶ βασιλέων ἐπανορθώσεως. Leg. 98. εἰδαμῶς οἰκῆιον ἂν Φανείη τῆ τῆς πόλεως ἡΐας. XIV, 9. πάντα δ' ἦν οἰκῆια μεταβολῆς τὰ κατὰ τὴν χώραν. Et ad hanc lectionem interpretatio aptissime respondet. Contra dicit de Ach. lib. XIII. οἱ δὲ Ἀχαιοὶ πολὺ τι τῆ τοιάτα μέρος ἐπὶ τὸς ἦσαν.

III. 79. Ἐξῆς ἡμέρας τέτταρας καὶ τρεῖς νύκτας.) Cum Polybius fixum nobis tempus retulerit, admodum dubito, num melius egerit interpretis praesferens incertum, vertendo *tres quatuorue dies*. Livijs vero presse *quatrimum et tres noctes*. Interpretis hoc est?

III. 81. Ἀγοῶν καὶ τοτύφωται.) Verterem: rudis est et inani saltu tumidus et inflatus, nempe, quia rimari aduersarii ducis mentem et indolem sibi necessarium non putat, falso certus victoriae. Sic ὁ μὴ προσηρόμενος ὑγαινῶσι λόγῳ Χρῆσθαι καὶ τῇ κατ' εὐσεβειαν διδασκαλίᾳ τοτύφωται, μηδὲν ἐπιεικῆνος, ἀλλὰ ἰσῶν περὶ ζήτησεως καὶ λογομαχίας, vt scribit gentium Apostolus ad Timotheum. nimirum stolidus elatus est, dum non accedit sanis Christi doctrinis, quia imperitus et ignarus est veri, nihil intelligens, sed more loquacis occupans materiam garruendi et velitandi. Casaubonus suspicabatur τοτύφωται, quod longe a vulgato praeagrauatur; multo minus video, utramque lectionem ab eo non ineleganter expressam in versione, quod affirmat vir doctus.

III. 85. Στέλλεσθαι ἢ τετυῶν) *mollire aut minuire*. Quid hoc ad interpretationem Polybii? an eadem verbis minuire aliud est, quam mollire? Imo στέλλεσθαι est penitus celare, occultare, suppressere. VI, 42. Τῶν μὲν ἐκτυρόντων τὴν κάλις, τῶν δ' ἐπιλαυβητικῶν καὶ στέλλεσθαι παρακαλουμένων, *anis rudentes explicantibus, anis comprehendentibus et abscondere iubentibus*. VIII, 17. de Achaeo, cum se occultabundus vellet casui eripere, ἔδουκῶν καθόλου τὴν ἐκ τῆς σφύρας καταξίωσιν στέλλεσθαι. Sic ἀναστέλλεσθαι in Peireseianis τὰς ἐν τῆς ἐξουσίας καταφάνεσθαι, καὶ ἕλκε τὸν πρὸ τῆ χρόνον ἀναστέλλονται. In hisdem Συμπεριέλλειν τὰς ἀμαρτίαις. Quibus adde fragmenta ex Suidae schedis collecta in hoc verbo.

III. 86. Τὴν τῶν Ἰσούβρων χώραν.) Iam olim verterat Perottus, *per Imbriam et Picenum*. Mox Fulvius, Cluverius laudante Hofsteno, Grontemenilius iusserunt legi τῶν Ὀύβρων. Nec repugno. Certe in vitio vulgatum est. Tamen, ne qua litera pereat, posses suspicari τῶν Οὐλίδουβρων, quos Ptolemaeus agnoscit, et Umbris ἀνατολικωτέρως ponit. quod huic Hannibalicæ vastationi commodissimum.

III. 88. Ἐξ τρεῖς ὀνομασίας.) At duae hic tantum commemorantur. Vnde Ph. Cluverius per supinam imperitorum exscriptorum oscitantiam tertium lapygum nomen

omissum



omissum sic restituit: καὶ τῶν μὲν προσαγορευομένων Δαυνίων, τῶν δὲ Πευκετίων, τῶν δὲ Μεσσαπίων. lib. iv. Italiae cap. 10. Quod verisimile videtur: nisi quis putet ipsum Iapygiae nomen vnum ex tribus ab auctore intellectum, aut neget Cluverium certum esse posse, vtrum Σαλεντίνης an Ποιδί- κλης; Polybius pro Peucetiis scripserit; vix enim conueniunt antiqui.

Ibid. Περὶ τὸ καλέμενον Ἰππώνιον ἐπέτρεχε τὴν Ἀργυριπικυήν.) Postremum vocabulum debetur Leopardo lib. v. Emend. cap. 16, vbi et inferiorem locum cap. 118. Polybii restituit, cum legeretur Αἰγυρπανοί. Quaecumque autem est, non videtur tanti, vt tot magna nomina ei praescribi mallent: adeo velut ambitus quidam est in eo mustaceo laureolam quaerentium. Sed et Ἰβώνιον in quaestione est, *Hippomet*, Ἰππώνιον Ortelius faciunt et Casaubonus. Cluverius Ἰππώνιον, quae aliis Vibo Valentia, hinc longe remotum causatur, et Argos Hippium intelligit scribitque: Περὶ τὸ καλέμενον Ἄργος Ἰππιον ἦτοι τὴν Ἀργυρίππαν ἐπέτρεχε τὴν Ἀργυριπικυήν, circa Argos Hippium, siue *Argyrippam*, agrum *Argyrippanum* depopulatus est. Sed haec ratio veteres tractandi anceps est et aleae plena. Luc. Holstenius Οἰβίνιον olim fuisse scriptum Polybio coniicit. Post has summorum ingeniorum suspiciones putasne, lector, me vel audere adhuc vngues rodere? Inspice tamen narrationem Polybii, inspicere tabulas et regionis situm, ac vide an non ipsis literis fatentibus auctor scripserit περὶ τὸ καλέμενον Ἰβώνιον, ἐπέτρεχε τὴν Ἀργυριπικυήν. De Histonio, notissima istius tractus vrbe, et quae huc proficiscenti secundum Adriam Annibali prima obuenit, nominatim agit Cluverius lib. iv. Italiae pag. 1206. Censui autem cum Vrsino et Cluverio scribendum Ἀργυριπικυήν, non vt editum, tam propter analogiam, quam quod ita scripsisse Polybium prodat manifestus vulgata lectio: gentile autem, quod apud Stephanum legitur, vitii arguit ille ipse scriptor, cum a χρύσιπτα χρυσιππανός venire scripsit; sicut ab hoc Ἀργυριπικανός. Ideo in inferiori loco id quoque adhibui. Huic annotationi memini te, nobilissime Theuernote, aliquando calculum tuum adiecisse, quo infinitum in modum sum grauisus et gaudeo.

Ibid. Ἐκ τῆς καιρῆς.) Interpretes *pro more*. Si voluisset id Polybius dicere, scripsisset ἐκ τῶν ἐθισμῶν, vt alibi. Tum

moris erat Romanis, quatuor solis legionibus rempublicam tutari, ut saepe Polybius dixit: iam autem adhuc Cn. Servillii copiae prope Ariminum tendebant. Ne dubita vertere *pro tempore*, quas in hac necessitate et angustia probare potuerat. II, 24. Τῶν δ' ἐκ τῆ κενρῆ προσβοηθησάντων, qui *necessario tempore suppetias venerunt*. Et frequenter.

Ibid. Περί τὰς Αἴτας.) Αἴτας legendum docuit pater ad Livium XXI, 1. quod verissimum est, et idem a L. Holstenio notatum, ex eius postea editis ad Cluverii Italiam annotationibus didici. Itaque sic edere non dubitauimus.

III 90. Πόλιν Οὐνευσίαν.) Monitu Cluverii lege Τελουσίαν, quamvis sic iam Perottus verterat.

III. 91. Δαύνοι καὶ Νουανοί) Καυδίνοι leg. nam ad muros Caudii Beneventanorum et Campanorum fines erant, ut ex veteri lapide didici. Haec notat L. Holstenius ad p. 1079. Cluverianae Italiae.

Ibid. Ἀπὸ τῆ Ἐριβανῆ.) Huius Eribani, vel, ut infra, Eribiani nec vola vsquam nec vestigium. Vnde considerata ratione itineris Hannibalici, hunc collem a Livio Caliculam Cluverius vocari dicit, nec deterritus immenso inter nomina discrimine, an τὸν Καλιμόλαν scripserit Polybius, quaerit lib. IV. Italiae cap. 5. Mihi a primo conspectu difficile non fuit suspicari Τρηβανῆ vel Τρηβιανῆ. Quod postquam cum patre communicaueram, vidi L. Holstenium assentiri V. Cl. Camillo Peregrino legenti Τρεβιανῆ, qui addit, fuisse post iugum illud montis oppidum Trebiam, quod adhuc nomen seruet, a rusticis Tregla vulgo appellatum, ubi quam plurima vetustatis extant monumenta: quod alibi repetit.

III. 92. Περὰ τὸν Ἄθυρνον.) Ἄθυρνον debere esse ait Geographicorum callentissimus. Alio loco hunc et Plutarchi et Seruii loca confert, ut euincat, a Campanis hunc fluvium vocatum, quorum dialectum a Polybio seruatam censet. Sed fruatur ista censura; Polybium id fecisse numquam putabo, adeo evidens proditur deprauati nominis origo, τὸν Οὐλθ. in τὸν Αθ. Libentius igitur ab auctore esse existimem παρὰ τὸν Οὐλθυρνον.

III. 93. Ἐκλέξαντας.) Intelligere potes Λειτουργίς: puto tamen scribendum ἐκλέξαντα. Sic cap. 114. h. l. Ἄγνιθας ἐν τοῖς προγεγενημένῃς μάχῃς σκύλοις ἐκλέξας κατακεκοσμήκει.

Ibid.

Ibid. Μετὰ δὲ τῆτον.) Rectius videtur Haganoensium et Basileensium τῆτο.

III. 95. Προχειριτάμενος Ἀμίλκων.) Liuius Himilconi traditam classem ait. Inde Sigonius vitium apud Polybium esse putat. Sed et alibi nominum varietas talis est.

Ibid. Ἀμφοτέρους ἅμα ταῖς δυνάμεσι καταζεύξαμ.) *Vtrumque exercitum coniungere.* Tam a Graeis, quam a consilio Scipionis haec interpretatio impetibilis est. Nam quantum est, ut non coniunctae censeri debeant copiae, quarum pars pedibus in terra, alii iuxta littus idem nauibus procedunt? Imo ne voluit quidem Scipio illic coniungere socios nauales cum terrestri milite, eos exponendo, sed ostia Iberi elegerat sibi stationem, vbi tenderet paratus in vtrumque, quacumque scilicet parte copiarum (haec Liuii verba in hac re) hostis occurrisset. VIII, 10. Διελθὼν τὰ στενὰ, κατέζευξε παρὰ τὸν ποταμόν. vbi recte *confedit*. XVII, 16. Ταύτην τὴν ἡμέραν ἐκάτεροι διανύσαντες αὐτῶ κατέζευξαν. *ibi confederunt*.

III. 96. Πλὴν δύο μὲν ἀντάνδρες.) *Vertebatur, postquam cum ipsis viris naues quique (quinque opinor volebat) omisissent.* Alia certe tunc maximus vir agitauit; spero nos bene correxisse.

III. 99. Παιδικώτερον κατὰ τὴν ἡλικίαν.) Inferendum omnino ἦ, ut aduertit Casaubonus. V, 18. Φίλιππος τολμηρότερον καὶ πρακτικώτερον ἢ κατὰ τὴν ἡλικίαν χρώμενος ταῖς ἐπιβολαῖς. Pag. 1417. Ἐδοκεῖ τῷ βασιλέως προεσάναι Φρονιμώτερον ἢ κατὰ τὴν ἡλικίαν.

III. 106. Τότε προχειριθέντες ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Αἰμίλιον ἀντιπράττητοι.) *Proconsulari imperio ab Aemilio ornati.* Malim, *missi ab Aemilio exercitibus, qui in castris erant, pro legatis praesse.* Sic pater.

Ibid. Πρόνοιαν δὲ ποιήσαντο.) Legendum πρόνοιαν δ' ἐποίησαντο. quod miror non monitum.

III. 113. Πυκνοτέρως ἢ πρόθεν.) *Vertendum: plures quam ante manipulos retro constituens, multiplicatis introrsus cuiusque manipuli ordinibus, sic ut latera frontem vincerent.* Vide notata patri ad Liuium XXI, 45.

III. 118. Παλαιοῦς καὶ Μεγάλης.) Fideliter quidem interpretes, quae *Vetus et Magna Graecia nominatur.* Sed nihil minus verum est, quam eam Italiae partem fuisse nominatam *Veterem Graeciam*, et id nullus auctor confirmat. Daufque-



Dausqueius ad Silium *reliqua Vetere prope tota Graecia Magna nominata*: quasi sit aliquod in omiſſa copulativa momentum. Non dubito, quin, quam ex codice antiquo vir doctus libro ſuo adſcripſerat, certiffima ſit emendatio παραλίαις. x, 1. Λοκροί, Κρότων, ἔτι δὲ Μεταπόντιοι καὶ Θάριοι ταύτην ἐπέχουσι τὴν παραλίαν. Plane hanc ſcripturam interpretatus eſt Silius lib. xi.

*Idem etiam Locros habuit furor; ora vadofsi  
Litoris, Argivos maior qua Graecia muros  
Sernat, et Ionio luitur curvata profundo,  
Laetas res Libyae et fortunam errore ſequuta  
Iuravit pavitans Tyrio ſua praecia Marti.*

## AD LIBRUM IV.

IV. 1. Τῶν ἐκ Μκεδονίαις βασιλέων.) Viſum eſt ita faciendum, eiectio ſpurio Λακεδαιμονίαις, plurimis cauſſis id expoſcentibus. Conſule, quae notarunt huius ſcripturae auctores.

IV. 3. Δορίμαχος ὁ Τριχωνίης.) Scribe Τριχωνιάς, vt v, 13. Ἀλεξάνδρου Τριχωνιάς, vt optime Caſaubonus, cum vulgo male Τριχωνιάς. xvii, 10. Δικκίμαχος Τριχωνιάς. Ita et Stephanus.

IV. 5. Μόντε τῶν ἐν Πελοποννήσῳ.) Vocolam tertiam e recentiore editione caſu an conſilio eiectam ex prioribus reuocavi, vt neceſſariam. Deinde cur vertit? *quantopere multitudinem Aetolorum eo pacto eſſet demeriturus*, cum Polybius dicat ἐξηκολοθήσασαν σφίσι εὐνοίαν, et in antecedentibus quoque ipſe alio vtatur numero.

IV. 6. Προῆγον ἐπὶ τὴν Μεσσηνίαν.) Nec tamen male editiones ἐπὶ τὴν Μεσσηνίαν: imo vix eſt, vt non a Polybio ſic ſcriptum dicam. Cap. 9. hoc lib. καὶ προῆγον ὡς ἐπὶ τὴν Ἠλείων. In Peireſcianis p. 141. ἵνα μετ' ἀσφαλείαις εἰς τὴν Ῥωμίων προαίωμιθῃ.

IV. 9. Ἀρκάσι.) An horum populorum nomen ob ſimiles literas deglutiuit Acarnanas? Putem fane. Recenſet nunc, recenſet ſaepe foederatos per Antigonom; vbique Acarnanes additos legas, nulla Arcadum mentio. Hoc libro cap. 5. Scopas et Dorimachus ἄμα Μεσσηνίαις, Ἠπειρώταις, Ἀχαιοῖς, Ἀκαρναῖσι, Μκεδόσι πόλεμον ἐξήνεγκαν. v, 3. Philippus γεγραφῶς τοῖς Μεσσηνίαις, καὶ τοῖς Ἠπειρώταις, ἔτι δὲ τοῖς

δὲ τοῖς Ἀκαρνασί καὶ Σπαρδιλαΐδα. Lyciscus apud Spartanos in oratione contra Aetolos IX, 32. Ἐξόν γε τριῶν ἀνδρῶν ἀπογόνους ὑπάρχοντας πολεμεῖν Ἡπειρώταις, Ἀχαιοῖς, Ἀκαρνασί, Βοιωτοῖς καὶ Θετταλοῖς. Sed et apud Liuium foederi, quod cum Sempronio paciscitur, adscribit Philippus Achaeos, Boeotos, Theffalos, Acarnanas, Epirotas. lib. 29, 12. Praeterea hoc loco omnes referuntur siti extra Peloponnesum praeter solos Achaeos, cum tamen Lacedaemonii quoque, magna foederis pars, restarent. Leges igitur Ἀκαρνασί. Ex eadem literarum similitudine ortum vitium videtur federe in Stephano. Verba sunt: Μάραθος πόλις Ἀκαρνανίας, cum corrigendum videatur Ἀραδίας, vel si id non placet, Ἀραδία. Nam praeter Plinium et Ptolemaeum Polybius libro V, 68. Ἀντίοχος παρελθὼν εἰς Μάραθον, καὶ παραγενομένων πρὸς αὐτὸν Ἀραδίαν. Non multo ante εἰς τὴν Μεγάλην πόλιν, quia Polybius repetenda duxit, caussa spernendi interpreti iusta non fuit.

IV. 10. Πρὸς τὸν Ῥίον.) Vitium ex Basileensi et Casauboniana propagatum hanc quoque editionem inuasit. Lego τὸ Ῥίον, vt optime Haganoensis.

IV. 11. Ἐπὶ τὸν Ὀλόγυρτον.) Quem infra Λίγυργον vocat, eundem videri ait Vir Cl. Adde hunc ipsum in Plutarchi Agide appellari Ὀλόγυρτον.

IV. 12. Ὑπὲρ τὴν παρῶρειαν ὑποσεύλαντες.) Legendum ὑπὸ τὴν παρ. III, 83. τὰς δὲ Βαλιαρεῖς καὶ λογχοφόρους ὑπὸ τὰς ἐν δεξιᾷ βενὰς ὑπέσειλε, Hannibal nempe. V, 13. ὑπὸ τινα λόφον ὑπεσάλκει τὰς Ἰθυριῖς. X, 29. τῶν δὲ Νομάδων τινὲς ὑπεσάλκεισαν κατὰ τινα συντυχίαν ὑπὸ τὸν λόφον. XI, 19. ὁ δὲ πάλαμ προορώμενος τὸ μέλλον, ὑπὸ τινα βενὸν ὑπεσάλκει τὰς ἰππεῖς. Atque ita semper. Non dubito, quin similia voluerit scribere ὁ πάνυ ad haec verba, cum in notis ad pag. 21. vlt. lectorem huc verti vult.

Ibid. Εὐθέως διαμένοντες.) huc illuc extemplo dilapsi. Plane contraria Graecis Latina, quamuis haec quidem necessaria. Nimirum legit, vt legendum est, διαρρέοντες lapsu orto ex ratione scribendi τῶν μεν et pp confusa. Nunc video eum legisse διακλίνοντες; sed male. Nam διακλίνειν quidem est dilabi, sed compositae et ordinatim, quomodo milites Romani venientes in castra διακλίνειν ad sua quisque tentoria dicuntur, in loco quem citat ὁ πάνυ. At διαρρεῖν est confuse, sine consilio certo discurrere, et ab hoste disiectum

iectum huc illuc vage se conferre. 1, 74. τὴς δὲ πολλῆς διὰ τὸ προτέρημα βραθυμύνας, καὶ διαβόουτας ἐκ τῆς στρατοπέδου. 1V, 58. Βραχὺν χρόνον ἀθροῖσι συμμαχίαντες περὶ τὴν ἀγορᾶν, λοιπὸν ἑκπαθεῖς ὄντες πρὸς τὰς ἀΦελείας διέβηον. διὰ τὴν coeperunt. quomodo etiam vertit xV, 26. χρόνον δὲ γιγνομένου κατὰ βραχὺ διέβηον οἱ παρεσῶτες.

IV. 13. Οἱ συνελθόντες.) An non ὁ οἱ συνελθόντες. Editiones sane ei sunt.

IV. 19. Καὶ μόνον σαλπικτῶ δεινύων.) *Ibi vel solus tubicen ad victoriam sufficit.* Legit igitur ὁ πάνυ, καὶ μόνον σαλπ. quae tantum tubicine egerent; vbi si audirent tubicinem Aetoli, statim in pedes se coniecissent. Quomodo 1, 72. οἱ μὲν ἄνδρες ἢ οὐδὲν παρακλήσεως πρὸς τὴν ἀπόστασιν ἀλλ' ἀγγέλλε μόνον ἰδοῦθῆσαν. Et quasi sic vulgo editum esset, citat ad geminum Diodori locum in Excerptis V. Cl. H. Valesius p. 48. Posset tamen ad vulgatum tuendum τὸ δεινύων interpretari καλαμένων, vt millies, δεόμενοι στίσι βοηθεῖν, vt ipsis locis velut animatam vim tradat, quae tantum non vocarent tubicinem, velut infesta Aetolis et promittentia Achaeis certam victoriam. Quomodo v, 31. οἱ κατὰ τὴν Ἑλλάδα καιροὶ μόνον ἐπ' ὀνόματος ἐπέλαυν τὸν Κλειομένην. III, 15. οἱ βάρβαροι ἐξεκλήθησαν ὑπὸ τῆ συμβάντος.

IV. 25. Συνοικισμένη τῇ Μεγαλοπόλει Ἰλλυριῶν.) *Megalopoli Illyriorum, quam tunc cum maxime incolis frequentari coeptam etc.* Male ἀχαίξει hic locus, male quoque βαυαίξει. Ursinus addebat particulam ὑπέ. Sed vereor, vt probari possit, Illyrios velut coloniam in istam urbem missos, quamvis sub Achaeis eorum partem militasse norim. Lego μετὰ τῶν Ἰλλυριῶν, nempe duce Scerdilaide. Supra cap. 16. Συυθέουσοι δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Σπερδिलाίδαν οἱ περὶ τὸν Ἀχιλλεὺς καὶ Δορίμαχον καὶ Σκόταν, πραττομένης αὐτοῖς τῆς τῶν Κυναιθέων πόλεως, συναθροίσαντες πάντηαί τῆς Αἰτωλῆς ἐπιβαλοῦς εἰς τὴν Ἀχαίαν μετὰ τῶν Ἰλλυριῶν. Et conuenientissime Lycaeus IX, 32. Αἰτωλοὶ τῆς Ἰλλυριῶν ἐπιλαβόμενοι βοτῆς καὶ βοηθείας κατὰ μὲν θάλατταν βιάσθησαν καὶ παρασκευάσειν ἐπιβάλλοντο Πύλον, κατὰ δὲ γῆν ἐπολιόρμησαν μὲν τὴν Κλειτοριῶν πόλιν, ἐξηδραποδίσαντο δὲ τὴν μὲν Κυναιθέων. Verte igitur, *adfecta opera Illyriorum.*

IV. 31. Αἰτωλῶν οἱ ἐφορεύοντες.) Verissime primam vocem a sententia fastidiri obseruauit eruditissimus Grentemenilius:



menilius: sed totam eiiciendam iudico potius, quam mutandam in Μεσσηνίων, cum fere fit repetitio prioris verbi.

IV. 34. Ἐφόροις - - - οἴομενοι.) Fulvius supplevit, *οἱ οἴομενοι*. Sed nihil minus Ephoris illius anni placuit, quam sequentia postulata, et narratio ei ipsa repugnat. Vir ἔτυχων ad Eusebium scribendum dicit οἱ μὲν νέοι ᾤοντο δεῖν, quia sequitur, *δεδιότες τὴν τῶν νέων συσροφῆν*. Habet alia quoque Casaubonus. Sed quicquid afferatur, si recte attendas, omnino hic intelligendi sunt Ephori priores οἱ κινήσεως αἴτιοι, et ἐπισπώμενοι πρεσβευτήν; hi postulant illud ab huius anni Ephoris, qui timebant, ne, si postulatis non annuerent, illi rursus iuniores instigarent, sicut antea fecerant. Vide an satis sit inferenda vna vocula. Οἴομενοι δὲ δεῖν.

IV. 35. Ὅς ἦν υἱὸς Εὐδαμίδε· ζῶντος δὲ Ἰππομέδοντος ἀκμήν, ὃς ἦν υἱὸς Ἀγησιλάε τῆς Εὐδαμίδε.) Horum omnium ne tantillum quidem reperiebatur in postrema versione. Immisi Perottinam, haecenus satis, ni fallor, commodam.

Ibid. Οὕτως εὐωνα πανταχῆ τὰ καλὰ γέγονε.) *Adeo ubique paruo constant, quae pulchra sunt. Imo, adeo vili ius fasque addicitur. adeo paruo famam et conscientiam suam homines vendunt. Videtur imitatus Platonem lib. v. de legg. Οὐδέ γε ὅποταν χρήματα τις ἐραῖ πᾶσαι, μὴ καλῶς ἢ μὴ δυσχερῶς φέρη κτώμενος, δώροις ἄρα τιμᾶ τότε τὴν ἑαυτῆ ψυχῆν. παντὸς μὲν ἔν λείπει. τὸ γὰρ αὐτῆς τίμιον ἄμα καὶ καλὸν ἀποδίδοται μικρῆ χρυσίε. Sic pater.*

IV. 36. Γλυμπεῦσι δὲ καὶ Ζάρακι προσπεσὼν ἀπέσπασε.) *Inuadit et ab Argiuorum communi separat. Atqui particulae δὲ adiectio ostendit, Polybium de his χωρίοις aliud significasse et diuersum, nisi τε legerit, aut pro eo illud acceperit ὁ πάνυ.* Sed ne verum quidem est, ea loca capta. Nam lib. v. cap. 20. dicuntur Messenii ex praescripto Philippi cum auxiliis venientes, sed a Lycurgo oppressi, Glympes vnicum salutis refugium habuisse. Legendum ἀπέπεσε. reiectus est, decidit. IV. 16. οἱ τῆ Πύλω συμπροσμίξαντες καὶ ποιησάμενοι προσβολὰς, ἀπέπεσον. Frequentissimum auctoris. Paulo infra non dubitavi admittere certissimam Merceri emendationem τὰς Ἠλείας pro τὰς πλείας, quod res ipsa probat.

IV. 40. Κατὰ φύσιν γάρ.) Sententia Polybii sic forte commodius exprimeretur: *Haec enim naturae vis est, ut, quod terminis suis circumscribitur, si per tempus infinitum continenter assumat aliquid vel perdat, etsi partibus minimis (quod*

hic

hic quoque fieri ponamus tantisper) necessario in id, quod natura intendit, desinat. VI, 2: ἢ νοεῖθω καὶ καλεῖθω δὲ κατὰ τὰ ἑμῶν τῷ παντός χήματος κατὰ πρόσωπον.

IV. 41. Ἐκ τῆς τοῖς εἰμασίῳ ἐκφερομένῃς.) *quem ostia fluviorum deserunt.* Tutissime, si quid sapio, potuit Casaubonus κατὰ πόδα sequi Polybium, nec verborum numerum augere; imo mendose inseruit τὸ *fluviorum*. Loquitur enim de ostiis Istri.

IV. 44. Ὁμοία δὲ τέτοις καὶ τὰ κατὰ τὸν ἐπὶ θάτερα πλῆν.) Non pro more suo hic interpres: *Similia his sunt, quae navigantibus aut supra aut infra Byzantium urbem solent euenire.* Quae non video unde exsculpsit. Verto: *similia his sunt, quae nauigantibus ab altero latere Byzantii solent euenire.* Hoc enim volunt exempla, quae utraque agunt de nauigantibus ad latus meridiale eius urbis, vel, ut interpres, infra urbem, tam Byzantio ad Hellespontum, quam ex Hellesponto Byzantium; nullum de nauigantibus supra: in quibus tamen ipsis exemplis rursus Casaubonum delidero. Nam ubi auctor ait, ἐπὶ τὰ τῆς Προποντιδος εὐχὰ, vertit ille ad *Hellesponti fauces*. Atqui Hellespontus ipse, quid nisi angustiae et os Propontidis? et sic manifeste Graeca verba sonant, nullo modo mutanda. Sed et praeter haec sequens comma, καλεῖθον ἀσχύτως πάλιν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον, in interpretatione frustra quaeras. Adde igitur: *et rursus a Propontidis faucibus Byzantium tendenti.*

IV. 46. Εἰς Κλύαρον.) Non sustinui retinere vulgatum hoc vocabulum, postquam id corruptum esse ex Καύαρον docuerat Cl. Valesius, et obseruatum idem a Casaubono ex oris eius cognoueram. Ceterum, quam Polybius Τύλην vocat, eam a Stephano Τύλην vocari Ortelius annotauit, sane cautius, quam cum doctus ille vir e vestigio ita legi apud Polybium debere dicit: neque enim haec ratio procedit. Stephanus. Μένδη πόλις Θερσίης, ἀπὸ Μένδης γυναικός. Ἀπολλόδαρος Μένδην αὐτὴν φησι. Satis hoc exemplum habet ponderis ad tuendam cuique suam lectionem.

IV. 57. Ὁ δὲ Αὐτόμολος.) *Automolus iero.* Ita ὁ πάνυ. Hermes Gallicus inde Automalum finxit. At rectissime Perottus antea *perfuga*. Itaque non sesellit virum doctissimum properantem maiuscula, quae in nulla priori editione conspicitur, ut eum non nemo excusat, sed ipse fecit maiusculam, et proprium nomen, sed male censuit. Adde

H. Valesium in praefatione ad Excerpta. Sed ne supra quidem satisfacit in interpretandis illis, τῶν γὰρ ἡτόμοληότων τις ἐξ Αἰτωλίας, quidam enim eorum, qui ex Aetolia profugerant. Car quelqu'un de ceux qui avoient fuy de l'Étolie. Quae versiones verum exulem exprimunt: atqui si bene Aetolicam mentem ex Polybio deprehendi, auctores exilii in gerendis rebus ea neutiquam iuuabit. Debuerat sponte profugerant, vel cum Floro, simularunt transfugas. Fine historiae de hac vrbe miror nihil a Casaubono appositum margini: nam illa ὁ δὲ Δορίμαχος vertit Archidamus, et hinc in indice Archidamus enecatus.

IV. 59. Ἐνεργότερον δ' ἐμπροσθῶν.) Non alio modo tentandus hic locus, quam literae transpositione, ἀπαλλαττομένοις ἐνεργότερον. ἐμπροσθῶν δ' εἰς etc. quod satis probant verba libri XVI, 727. πολεμικὴ σκάφος ποιημένε τὴν ἀποχώρησιν ὡς πρὸς τὴν γῆν, ἐπέκειτο Φιλοτιμώτερον ἐγκρατῆς γενέσθαι σπαδάων. Infra edidi παρὰ τὸν Ἄραξον, quod pulcherrimam politicissimi Grentemenilii restitutionem non arripere religio videbatur; vulgo Ἄρατον. Sequitur autem in interpretatione: Aratus vero, neque mercenarium militem conscribere poterat, quod belli Cleomenici tempore partem aliquam stipendiorum conductio militi non persoluerant. Vbi desideratur nomen Achaei, vt indicant Graeca; hinc inferui.

IV. 62. Καὶ τὸν \* τέριον ἐπιπορευόμενος τὸν κατὰ τὴν Πισρίαν.) Forte: τὸ Κιέριον ἐπιπορευόμενος τὸ κατὰ etc. Stephanus: Ἄρνη πόλις Βοιωτίας. Δευτέρα πόλις Θεσσαλίας, ἀποικὸς τῆς Βοιωτίας, περὶ ἧς χρησμός, Ἄρνη χηρέυσα μένει Βοιωτίων ἄνδρα, ἣ Κιέριον καλεῖται. Nomina autem vrbium pro circumposito agro apud historicos veteres sumi, cur demonstrarem?

Ibid. Τὰ τεῖχη κατέσκαψε καὶ τὰς οἰκίας καὶ τὸ γυμνάσιον.) Muros ac parietes solo aequavit: fastidito, quod diferte notari voluit auctor.

IV. 63. Στρατικὴν.) Straticam. Exhibui, vt res erat, et in hoc reponendo parua audacia: nec bono certe more vir doctissimus egit cum interprete, quod secutus fit vulgatam, sed mendosam scripturam Στρατηγικὴν, et κυρίως interpretetur Strategicam, cum nulla in iis partibus fuerit vrbs Στρατήγιον, vel Στρατηγία. Quasi hoc vniquam Casaubono in mentem fuerit, ac non decem versibus post auctor dicat περὶ Στράτον ὄντι Φιλίππῳ, et in libro v. Ἄντεμβαλόντες εἰς



τὴν Στρατικὴν: et praeterea iam in corrigendorum indice (quem vir candidus utique consulere debuerat) editioni suae praefixo aperte typorum labem monuerit emendandam: quod idem in Graecis eum voluisse fieri ostendit indiculus, quem cum typographis communicavit vnicus tantae doctrinae successor Mericus. Sed et Perottus iam verterat *Stratensem*, et cuius vix ratio in Polybio habita est, Fulvius nonne inquit, *lege Στρατικὴν* ex loco inferiore? ut valde sero fit ille vir doctus audax.

IV. 73. Πειπειμένοι δὲ καὶ τὰ γαγονότα.) Corrige *πειπυμένοι*. Nihil conuenit vulgatum.

IV. 75. Οὐδανός δὲ κωλύοντος ἦκε πρὸς τὸ χωρίον.) et *nemi-ke* impediēte venit ad castellum. Ita suppleui versionem: nam in Casauboniana nihil horum.

IV. 77. Τῶ τῶν Ἀρκάδων παίδος.) Merito suspectum hunc locum habuit vir egregius: non enim rectius quis dicitur Ἀρκάδων παῖς, quam *frater Lyncestarum*, quomodo vocabatur Alexander apud Iustinum xi, 2. nisi ea verba vitii primus appellasset pater meus. Ceterum opus non putabam scribere Ἀρκάδος παίδος, quippe ipsae notae transpositae indicabant fuisse τῶν τῶ Ἀρκάδος παίδων. Sed ecce sic haec verba concipiuntur in Haganoensi editione anni mdcxxx. ἀπὸ Τρυφάλας τῶ τῶν Ἀρκάδος παίδων ἐνός. Quo quid praestantius? supra cap. i. ἀπὸ Τισαμενῆ τῶν Ὀρέστου παίδων ἐνός. v, 43. ἀπόγοιός τῶν ἐπὶ τῶ Περσῶν ἐνός. Omnino igitur haec vera lectio est, et doleo nondum eam repositam.

Ibid. Ἀλκιάδης τῶ Μεγαλοπολίτη.) Credo pro *Λυσιάδης*, cuius meminit lib. 11. cap. 44. et si et Plutarchus Arato In legationibus quoque mentio fit Lysiae legati, quo certius constat, Achaicum hoc nomen fuisse.

IV. 80. Χιλίων δὲ σὺν τοῖς πειραταῖς Αἰτωλῶν.) Mirari libet, qui in his numeris conuertendis adeo negligentes sint omnes interpretes. Perottus aliis omisiss, aliis male distinctis: *mille Eliensibus in vrbe existentibus, Aetolis items mille quingentis, mercenariis Lacedaemoniis trecentis*. Casaubonus Graecorum, quae posui, nihil expressit; quod fideliter imitatur eius per omnia simius, qui et *μισθοδόσης Aetolos* exposuit, *cing cens Etoliens*. Facies, ut posthac legatur, *Elei mille, totidem cum piratis Aetoli, mercenarii etc.*

IV. 81. Ὅσον τὴν αὐτὴν ἔλθοι Κλεομένης.) *Exemplo Cicomenis et aliorum multorum*. Longe gentium abesse vellem

tria postrema verba: nam illa καὶ τοῖς πολλοῖς ad sequentia necessario referenda, non ad praecedentia, et explicandum per *populo*. Sic IV, 37. Λυκῆργος ἀπὸ τῶν ὁμοίων βεβημένος ἀρχεῖσθαι Κλεομένει etc.

## A D L I B R V M V.

V. 4. Προσηγε τὰς μηχανὰς τοῖς τεύχε.) Haec vera lectio est, notata recte a summo viro; quam quo minus admitterem, nulla iusta causa videbatur impedire. Vulgo προῆγε.

V. 5. Εἰς Θετταλίαν.) Versumerat, in Aetoliam; quod cum ferri non posset, emendavi.

V. 6. Μεταξὺ Κωνώπης καὶ Στράτε.) Haec translata latinis immiscui, cum Casaubonus neglexisset.

V. 7. Τῆ προαγορευομένῃ Θέρμῃ.) Relata est scriptura, quam expressit in sua editione Casaubonus, et sic quoque Basileenses: ipse tamen, ut ex versione paret, legit προαγορευομένη, et sic Haganoenses. Eligat quisque.

V. 11. Συνεξαίρεισθαι τοῖς ἐναντίοις.) Lege cum illustri Grotio τοῖς ἀντιτίοις. Dubito, num simile quid interpres viderit: sententiam certe eam expressit. Paullo infra quoque videtur scripsisse ἀκσίω, non ἀκσίως.

Ibid. Συνδόντας μὲν αὐτοῖς.) Scribe: συνειδότας.

V. 12. Οἱ ληφθέντες.) Hi sunt capti: at λειφθέντες sunt victi, quos hic intellexit auctor et interpres, ac sic scribendum.

V. 15. Κᾶπειτα γινομένης ἀκαιρίας πολυποσίας.) Forte ἀποκαιρίας. Nec vero id placet verti *intempestivum conuiuium*. Non enim sic dicebant Latini, ne periret gratia *tempestivi conuiuii*, quod ipsum erat in vitio, atque idem, quod coenare de die. *Quum iam multis et maioribus poculis immodice biberetur*. Sic pater.

V. 17. Παιτρῶον.) Potius Πετραῶον, qualis nominatur lib. IV, cap. 24. Et hoc nomine aliquem ex Centauris appellavit Ovidius, indicans hoc nomen Thessalis fuisse frequens. Videtur idem corruptum in legatione XXVII. Παρατηρηθέντες ὑπὸ Σιβήρτη τῆ Πετραῶτε, cum legendum sit Πετραῶν.

V. 20. Ζωγρεία μὲν ἐδευός ἐκυρίευσας τῶν δὲ ἵππέων ὀπίω μόνον ἀπέκτεινε.) Occidit vero praeter equites octo ceterorum militum neminem. Mallem; militem vnum quidem, nullum

cepit, ὄϊο tantum ex equitibus occidit. Hoc sane in Polybio intelligimus:

V. 21. Ἐχὼν τὴς πάντας ἐπὶ θάλαττος διχιλίαν.) *Exercitu, in quo erant ad summum duo armatorum millia. Immo, in quo erant minimum duo ar. mil.* Nam quam procul a Latio natum sit illud ad ἰωνίαν, ad minimum, quae singulis paginis huic interpretationi insuta sunt, ad sis, quae notavit pater meus ad Livium XXI, 35.

Ibid. Καὶ κατὰ γῆν καὶ θάλατταν.) Sic habet Casauboniana: at Haganoensis simul et Basileensis καὶ κατὰ θάλατταν. Qualia quum quibusvis paginis in hoc auctore ostenduntur iterata praepositione, temerario affine mihi videtur, alteram eiecisse.

V. 33. Στασίως συναξέδραυς κατὰ τὸν βίον.) Forte τὰ κατὰ τὸν β. III, 5. Προσδεῖ ἐὶ τῶν τῆς τύχης, τοῦ συνέδραυ τὰ τῷ βίῳ.

V. 44. Ὀχυρότητος καὶ μεγέθους.) *Munitione naturae regionis et magnitudine.* Sic auximus: nam posteriora temere alii interpretati non sunt.

Ibid. Ἀδὲ τῆς Ὑρκανίας θαλάσσης ἢ πολὺ διάστημα.) *Qui non longe absunt ab Hyrcania.* Sed id longe abest a Graecis. Verte: *absunt ab Hyrcano mari.*

V. 49. Συμφερότερα λέγειν.) Editio Haganoensis συμφερότερα: quod miror non recordatum Casaubonum, cum sic ubique scribi iuberet ad librum II.

V. 57. Πλείω τῷ δέοντος κοινύμενος.) Sic quidem Casauboniana, sed nihili est et operarum lapsus: nam aliae editiones κινύμενος, quod sensus omnino exigit, nec voluisse id mutare τὸν πάνυ, vel ex interpretatione eius apparet.

V. 63. Δημητρίῳ καὶ Ἀντιγόνῳ τυτρατεύοντι.) Optime se habent Graeca, et expedite. Interpretastamen *sub Demetrio et Antiocho*: prorsus perperam. Paulo ante pro Ἀλωρίτης (in prioribus est Λαωρίτης) feci Ἀλωρίτης, ut inferius formatur, quod etiam uterque interpretes adhibuit.

V. 65: Τὰς γὰρ μὲν εἰπὸ τῆς Ἑλλάδος καὶ πάντων τῶν μεσοφόρων.) Tamquam deesset aliquid, aut locus esset insuperabilis, notam apposuit Casaubonus. Sed omnem difficultatem facili remedio depelles, scribens καὶ πᾶν τὸ τῶν μεσοφόρων. Polybium fecisse non dubitamus.

V. 66. Συνεπικείμενος πόλεον (ἰαν.) Reponendum συνεπικείμενος, quae antiqua editionum scriptura est, non Casauboni restitu-



restitutio, vt probant Haganoenses. 1; 30. Ἀφιδόμενος εἰς πόλιν Ἀδύν, συνέτατο ἔργα καὶ πολιορκίαν. Ibid. 42. Περὶ ἣν τότε συνέβητε τὰς Ῥωμαίους συνέτασθαι πολιορκίαν.

Ibid. Πρὸς τὸν Ἀντιόχον.) Vir magnus voluit Πτολεμαῖον, vertens ad Ptolemaeum. Cogitabam tamen minori mutatione παρὰ τῷ Ἀντιόχῳ, ab Antiocho. Sed explicari commode vulgatum potest, nempe Solibium ita tectos habuisse Alexandriae apparatus, vt ne iis quidem legatis, quos ipse ad Antiochum mittebat, plane noti fierent, ne forte ab Antiocho postea corrupti omnia ei significarent. Quem satis bonum sensum edidit Perottus: *nemio ὑμῶν ποσειδῶν, qui ad Antiochum mittebantur, cernere potuisset.*

V. 76. Καὶ σποινδὰς ποιησάμενοι.) Non placuit nobis sequi scripturam editionum veterum, quam tamen retinuit Casaubonus, καὶ σπειδὰς, quae hic nihil facit: Ea quam expressimus, est in margine Basileensis, et verissima.

V. 77. Καὶ Τημνίται.) Non putō esse necessum, vt mutationis causiam probem, cum id occupauerint οἱ μάλιστα ἐν τέτοις περιπτώσεσιν, Casaubonus et Grentēmenilius.

Ibid. Ἡδὸν καὶ παρὰ Τηῶν.) Adiere Achaeum et a Teiis Colophonisque legati etc. Atque ita omnem sermonem hunc de Achaeo intelligit. Hinc quoque in indice Cumā vrbs se Achaeo adiungit, quibus similia in vocibus Smyrna, Phocaea, Aegaeenses, Temnitae, Teii et Colophonii. Quasi non Attalus sit, cui sic arridebat fortuna.

V. 79. Καθωπλισμένοι περὶ πεντακισχίλις.) Casaubonus dum properat, numerum interpretatus non est: quem lector adiciat. Vereor quoque, ne praeter eius mentem Ζήλης sit versus Zebes, quamuis ipse sic quoque in indice. Similiter illa τῆς μὲν Ἀντιόχου δυνάμεως τὸ πλῆθος εἶναι περὶ μὲν ἑξακισμύριοι καὶ διαχίλιοι, versa vides peditum duo et septuaginta millia. Sane si copiarum partes, vt hic leguntur, in summam conferas, numerum a Casaubono oblatum inuenies, vt propterea non absurde legerit ἑπτακισμύριοι. Sed Perottum quoque hic offendentem cerno, qui in secundo numero ἄνδρες δισμύριοι vertit decem millia hominum: imo et in Haganoensi palam ἄνδρες μύριοι, quod Basileenses primum mutarunt in δισμύριοι, et ad oram versionis Perottinae posuerunt viginti. Nos in finienda hac varietate, desolati sublidus, cogimur ἐπέχειν.

V. 81. Ποιῆθαι τὴν ἀνάπαυσιν.) *Alibi tum forte quiescebat.* Imo, *alibi quiescebat*, vel clarius, *alibi solebat quiescere*: non enim tum forte, sed auctor ipse infra dicit, illum non satis inquisivisse, πᾶ τὴν ἀνάπαυσιν, ὁ Πραλομαῖος εἰῶθει ποιῆθαι.

V. 84. Τοῖς ὑπὸ τῶτον.) Sine dubio verior scriptura est editionum ante Casaubonum, τοῖς ὑπὸ τῶτον. Sic enim semper solet, cum praecedentem personam extulit per familiarem sibi περιγραφῆν, εἰ παρὶ τόν.

V. 89. Πεντακον ττραγώνων πᾶχεις διαμέτρως τετρακισμοῦρας.) *Trabes e picca ad mensuram cubitorum xl. millium.* Quae, oro, illa mensura, altitudinis an crassitudinis? Nihil satisfacit, et utrumque incredibile. Tum ubi vox τετραγώνων? intelligo eum promittere trabes quadratas varia longitudine, ex quibus dimensis omnibus ea cubitorum somma colligatur, vertoque: *trabium quadratarum e picca commodos cubitos ad xl. millia.* Numerus navium, ad quas materiam pronunciat, utrum sincerus sit, iure dubites: certe factus est a Casaubono, cum editiones haberent ξύλα καὶ παντήρων καὶ δόνα τριήρων, et verteret Perottus *ligua ad faciendos quinquecentos sex, triremes x.* Tum quare tantummodo annoniam x. tricenarium recipit, non etiam x. quinqueremium, ne quid deesset suo beneficio?

Ibid. Ὀθονίων ἰσὸς τριχιλίαι.) *Vela ἑῶ malos ter mille.* Legit igitur, vel quasi sic scriptum esset; accepit, ut solet interdum ὀθόνια καὶ ἰσὸς, quorum nihil potest placere. Verito: *vetorum (vel linteorum) telas ter mille*, nam hoc quoque ἰσὸς est. Plutarchus in Romulo Tarchetium ait ἰόν τενα παραγγῆσαι τοῖς πόροις ὑφαίνειν δαδαμέναις, quomodo et Hesiodus alibi, aliique. Idem est, quod dicit Livius xxviii, 45. *Etruriae populi pro suis quisque facultatibus confuissim adiuturos pollicenti Tarquimenses lutea in vela etc.* Post paullo illa, σοπηρας ἑπταπύχης πεντακχιλίαις vertebantur, *afferet septenorum cubitorum septies mille*: quod falsum est et mutavi.

V. 92. Τῆς αὖν Καλάμας) Scio Pausaniam et ex eo Stephanum meminisse Calamarum: admodum tamen ambigo, an non scripserit Ὀχλάμας, quod ante occupatum nunc rursus recipere voluit Lycurgus. Situm quoque huius nominis castellum videtur fuisse fere in confinio Eleorum, Messie-

Messeniorum et Spartanorum, et per id voluit se Lycurgus cum Pyrrhia coniungere.

V. 94. Ἀνδρολόχος.) Nomen huius viri a prioribus omiffum, addendum monuit Vrsinus: cui paruit ὁ πάνυ in Graecis; quid igitur prohibebat etiam in latinis?

V. 96. Τῶν δὲ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον εὐθέως ἐπεισεσόντων.) Eodem irrumpente mox Iasone. Quo quid a veritate, hoc est, Polybio remotius? Ocius corrige *Alexandro*. In obsidione Thebarum Phthioticarum: συναχθέντων δὲ καταπελτῶν μὲν ἑκατὸν πενήκοντα *catapultis centum et triginta*, omiffis viginti.

V. 100. Φήσας ἐν ἀλλότριον εἶναι.) Legendum ἀλλότριος. Hoc poscit Polybiana scribendi indoles. Supra cap. 25. Καὶ συνυποκριθεὶς καὶ Φήσας ἔτοιμος εἶναι. ix, 26. Ἐγὼ ὁμολογῶ εὐηθέσατος εἶναι. xv, 6. Φάσκων ἔτοιμος εἶναι συμπορεύεσθαι πρὸς αὐτὸν εἰς λόγους. Legatione lv. ἘΦασκον μὲν ἔτοιμοι εἶναι πρὸς πᾶν τὸ παρακκλήμενον. iv, 84. Τυχῶν δὲ τέττε, διλέγετο, Φάσκων εἶναι δυνατὸς ἐπαγαγέσθαι etc. Neque enim audio viros doctos, qui vocem Φάσκων inde abigunt.

V. 108. Αὐλον Τερέντιον etc.) Assumfit Casaubonus lectionem Fulvii; in qua tamen errore deprehenso praenomen fecit, vt debuit, Γάϊον. Editiones Παῦλον. Vide an fuerit Κατέεησαν στρατηγὸς αὐτῶν Γ. Τερέντιον καὶ Λεύκιον Αἰμίλιον. Procul dubio illud Γ, quod est Γάϊον, minuscula scriptum exhaustit praecedens litera. Sic i, 30. Καρχηδόνιοι στρατηγὸς ἑαυτῶν εἶλοντο δύο.

FINIS TOMI I.







LIPSIÆ  
EX OFFICINA  
BREITKOPFIANA







**University of Toronto  
Library**

---

**DO NOT  
REMOVE  
THE  
CARD  
FROM  
THIS  
POCKET**

---

**Acme Library Card Pocket  
LOWE-MARTIN CO. LIMITED**

